De hoc autore quid sentiendum sit habes in Catalogo cõ pigtinus fol: 39 quem hic mendose liber 3.



DIVI CLEMENTIS RECOGNITIONVM LIBRI X. AD IACOBVM FRATREM DOMINI, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

CVI ACCESSIT NON POENITENda epistolarum pars uetustissimorũ Episcoporum, hactenus non uisa, eorũ qui ab hinc an. M.CC. Romanæ ecclesiæ præfuerunt.


IO. BEBELIVS PIO LECTORI.

Accipe Diui CLEMENTIS *libros, & eruditione, & pietate insignes, optime lector, eius inquam Clementis, cuius diuus* PAVLVS *ad Philippenses meminit, cuiusq; ea fertur magno Græcorum & Latinorum consensu epistola, quæ ad Hebræos nunc uulgo Paulo inscripta est. Quibus uetustissimorũ episcoporũ adiecimus epistolas perquàm eruditas, annotatiunculis & argumentis à Ioanne Sichardo illustratas, ex quibus pleraq; ecclesiarum hodie emendari possint. Ex nostra officina, An. M. D. XXVI. Mense Augusto.*

Catalogum omnium quæ in hoc libro continentur, inuenies proxima pagella.

IN INCLYTA GERMANIAE BASILEA.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.



CATALOGVS EORVM QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

Præfatio Ioannis Sichardi ad Episcopū Tridentinum.

Diui Clementis lib. x. Recognitionum.

Clementis	Epistolæ	V.
Anacleti	Epist.	I.
Euaristi	Epist.	II.
Alexandri	Epist.	III.
Xisti	Epist.	I.
Hygini	Epist.	II.
Soteri	Epist.	I.
Victoris	Epist.	I.
Zephyrini	Epist.	I.
Vrbani	Epist.	I.
Pontiani	Epist.	I.
Antheri	Epist.	I.
Eutychiani	Epist.	I.

Constantini Imperatoris confessio.

Qui omnes à CHRISTO nato an. CCC. Romanæ ecclesiæ præfuerunt.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, EIDEMQVE Illustrissimo principi ac domino, D. Bernardo Episcopo Tridentino. Io. Sichardus S.D.

VELLEM equidem Reueren. in CHRISTO pater, idemq; illustrissime princeps, tam esset mihi facile uirtutes tuas prædicare, quàm id tu es prolixe meritus diuinis tuis nō modo erga me beneficijs, uerum etiam ab uniuerso hominū genere, dum uidelicet hoc tanto tibi studio sumis, ut sis & ipse præter uulgarem ordinis tui captum haud mediocriter doctus, & literas in capitis iam pridem discrimen uocatas, quantū ab uno præstari potest, latissime propages. Si enim meritis ascendimus cœlū, & hæc reliqua est, ut ille dicit, uia ad diuinos honores, iuuare mortales, quid superest quin te indigitemus? Meruit enim Hercules ille ἀλεξίκακος ob nescio quæ domita monstra, immortalem nominis sui gloriam, Hippocrati uero litatū est tanquā præsenti deo, ob unum atq; alterū quibus opem contra uulgatā iam tum cōtagionis luem tulit. Tuum uero quale dicam nunc factum, si cum his conferatur? aut quem animū erga honestiora ingenia? dum perpetuas illas curas, quibus die noctuq; ob rerum administrationē distineris, posthabes etiam literarum causſæ, agisq;, ut non solum optimi quiq; autores detorso situ in lucem uindicētur, uerum uis hoc tibi deberi, uis hanc tibi esse famam superstitem, ut unus tu & esse & dici merearis, cuius commendatione, opera, autoritate, in eum postliminio locum literæ restituantur, unde quorundā improbitate, non dico quanto rerum publicarum etiam detrimento, deciderūt. Incredibile ēm dictu est, quàm mihi profuerint literæ R. P. T. quas ne quidem

per ſummam impudentiam optare in animũ induxiſſem, niſi hoc tu tibi, tanq́ debitum officij tui penſum, ſpõte poposciſſes, ut tua intereſſe exiſtimares, ne, quod in te eſſet, diutius iacerent recta ſtudia. Tuis ergo adeoq́ illuſtriſſimi principis Ferdinandi auſpicijs egreſſus, non pœnitendam bonorum, eorũq́ uetuſtiſſimorum autorũ copiam mecum, tanquam ex diutino uenatu, retuli, quos nunc de integro hoc maiore doctiſſimorum quorũq́ expectatione parturio, quò magis illi præter opinionem contigerunt. Cui enim, ita comparatis hominum moribus, tale quicquam in mentem uenire, hoc præſertim tempore potuit? ubi eò temeritatis quorundam furor progreſſus eſt, ut remedijs quidem quoquo pacto opus ſit, nondum tamẽ ſatis adpareat ratio, qua inueterato iam morbo, atq́ ob id tenaciori occurramus. Mihi ſane uidentur hi rectiſſime ad recuperãdam Germaniæ tranquillitatem ingredi, qui eos maxime in medium proponunt libros, tanquã publicos fontes, unde hauriant uel adoleſcentes ſanioris mentis initia, poſtq́ de quibuſdam iam natu grandioribus deſperatum eſt. Quamobrem multum omnino, ac neſcio an nõ totum quod uel animo cõſequi poſſumus melioris ſpei, ſitũ mihi uidetur in ætate etiãdũ tenera, quæ in fatalia quædam huius temporis ſcripta imprudens, tanquam tempeſtate aliqua ad ſcopulos, delata eſt, ad quos ne conſeneſcat, ex bonorũ autorum æditione pendet. Sunt enim plericq́ noſtratiũ, quibus ſaltẽ mica ingenij eſt, ita alioqui affecti erga ſtudia, ut non ita magno negocio opus eſſe uideatur ad abolendas quorundã nænias, quarum uidemus ubiq́ nunc gentiũ tantam oriri nauſeam, ut præter paucos quoſdã, eoſq́ indoctos legere nemo ſuſtineat. Quemadmodũ ergo literarũ caſus, ueluti Cæcias quiſpiam nubes, traxit ſecum omnium honeſtarũ artium ſi non ſtragem, at certe concuſſione, ita in poſſeſſionem dignitatis reſtitutis literis, conſtantius, æquiusq́ ſe habitura ſunt omnia, quibus in medio uitæ uſuq́ communi uiuitur, præſertim adcoruos quibuſdam relegatis, qui ut felicius infantiam ſuam palliarent, promiſcuæq́ plebi ſe inſinuarent, id nobis calamitatis in literas inuexerũt, ut potius contempſiſſe quàm ignoraſſe uiderentur. Nimius ſum, fateor, at quis nõ præindignitate rei totus in lachrymas ſolueretur? poſtq́ uidet nõ modo nullis in eos qui malũ hoc orbi cõciliãt, animaduerti Senatus cõſultis, qd decebat fieri acerbiſſimis, ſed ocioſe etiam atq́ delicate, ob illa ſcilicet in remp. Chriſtiana benefacta, nepotari. Vtinam hoc moribus noſtris aliquando recipiatur, ut & ingeniorum curam ſaltem ſubſiciuam ad ſe putẽt pertinere qui publicæ ſaluti præſunt, eoq́ nomine rerũp. clauos tenent. Si eñ Craſſus cenſor officio ſuo nõ putauit indignum, imperitos quoſdam rhetoras cogere in ordinẽ, atq́ interdicere profeſſionis munere, quod parum hoc ſcite adminiſtrarent. Et philoſophis, quod nouam quandã ociandi rationem prætextu philoſophiæ introducerent, ſi non modo ciuitatis ius, ſed & Italia tota adempta eſt. Quid demirum de his noſtratibus futurũ fuiſſe putamus, ſi ex inſperato, tanquam propitius aliquis Iupiter. Craſſus quidam appareat, qui autoritatis ſuæ gladium in eos diſtringat? quibus ludus eſt ſanctiſſima quæq́ ſtudia lancinaſſe, atque ilotis pedibus conculcaſſe, uerũ hoc inſuper agunt, ne quicq́ ſit uſquam gentium rerum, quod uel acumen reſipiat aliquod, uel non prophanæ etiam turbæ ſit obuium. Hæc adeo cauſſa eſt cur mathemata etiam uulgo rideantur, tanquam ſuperuacaneum ſit in ea id temporis locare, quod nolimus uelimus cogimur parẽtes uiui uidentesq́ aſpicere palàm inſumi in aleam, & quædam non paulo his etiam deteriora. Eloquentiam putãt eam ſatis eſſe Chriſtiano, quæ utcũq́ poſſit adumbrare rem quam animo conceperis. At nõ uident, ut uel hoc tantulũ aſſequamur, opus eſſe longiuſculo tempore, ne obſcuri ſimus, & demus ſine mente ſonum, ut elegantiſſimus poẽta dicit, ut enim in Theologo ſummã eloquentiam anxie nõ requiro, ſi deſit, quam tamẽ ſim in lucro habiturus ſi adſit, ita mediocrem cum dignitate coniunctam omnino neceſſariã duxerim, eſt enim omnino etiam in ſacris ſuus eloquentiæ locus, eſt ſua adminiſtratio. Veluti in matrona aliqua honeſtiore, laudes ornatũ eum qui aut ſine impenſiore ſumptu paretur, aut nõ abhorreat à perſonæ decoro, ita ſordes oderis, ut etiam omnibus ſit numeris alioqui in ſuo genere abſoluta. Aut dicant mihi iſti barbariei patroni, quid calumniatus eſt in Iouiniano Hieronymus maiore apparatu, atq́ cõtentione, ipſoq́ adeo libri ingreſſu, quàm orationẽ male ſibi cohærentem, ridiculum quendam tumorem, atq́ demũ ſpurcitiem: ut non ſcriptorem, ſed ἀνϊγματϊσϑ́ uocet. An non maximi ut quiſq́ precij habetur in re theologica, ita eloquentiæ fuit ſtudioſiſſimus? ut nunc Tertullianũ, Lactantium, Cyprianum, atq́ denicq́ ipſum quem iam nunc adornamus Victorinum Afrum taceam. Eſt autẽ quicquã Auguſtino, Ambroſio, puriusq́ quorum oratio tantum abeſt à barbarie, quantũ eſt eorum inquinatior, qui hodie & nomen & lucellum ex literarum oppugnatione quærunt. Adde etiã ſi libet, quod diuus Aurelius Auguſtinus de rhetoricis & dialecticis integros libros conſcripſit, qui licet uulgo non extent, dabimus tamen operam ut propediem in manus hominũ ueniant. Quantus uero theologus? Denicq́ ut ſemel finiamus, nullum hominũ genus, diutius florem eloquẽtiæ tenuit ipſis Theologis. Cœperunt enim iam tum cadere cauſſa iureconſulti, cum & Cicero in foro uerſaretur. Medici aũt adeo dediderunt latine, ut poſt Plinium, quod ſaltem ſciam, nihil in hoc genere fermè ſcriptum ſit tolerabili eloquentia. Niſi unum mihi Cælium Aurelianum Siccenſem opponas, cuius mihi copiam fecit uir adprime eruditus, & cõmunibus ſtudijs, ut quiſquam alius, bene uolẽs Theobaldus Fettichius Vuormatienſis, Ludouico principi Palatino à cura medica. Ab hinc uero quingentis annis deſierunt uix tandem theologi latine loqui, quippe Albinũ, & Paulum diaconũ nõ fuiſſe omnino elingues, quorum uterq́ principem apud Carlum magnũ locũ obtinuit, monumenta quæ paſſim in bibliothecis paulo uetuſtioribus uiſuntur, ſatis teſtantur. Ob id pro uirili cuiq́ pro ſe annitendũ cenſeo, cui uel leuiter ille publicus rerum hominumq́ ſtatus doleat, ut quemadmodũ noſtra tempeſtate ferè opicos aliquò uidemus ꝓgreſſos in artis ſuæ myſterijs, quo ſuperior illa ætas aſpirare nequiuit, ſic nos quoq́ nihil de induſtria remittamus, ut ſi ad eum quẽ à maioribus

Germaniæ trãquillitas ex literis concilianda eſt.

Craſſus cenſor ĩ doctos quoſdã rhetores in ordinẽ coëgit.

Eloquẽtia theologos maxime decet.

Iouinianus.

Victorinus Afer.

Cælius Aurelianus.

Theobaldus Fettichius.

accepimus cumulũ nihil accedat, saltẽ à Gothorũ incursione asseratur, id quò minus faciamus nihil caussæ est, quandoquidẽ argumentis iam aliquot deprehensum est, nec ingenia nostris deesse, nec ad quorũ imitationẽ excitentur. Si quidẽ inter Germaniæ principes, quod nobis bene uertat, nec ferè est quisq; paulo cordatior, qui nõ inter purpuratos illos aliquid etiam loci relinquat liberalius eruditis. Quo nomine præbuit nuper R. Episcopus ille Treuericus, dexteritate rerum administrandarum singulari præditus, prorsus miraculũ sui, cũ præter alios impense uideatur renascẽtibus studijs fauere, tũ & officijs suis eos potissimũ præficit, qui literarũ sint ipsi non expertes. Cuiusmodi mihi uisus est propius intuenti Matthias de Saracastro Officialis, ut uulgo appellamus, qui in iure ciuili Sceuolam quendã, in re sacra Hieronymũ præstet, mirũ autem qua polleat eloquentia, qua humanitate, qua prudentia, atq; demum, quod in maxima laude numero, quàm ex animo fauẽs bonis studijs, ut in hoc decuriam iam domi scribarũ alat uelut amanuensiũ, non alio cõsilio, quàm ut in describendis uetustissimis codicibus, eorũ opera ad publicã cõmoditatem utatur. Nec minore studio id agit Vuolfgangus ab Affenstein, nobiliũ, quos ego uiderim, facile doctissimus, & doctorũ nobilissimus, q̃ præfectus urbi est Episcopo Vuormatiensi. De R. T. P. uero quid dicã? cuius mihi aula usq; adeo nihil aulici uisa est præ se ferre, ut in Academia quadam me uersari existimarem, siquando in congressibus, quod non raro fiebat, mentio esset uel de literis, uel administratione rerum orta. Licuit ergo omnino cõstantissimo illo uitæ tenore philosophum, mundicie principem, parsimonia Episcopũ agnoscere, in cuius aula ueluti equo Troiano inclusi essent tot literarum proceres, apud quos cum semel atque iterũ esset de cõmunibus rebus institutus sermo, forte Clementis memini, cuius ego æditionem iam tum parabã. Et quia non obscure præ se R. P. T. uisa est ferre incredibilem quendm erga bonos autores amorem, & eiusmodi erat uoluntatis tuæ erga me propensio, ut uitã etiã debere me tibi ingenue faterer, cœpi cõsiliũ, ut uel parti beneficiorũ tuorum quà possem responderem, inscribendi tibi Clementem, quẽ etiamdũ à prælo madentem R. P. T. dedico, ut uel sic à quibusdã huius ætatis uituperatoribus in tuto sit. Nec enim me mouit illa plus quàm decãtata ubiq; de Apocryphis sententia, quæ si sunt abijciẽda, Tertulliano carebimus, Eusebij magna parte, Lactantio. Quid multis? ægre quisquã paulo uetustior locũ suũ tuebit, quippe quorum pleriq; synodos illas præcesserint, quibus ueluti cancellis quibusdam circũscripta fuit Christianismi professio. Mirum ergo uideri debet, si à uetustioribus illis quid sit uariatũ, & cœperint legi priuatim, id est fieri apocrypha, quæ paulo ante publice legebãtur? Vt uero interim dicam quod sentio, nondũ satis mecum constitui, quid illa ueterum autorũ censura sibi uelit, quæ distin. xv. cap. sancta Ro. habetur, ut omittam quod quædam isthic ex diametro inter se pugnant, Clementis uero dum octo facit libros, & capitũ meminit, nisi me animus fallit, quinquaginta, quæ sint pro autenticis, sic enim loquiatur, recepta, non potest mihi non præbere nescio cuius monstri suspicionem, uel hoc

Matthias à Saracastro.

Vuolfgangus ab Affenstein.

Aula episcopi Tridẽtini similis academiæ.

uel hoc nomine maxime, quod quæ hodie in uetustissimis bibliothecis supersunt exemplaria, quorũ duo omnino licuit per sesquimestrem illã excursionẽ uidere, unum Basileæ, quo sumus usi cõmodato, alterũ Schonaugiæ, nec ullas habebãt capitum sectiones, & in decem Clemens ipse libros totum uolumen digesserat, id qd' ex fine tertij libri facile est uidere. Sed hoc quicquid est rei, iudicandum alijs in medio relinquam, si hoc unum addidero, mihi alioqui nõ tam superstitiose nasuto, nec uideri uerisimile Rufinũ uirum, ne quid addam præterea, magnũ, potuisse adduci, ut Latio donaret librum, quem uidisset parum dextre ab eruditioribus accipi, aut cui dignitatis suæ ratio non iam ante constaret. Et quæso qui fieret ut Origenem, Xistum philosophũ, Eusebium Cæsariensem, Gregoriũ Nazanzenũ, Basiliũ magnũ, Pamphilũ martyrem, Euagrium, rei theologicæ, quod in cõfesso est, facile principes, ex Græcis uerteret, hic uero tanquam sui oblitus, imperare sibi potuerit, ut tot lucubrationũ gloriam, istius uersionis ueluti tenebris obscuraret, & tanquam malus poëta uno actu, eoq; postremo totã fabulã dehonestaret. Quod ergo huius loci est, nihil sanè restat, quod quenq; torqueat illa quorundã nõ Aristarchorum, sed Phalaridũ exactior quàm uerior censura, dummodo cõstet Eusebiũ illũ quædam ex his Recognitionũ libris nõ modo mutuatũ, uerum quod parũ etiam attentis apparet, ad uerbum quædã descripsisse in libro De Euangelica præparatione VI. Cæterũ cũ iam æditionẽ cogitaremus Clementis nostri, forte fortuna incidimus in epistolas quasdã, quæ nescias plus habeant eruditionis an pietatis, eas quoniã argumento nostro magnopere cõuenirent, nec ante typis excusæ essent, curauimus ut unà formis describerentur. In quibus quia nõ pauca erant, quæ magnõ temporũ interuallo essent remotiora, scholijs siquando usus uidebatur, atq; argumẽtis illustrauimus, quas R. T. P. nõ enim occurrit alius cui potius inscribi debeant, nũcupatim dedico cõsecroq;. Quo enim munere apud R. T. P. maiorẽ me gratiã initurũ cõfiderẽ, nõ erat, quàm si librũ doctissimũ eumq; uetustissimũ ei potissimũ consecrarem, qui nõ modo singulari est præditus pietate, uerũ elegantiore literatura tanta, quanta uel in eius generis hominibus desiderari potest maxima, qui omnem ætatem in literis cõsumpserunt. Bene ualeat R. P. T. quam nobis communibusq; studijs CHRISTVS quàm diutissime seruet incolumem. Basileæ,

An. XXVI. Augusti XVIII.

PHILIPPVS ENGENTINVS POE-
TA LAVREATVS IN AEDITIO-
NEM D. CLEMENTIS.

SI ueterum præstant ueneranda uolumina patrum.
Vt fidei reddant secula quæq; statum.
Hæc sunt è cumulo propius spectanda, uetustas
Quæ pia commendat, posteritasq; probat.
Talia Clementis si quis ferat esse diserti,
Nunquam iudicio fallitur ille meo.
Ausoniam tamen hinc lectores ponite libram,
Semper enim lanx hæc non fuit æqua satis.
Hoc est iudicio patres fraudare superbo.
Hoc est fœturas deterere ingenij?
Scilicet hæc notha sunt, ueteriq; inusta repulsa.
Autoris frustra cessit & ille labor.
Id nolint manes Clementis, & illius à quo
Sunt mutata toga pallia Romulea.
Noluit hoc etiam chari mihi cura Sichardi.
Erutà uix tandem qui monumenta dedit.

RVFINI TORANI

AQVILEIENSIS IN CLEMENTIS VE-
tustissimos, atque eruditissimos libros Præfatio,
ad GAVDENTIVM episcopum.

TIBI quidem GAVDENTI nostrorũ decus insigne doctorum, tantus ingenij uigor, imò tanta spiritus gratia est, ut si quid à te etiam quotidiani eloquij more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, id in libris haberi, & ad instructionem tradi posteris debeat. Nos tamen quos & ingenij tenuitas minus promptos, & senecta iam tardos reddit ac segnes, opus quod olim uenerãdæ memoriæ uirgo Syluia iniunxerat, ut CLEMENTEM nostræ linguæ redderemus. Et tu deinceps iure hæreditario poscebas, licet multas post moras, tamen ali quando restituimus prædam, quam, ut opinor, non paruam, Græcorũ bibliothecis ereptã nostrorũ usibus & utilitatibus conuectamus, ut quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimonijs. Nam & solent suauiora uideri peregrina, interdum uero & utiliora. Denique peregrinum est penè omne quod medelam corporibus cõfert, quod morbis occurrit, quod uenena depellit. Iudæa balsami lachrymã, Creta comam dictamni mittit, Arabia aromatũ flores, & spicarũ nardi India segetem metit: quæ ad nos etiam, si aliquantulo quàm proprius ager attulit, fractiora perueniunt, odoris tamen gratiam, uimq; medendi integram seruant.
Suscipe igitur animi mi redeuntem ad te CLEMENTEM nostrum. Suscipe iam Romanum: nec mireris, si forte tibi in eo minus solito floridus eloquentiæ uultus appareat. Nihil interest dummodo sensus idem sapiat, peregrinas ergo merces multo in patriam sudore transuehimus, et nescio quàm gratus me ciuium uultus accipiat, magna sibi gratia spolia deferentem, & occultos sapientiæ thesauros, nostræ linguæ claue reserantẽ. Sed uotis tuis faueat deus, ut nullus nobis sinister oculus, nec cuiusquam liuidus occurrat aspectus. Ne extremo prodigij genere, cum nihil inuideant illi quibus aufertur: liuescant tamen isti quibus confertur. Aequum est sanè tibi, qui hæc etiam Græce legeris (ne forte in aliquibus minus à nobis seruatum translationis ordinem putes) interpretationis nostræ indicare consiliũ. Puto quod non te lateat, CLEMENTIS huius in Græco eiusdem operis ἀναγνωσέως hoc est, Recognitionũ, duas æditiones haberi,

& duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem diuersa, in multis tamen eiusdem narrationis. Denicꝙ pars ultima huius operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in uno corpore habetur, in alio penitus non habetur. Sunt autem & quædam in utrocꝙ corpore de ingenito deo, genitocꝙ disserta, & de alijs nonnullis, quæ, ut nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram. Hæc ergo ego tanquam quæ supra uires meas essent, alijs reseruare malui, quàm minus plena proferre. In cæteris autem quantū potuimus, operam dedimus, non solū à sententijs, sed ne à sermonibus quidem satis, eloquutionibusꝙ discedere. Quæ res quamuis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epistolam sanè, in qua idem CLEMENS ad IACOBVM fratrē domini scribēs, de obitu nuncians PETRI & quod sese reliquerit successorem cathedræ & doctrinæ suæ. In qua etiam de omni ordine ecclesiastico continetur. Ideo nunc huic operi nō præmisi, quia & tempore posterior est, & olim à me interpretata atque ædita. Sed quod in ea nonnullis fortasse uidebitur inconsequens, si hic explanetur, non puto absurdum uideri. Quidam enim requirunt, quomodo cum LINVS & CLETVS in urbe Roma ante CLEMENTEM hunc fuerint episcopi. Ipse CLEMENS ad IACOBVM scribens, sibi dicat à PETRO docendi cathedram traditam, cuius rei hanc accepimus esse rationem, quod LINVS & CLETVS fuerunt quidem ante CLEMENTEM episcopi in urbe Roma, sed superstite PETRO, uidelicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse uero apostolatus impleret officium. Sicut inuenitur etiam apud Cæsaream fecisse, ubi cum ipse esset præsens, ZACHAEVM tamen à se ordinatum habebat episcopum: & hoc modo utrunꝙ uerum uidebitur, ut & illi ante CLEMENTEM numerētur episcopi, & CLEMENS tamen post obitum PETRI docendi susceperit sedē. Sed iam uideamus, scribens IACOBO fratri domini operis sui CLEMENS ipse, quod sumat narrationis initium.

Corrupta enim hæc fuisse suspicor ab Eumonio, quēadmodum Pauli epistola ad Corinthios, à Marcione.

EPISCOPI APOSTOLI

Recognitionum

RECOGNITIONVM

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER PRIMVS, à Rufino Torano Aquileiense è Græco in Latinum uersus.

A EGO CLEMENS in urbe Roma natus, ex primâ ætate pudicitiæ studium gessi. Dum me animi intentio uelut uinculis quibusdā solicitudinis & mœroris innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatiō (incertum sanè unde initiū sumpserit) crebro enim ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens, simulꝙ discutiens: utrùm ne sit mihi aliqua uita post mortem, an nihil omnino postea sim futurus: Si non fuerim antequàm nascerer: Vel si nulla prorsus uitæ huius erit post obitum recordatio: Et ita immensitas temporis cuncta obliuioni, ac silentio dabit, ut non solum nō simus, sed neque quod fuerimus, habeatur in memoria. Sed & illud uersabatur in pectore, quando factus sit mundus: aut si omnino factus sit, uel antequàm fieret quid erat: an uero semper fuerit. Nam certū uidebatur, quod si esset factus, esset profecto soluendus: & si soluatur, quid iterum erit, nisi forte obliuio cuncta & silentiū tegat: aut forte aliquid erit, quod nunc sentire mortalium non potest mens. Hæc
B & his similia, nescio unde, indesinenter animo reuoluens, nimietate mœroris incredibiliter tabescebam. Et quod est grauius, si quando respueram huiusce modi curas, uelut minus utiles cogitabā: ualidiores in me fluctus solicitudinū cōsurgebant. Inerat enim mihi comes optima, quæ me quiescere nō sineret, IMMORTALITATIS CVPIDO. Vt enim post rerū exitus docuit, & gratia dei omnipotentis ostendit, hæc me animi intentio ad inquisitionē ueritatis, & agnitionē ueræ lucis adduxit. Ex quo factū est, ut lugerem postmodū eos, quos prius ignorans, beatos credebam. Igitur cum à prima ætate in huiusce modi animorū intentione uersarer, cupiens aliquid discere, philosophorum frequentabam scholas, ubi nihil aliud quàm dogmatum adsertiones, & impugnationes, uidebam agi sine fine certamina: arte syllogismorū conclusio númque agitari uersutias. Et siquando quidem obtinebat hic sermo, quod immortalis esset anima, gratulabar: Si quando uero arguebatur quasi mortalis, cum tristitia discedebam: neutrum tamen in corde meo firmitudinem ueritatis tenebat: sed hoc tantum intelligebam, quod sententiæ ac diffinitiones rerū non pro natura sui, ac ueritate causarum, sed pro ingenijs defendentiū, falsæ imaginarentur, aut ueræ: eoꝙ magis in profundo pectoris cruciabar, quod

Immortalitatis cupido optima comes.

C neq; aliquid ex his quæ dicebantur, tanquam firmũ tenere poteram, neq; abiſ
cere deſiderium requirendi: ſed quanto magis negligere conabar ac ſperne-
re, tanto ardentius, ut ſupra dixi, uelut cum quadam uoluptate latenter inre-
pens huiuſcemodi cogitatio mentem atque animũ poſſidebat. Coangustatus
igitur inuentione rerum, aiebam apud memetipſum: Quid inaniter labora-
mus, cum manifeſtus ſit terminus rerum? Si enim poſt mortẽ non ero, nunc
ſuperfluo crucior: Si uero erit mihi uita poſt obitũ, ſeruemus illi uitæ ſui tem-
poris motus, ne forte his quæ nũc patior, aliqua me ibi triſtiora excipiãt, niſi
pie ac ſobrie uixero, & ſecundum nõnullorũ ſententias philoſophorũ † nigri
Phlegetõtis fluuio, uel tartaro, ut Siſyphus & Tityus, ſed & Ixion, ac Tantalus
æternis inferno ſupplicijs tradar, & rurſus mihi ipſi reſpondebam. Sed hæc
fabulæ ſunt: aut ſi ita eſt in rebus dubijs, præſtat pie uiuere. Sed iterum repu-
tabam mecum, quomodo poſſem ſub incerto iuſtitiæ præmio, à peccati me li
bidine continere: maxime cũ etiam quæ ſit ipſa iuſtitia, quæ deo placeat, apud
me habeatur incertũ. & neq; ſi immortalis ſit anima, ac ſit ea quæ aliquid ſpe-
rare poſſit, agnoſcam, neq; quid certi futurũ ſit nouerim: nec tamen quieſcere
ab huiuſcemodi cogitationibus poſſum. Quid igitur agam? hoc faciã, Aegy
ptum petã: atq; ibi Hierophantis uel ꝓphetis qui adytis præſunt, amicus eſti-
ciar, & pecunia ab eis inuitatũ magum precabor, ut educat mihi animã de in-
fernis, per eam quã Necromantiam uocant, tanq; de aliquo negocio cõſulere
cupienti: mihi uero hæc erit conſulatio, ſi immortalis eſt anima. Probatio aũt
D animæ quod immortalis ſit, nõ ex eo quod loquitur erit mihi certa, uel ex eo
quod audio, ſed ex eo qđ uideo, ut oculis meis cernens eam, certiſſimã de re-
liquo immortalitatis eius ſententiã teneam. Neq; enim ultra poterit ueritatẽ
uiſus, uerborum fallacia, & auditio incerta, turbare. Veruntamen hanc ipſam
deliberationẽ meam retuli ad quendã familiarem meũ philoſophũ, qui mihi
conſilium dedit, ne hoc facere auderem. Siue enim, inquit, euocanti mago nõ
obediat anima, tu poſt hæc tanquam nihil eſſe putans poſt mortem, deſpera-
bilius uiues: Quippe qui & inlicita tentaueris. Si uero & aliqd ibi uidere tibi
uiſus fueris, quæ tibi religio? aut quæ pietas ex inlicitis tradetur & impijs?
exoſum nanq; diuinitati huiuſcemodi negocium ferunt, & aduerſari deum
his, qui animas poſt abſolutionem corporum uexant. Ego uero his auditis,
pigrior quidem ſum redditus ad hoc quod parabam, nec tamen uſquequaq;
aut deſiderium ponere poteram, aut moleſtiam cogitationis abijcere. Et ne
longa utar narratione, cum his ego cogitationis meæ æſtibus agitarer, fama
quædam ſenſim in imperio Tiberij Cæſaris, initio ex Orientis partibus ſum-
pto, peruenit ad nos, & per ſingula conualeſcens, uelut à deo bonus quidam
nuncius miſſus, uniuerſum replebat orbem, nec patiebatur diuinam uoluntа-
tem ſilentio tegi. Diffundebatur ergo per ſingula loca, adnuncians quod eſſet
quidam in Iudæa, qui ſumpto à tempore ueris exordio, regnum dei euangeli
zaret Iudæis, idq; percepturos diceret eos, qui mandatorum ſuorum, & do-
ctrinæ inſtituta ſeruaſſent: ut autem ſermo eius fide dignus, ac diuinitatis ple-
nus

† Pyriphlegetontis.

Fabulæ de inferis.

Hierophantæ ſacerdotes Aegypti.

Tiberius Cæſar.

A nus eſſe crederetur, uirtutes multas & ſigna ac prodigia mira efficere iuſſio-
ne ſola, dicebatur: ita ut tanquam à deo poteſtatem habens, ſurdos faceret au-
dire, & cœcos uidere, & claudos erigere, atq; omnẽ infirmitatem, cunctoſq;
dæmones ex hominibus effugaret, ſed & oblatos ſibi mortuos ſuſcitaret, le-
proſos quoque eminus uidens, curaret: & nihil omnino eſſet, quod ei impoſſi
bile uideretur. Hæc & horum ſimilia proceſſu temporis, crebris iam nõ ru
moribus, ſed manifeſtis quodammodo aduentantium ex illis partibus nun-
cijs, firmabantur: & ipſa iam per dies ſingulos rei ueritas pateſcebat. Denique
in urbe per loca conuentus fieri, & de hoc ſermone tractari, atque in admira-
tione res haberi cœpit. Quis nam is eſſet, qui apparuerit, uel quid nunci à deo
hominibus detuliſſet: donec ſub eodem anno uir quidam adſtans in urbis lo
» co celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens: Audite me ô ciues Roma- *Barnabæ ora-*
» ni: filius dei in partibus adeſt Iudææ, promittens omnibus uolẽtibus audire *tio ad populũ*
» ſe uitam æternã. Si quis tamen ſecundũ uoluntatem eius, à quo miſſus eſt dei *Romanum.*
» patris, actus ſuos direxerit: propter qđ cõuertimini à malis ad bona, & à tem
» poralibus ad æterna. Agnoſcite unũ eſſe deum cœli terræq; rectorẽ: in cuius
» iuſtis aſpectibus, uos iniuſti mundum eius habitatis. Sed ſi cõuertimini, & ſe
» cũdum uoluntatem eius agitis, ad futurũ ſeculũ uenientes, & æterni effecti, in-
» effabilibus eius bonis ac præmijs perfruemini. Erat autẽ uir iſte qui hæc lo-
B quebatur ad populũ, ex Orientis partibus, natione Hebræus, nomine Barna *Barnabas quis*
bas, qui ſe etiã unũ ex eius diſcipulis eſſe diceret, miſſumq; ad hoc, ut hæc uo- *fuerit.*
lentibus indicaret. Quibus ego auditis, cũ reliqua multitudine ſequi eũ cœpi,
& audire quæ diceret. Intelligebã ſanè qđ nihil dialecticæ artis eſſet in homi- *Simplex ora-*
ne, ſed ſimpliciter & abſq; ullo dicẽdi fuco, quæ audiſſet à filio dei, uel uidiſſet, *tio apoſtolo-*
exponeret. Adſertiones enim ſuas nõ argumentorũ uirtute muniebat, ſed uer *rum erat.*
borũ & mirabiliũ quæ adnunciabat, teſtes multos, ex ipſo etiã circũſtante po
pulo, ꝓducebat. Verũ quoniã ad ea quæ ſyncere dicebantur, libẽter annuere
populus, & amplecti ſermonẽ ſimplicẽ cœpit. Hi qui ſibi eruditi uidebantur,
uel philoſophi, ridere hominẽ, ac ſpernere cœpere, ſyllogiſmorũ in eũ tendicu
las uelut ualidiſſima arma ꝓferre. At ille interritus, & uelut deliramenta argu
tias eorũ ducens, ne reſpõſione quidẽ dignos eos iudicabat, ſed ea quæ ꝓpo- *Vide ridiculã*
ſuerat exequebatur intrepidus. Denicq; cũ loquenti ei, quidã propoſuiſſet, cur *argutiã philo-*
ita factus eſſet culex, ut cũ ſit animal exiguũ, & ſex habeat pedes, inſuper ei ad- *ſophorum.*
ditæ ſint & alæ: elephantus uero, cũ ſit immane animal, neq; alas habeat, qua-
tuor tantũ pedes habeat. Ad hæc ille, ne reſpiciẽs quidem, ſermonẽ ſuũ, quẽ
importuna ꝓpoſitio interruperat, continuata intentione peragebat. Hac ſola
admonitiõe per ſingulas quaſq; interruptiones addita, Nos eius qui miſit nos
uerba, factaq; mirabilia, adnũciare uobis in mandatis habemus, fidemq; eorũ
quæ dicimus nõ ex argumẽtis arte quæſitis, ſed ex uobiſipſis productis teſti-
bus cõfirmare. Agnoſco enim plurimos adſtare in medio ueſtrũ, ex his quos
unà nobiſcũ memini audiſſe quæ audiuimus, & uidiſſe quæ uidimus. Sit aũt
in ueſtra poteſtate uel recipere quæ adnunciamus, uel ſpernere. Nos enim

C quod uobis expedire nouimus,tacere nõ possumus: quia nobis,si taceamus, damnũ est:uobis uero quæ dicimus,si nõ recipiatis, pernicies. Sed & stultis propositionibus uestris respondere perfacile possim,si ueritatis discendæ caussa quæreretis, de culicis dico atque elephantis differentia, sed nunc de creaturis dicere uobis aliquid,absurdum est,cum à uobis ipse omniũ creator, & conditor ignoretur. Hæc autem cum dixisset uelut ex uno consensu, indisciplinato ore omnes simul risum dedere, incutere ei uerecundiam, ac silentiũ imponere cupientes, barbarumq; & minus sanæ mentis eum adclamantes. Ego uero cũ hæc ita fieri cernerem,zelo quodam nescio unde,repletus,ac religioso furore succensus,silere non potui, sed cum omni libertate proclamans: Rectissime,inquam, deus omnipotens abscondit à uobis uoluntatem suam, quos agnitione sui præuidit indignos, sicut ex his quæ nunc agitis sanum sapientibus palàm est. Nam cum uideatis prædicatores uoluntatis dei aduenisse, quia nullam sermo eorũ Grammaticæ artis scientiam profitetur,sed simplicibus & impolitis sermonibus perferunt ad uos diuina mandata, ita ut omnes qui audiunt,sequi possint,& intelligere quæ dicũtur:ridetis salutis uestræ ministros, & nuncios ignorantes,quia uestra,qui uobis periti & eloquentes uidemini,condemnatio est, quod apud agrestes & barbaros habetur ueritatis agnitio,quæ cũ ad uos aduenerit,nec quasi hospita susciptur,quæ nisi intemperantia uestra & libido obsisteret,ciuis esse & uernacula debuisset, ut ex his

D arguamini,quod nõ ueritatis amici & philosophi,sed iactantiæ sectatores, & uaniloqui estis: qui ueritatem nõ in simplicibus uerbis,sed in uersutis & callidis creditis habitare,et innumerabilia uerborũ profertis,unius uerbi nequaq; precio pensitanda. Quid ergo putatis futurum de uobis, uos ô omnis turba Græcorum,si erit iudicium dei sicut iste dicit? Sed nunc omittentes ridere in perniciem uestri uirũ hunc,respõdeat mihi qui uult ex uobis,quoniã quidem solo latratu uestro obturbatis etiam eorũ aures,qui salui esse uolunt: & mentes quæ ad fidem paratæ sunt,ad infidelitatis lapsum,uestris obturbationibus declinatis. Quæ uobis erit † unquam uenia,qui diuinitatis nuncium,promitentem uobis agnitionem dei ridetis,& iniurijs afficitis? Quem utiq; etiam si nihil ueritatis adferret,pro ipso tamen benignitatis erga uos proposito, gratũ acceptumq; habere deberetis. Hæc & his similia cum prosequerer,plurimus adstantis populi fremitus concitabatur: dum alij uelut erga hospitem miseratione mouerentur,meumq; sermonem cõsequenter habitum probarent. Alij petulantes,& stolidi in me quoq; pariter ut in Barnabam effrenati animi,iracundiam concitarent. Sed cum ad uesperum iam declinaret dies, apprehensa Barnabæ dextera, obluctantem licet eum, ad meam tamen adduxi domum, atque ibi manere feci,ne quis forte ex indocili uulgo iniiceret ei manus. Aliquantulis igitur diebus unà positi,differente eo paucis,sermonem ueritatis libenter audiebam: urgebat tamen profectionem suam,dicens se diem festum religionis suæ, qui immineret omnimodis apud Iudæam celebraturũ, ibiq; de reliquo cũ suis ciuibus ac fratribus permansurum,euidenter indicans initu

Clemẽtis diuino furore succensi, oratio.

† *inquam*

Familiaritas Clementis & Barnabæ.

A riæ se horrore perculsum. Deniq; cum ego dicerem,tu mihi tantum eius uiri, quem apparuisse dicis,expone doctrinã,& ego meis sermonibus tua dicta cõponens,omnipotentis dei regnũ,iustitiamq; prædicabo,& post hæc si uolueris,etiam nauigabo tecum: ualde enim cupio uidere Iudæam,uobiscũ fortassis perpetuo permansurus. Ad hæc ille: Tu,inquit,siquidem uidere uis patriam nostram,& discere quæ desideras,iam nunc mecum pariter nauiga; si uero te aliquid tenet, signa tibi habitationis nostræ derelinquam, ut cum uenire uolueris,inuenire nos facile possis: ego enim crastino ingrediar iter. Quẽ ubi immobilem uidi,descendi cum ipso usq; ad portũ,ac diligenter ab eo signa quæ dixerat habitationis accepi,dicens ei: Quia nisi aliquantulũ pecuniæ necessario mihi esset à debitoribus reposcendũ, nihil omnino differrem, uelociter tamen insequar iter tuum. Cũ hæc dixissem,cõmendato eo attentius his qui nauigant, præerant, regressus sum tristis. Habebat enim me recordatio consuetudinis boni hospitis,& optimi amici. Diebus autẽ paucis remoratus, & his quæ debebantur ex parte aliqua profligatis: plurima enim festinandi studio neglexi,ne à proposito impedirer,enauigaui cõtinuo in Iudæam. & post dies XV. Cæsaream Stratonis,quæ est Palæstinæ urbs maxima adpulsus sum. Cumq; naui egressus,hospitiũ quærerem,rumore populi comperi, quod PETRVS quidam,illius qui in Iudæa apparuit,& signa multa ac prodigia diuinitus gesta inter homines ostẽdit,discipulus probatissimus, crastino cũ Simone quodam Samaritano ex castello Gethonum habiturus esset uerborum, quæstionumq; certamen. Quibus ego auditis, rogabam demonstrari mihi eius hospitium: quod cum reperissem,atque ante fores constitissem, ingerebam ianitori,quis nam essem,atque unde aduentarem: & ecce Barnabas procedens, statim ut me uidit,in complexus meos corruit, gaudio lachrymans, atque apprehensum me manu, introducebat ad PETRVM: Quem cum mihi eminus ostendisset: hic est,inquit, PETRVS,quem tibi maximũ esse in dei sapientia dicebam: cuiq; de te rursus sine cessatione loquutus sum. Ingredere igitur tanquam bene ei cognitus. Omnia enim quæ in te sunt bona, ueritissime cõperit, & religiosum propositum diligenter agnouit, ex quo & summo desiderio agitur, uidendi te. Vnde magnum ei hodie munus meis te manibus offero, simulq; oblato me ait: Hic est CLEMENS PETRE. At benignissimus PETRVS audito nomine, adcurrens protinus inhæsit oculis meis, & post hæc cum sedere fecisset me,ait: Bene fecisti prædicatorẽ ueritatis hospitio recipere BARNABAN, nihil ueritus populi insanientis furorem, beatus eris. Sicut enim tu legatum ueritatis omni honore dignũ duxisti, ita te quoq; peregrinantem,& hospitem,ueritas ipsa susciet,& ciuem propriæ urbis adscribet,& tunc tibi erit gaudium magnum,quod exiguam nunc impartiens gratiam, æternorum bonorum hæres scriberis. Nunc ergo ne labores exponere mihi animum tuum: cuncta enim de te & de moribus tuis BARNABAS fideli sermone perdocuit,quotidie penè & indesinenter bonorũ tuorum memoriam repetens. Et ut tibi breuiter tanquam unanimi iam amico quod in re

Clemens in Iudæam nauigat.

Petrus humaniter excipit Clementem.

BARNABAS.

B

C est definiã. Si nihil est quod te impediat, iter age nobiscũ, & audi sermonẽ ueritatis, quem habituri sumus per loca singula, usq; quo ad ipsam nobis perueniendum sit urbem Romã: & nunc tu si quid desideras, dicito. Cumq; ei exposuissem, quid ab initio propositi gesserim, & quomodo per inanes effusus sim

† dilecte deo. quæstiones, & illa omnia quæ tibi † domine mi IACOBE in principijs indicaui, uti ne eadem repetam, libenter promisi, cum ipso me iter acturũ. Hoc est enim, aio, quod cupidissime expetebam. Veruntamen prius mihi cupio rationem ueritatis exponi, ut sciam, si mortalis, an immortalis est anima: & si im-

Quæ Clementem solicitum tenuerint. mortalis, utrum pro his quæ hic agit, ducatur ad iudicium. Sed & quæ sit iustitia, quæ deo placeat, scire desidero. Tunc præterea, si factus est mundus, uel quare factus est: aut si soluendus, & an in melius renouandus: aut si omnino post hæc non erit mundus. & ne per singula progrediar, hæc atque horũ similia ut se habeant, dici mihi uelim. Respondit ad hæc PETRVS: Breui-

PETRVS ad Clementem. ter, inquit, tibi ô CLEMENS rerũ scientiã tradam, & ausculta iam nunc: Voluntas & consilium dei latuit homines multis ex caussis. Primo quidem p̃ institutione mala, pro sodalitatibus pessimis, pro consuetudine nequam, p̃ cõloquijs non bonis, pro præsumptionibus minus rectis: pro his, inquam, omnibus, primũ error is, inde contemptus: tum infidelitas & malitia, auaritia quoque, & uana iactantia, aliaq; his similia mala, uelut fumus quidã immensus, uniuersam mundi huius domũ repleuit, & habitantibus intrinsecus in-

D tuendi conditorem suum, aspectũ liberum non dedit, neque quæ ei essent placita peruidendi. Quid igitur his qui sunt intrinsecus conuenit? nisi ut ex in-

Vicia uelut fumus quidã non permittũt nos uidere uoluntatem dei. timis præcordijs clamore prolato, auxilium inuocent eius, quem solum domus fumo repleta non claudit, & accedens aperiat ianuam domus, quo possit fumus quidem qui intrinsecus habetur, excludi. Lux uero solis quæ extrinsecus resplendet, induci. Hunc ergo qui ad auxiliũ domus, caligine ignorantiæ, & uitiorũ fumo repletæ, perquiritur: illum esse dicimus, qui appellatur uerus propheta: qui solus inluminare animas hominum potest, ita ut oculis suis, uiam salutis euidenter inspiciant. Aliter enim impossibile est, de rebus diuinis æternisq; cognoscere, nisi quis ab isto uero propheta didicerit: quia sicut ipse pauloante memorabas, fides rerũ, caussarumq; sententiæ, pro ingenijs magis defendentiũ põderantur. Vnde & eadem caussa nunc iusta, nunc iniusta putatur: & quod modo uerũ uidebatur, alterius adsertione falsum uidetur: ista de caussa religionis, ac pietatis fides, ueri prophetæ præsentiã postulauit, ut ipse nobis diceret de singulis, prout se ipsa ueritas habet, & doceret, quomodo oporteat de singulis credi: & ideo ante omnia fidem prophe-

1. Ioannis 4. Probandi sunt enim spiritus, an ex deo sint. tæ omni cum examinatione oportet probari: quem cũ cognoueris uere esse prophetam, de reliquo cuncta ei credas, oportet: nec ultra discutere eum per singula quæ docuerit, sed habere firma et sancta quæ dicit, quæq; quamuis fide suscipi uideantur, antehabita tamen probatione creduntur. Cũ enim semel ex initio prophetæ ueritas examinata constiterit, reliqua demũ fide audienda sunt & tenenda, qua eum doctorem esse iam constitit. Et sicut certum est,

A est, cuncta secundũ ueritatis regulam teneri oportere, quæ ad diuinã † sententiam spectãt, ita indubitatũ est à nullo alio nisi ab ipso solo † scribi posse: quod uerum est. Et his dictis, tam mihi aperte, & tam lucide, quis iste esset prophe-

† scientiam † sciri ta: & quomodo inueniretur, exposuit: ut ego mihi ante oculos habere, & manu contrectare uiderer, probationes, quas de prophetica ueritate protulerat, ingentiq; stupore deficerem, quomodo ea quæ omnes quærunt, ante oculos posita nullus uidet. Vnde iubente eo, ea, quæ ad me loquutus est, in ordinem redigẽs, librum de uero propheta cõscripsi, eumq; de Cæsarea, ad te, ipso iu-

Liber Clementis de uero propheta nõ extat bente, transmisi. Dicebat enim mandatũ se accepisse abs te, ut per singulos annos, si qua essent à se dicta, gestaq;, ad te descripta transmitteret. Interea initio sermonis sui, quem primo die habuit ad me de uero propheta, & de alijs plurimis, cum me instruxisset plenissime, addidit etiam hæc: Vide, inquit, de reliquo, & interesto tractatibus meis, quos, siquando necessitas attulerit, habebo cum his qui contradicunt, aduersus quos disputans, etiamsi forte inferior uisus fuero, non uerebor, ne forte tu de his quæ tibi à me sunt tradita in dubiũ uenias, quia etiam si ego uisus fuero superari, nõ tamen idcirco ea quæ nobis uerus propheta tradidit, infirma uidebuntur. Spero tamen quod nec in disputationibus superemur, si modo rationabiles sint auditores & amici ueritatis, qui discernere ualeant uim, speciemq; uerborũ: & agnoscere, qui sermo ex ar-

B te sophistica ueniat, non ueritatem continens, sed imaginem ueritatis: & qui sit, qui simpliciter, ac sine fuco prolatus, omnem uim non in specie & ornatu, sed in ueritate & ratione possideat.

Ad hæc ego: Omnipotenti, inquam, deo gratias ago, quia ut optaui & desideraui, instructus sum. Veruntamen de me intantũ esse debes securus, quod de his quæ didici abs te, in dubiũ uenire non possim, ut si tu ipse uelis aliquando fidem meam, à uero propheta transferre omnino non possis: quia pleno spiritu hausi quæ tradidisti: & ne putes magnũ tibi me aliquid polliceri, quod ab hac fide negem me posse transferri. Certũ est apud me, quia quicunq; hominum hanc de uero propheta acceperit rationem, dubitare ultra de ueritate nullatenus poterit. Et ideo confido de hoc diuino dogmate cœlitus diffinito, in quo omnis ars malitiæ superatur. Aduersus prophetiam etenim neque ars ulla stare sufficit, neq; sophismatũ, syllogismorumq; uersutiæ. Sed omnis qui audierit de uero propheta, necesse est ut statim desideriũ capiat ipsius ueritatis, nec ultra sub occasione ueri quærendi, diuersos patietur errores. Propter quod domine mi ô PETRE, nolo sis ultra solicitus, tanquã de eo qui nesciat, quid acceperit, & quantũ sibi commissum sit muneris: certus esto quod scienti & intelligenti gratiam contulisti, nec facile possum decipi, pro eo quod quæ diu desiderabã, citò uideor adeptus. Potest enim fieri ut alius desiderans citò adipiscatur, alius nec tarde ad desiderata perueniat. Et PETRVS, his à me auditis: Gratias ago, inquit, deo meo, & pro salute tua, & p̃ requie mea: ualde enim delector, quia intellexisse te uideo, quanta sit uirtutis propheticæ magnitudo, & quia, ut ais, nec si ego ipse cupiam, quod absit, potero te transb

C uertere in aliam fidem,& ex hoc iam incipe esse nobiscum,& crastino die interesto disputationibus nostris:erit enim mihi certamen contra SIMONEM magũ.Cumq; hæc dixisset,secessit ut cibũ caperet cum suis,me aũt seorsim uesci iussit,& post cibũ cum laudem dixisset deo,& gratias egisset, etiam huius ipsius facti mihi reddidit rationem,& addidit,dicens: Det tibi dominus exæquari nobiscũ in omnibus,ut percepto baptismate possis ad eandem nobiscũ cõuenire mensam. & his dictis, quiescere me iussit: iam enim somnũ naturæ corporis,& ratio tẽporis inuitabat. Postera uero die matutinus ad nos ingrediebatur ZACHAEVS,& cũ salutasset,ait ad PETRVM:Differt SIMON certaminis diem in undecimã mensis præsentis,quæ est post septẽ dies. Tunc enim magis uacuũ sibi disceptandi tempus adfirmat. Sed & mihi uidetur cõperendinatio eius etiam nobis esse necessaria,ut plures conueniant, qui disputationis nostræ uel auditores uel iudices fiant. Veruntamen si probabile tibi uidetur,inter moras ea,quæ in cõtrouersiã uenire posse opinamur, inter nosmetipsos prius discutiamus,ut unusquisq; nostrũ cũ quæ proponẽda sint,& quæ respondenda, cognouerit,apud semetipsum pertractet,si recte se habeant,aut si inuenire poterit aliquid aduersarius quod obijciat,aut quod obiecta frustretur. Si uero ex omni latere,quæ à nobis dicenda sunt, claruerunt esse D munita,ita demum confidenter quæstionis ineatur exordiũ: & quidem mea hæc est sententia,quod ante omnia requiri oporteat,quid sit omnium primũ, quid'ue † immaculatũ, quod etiam cæussam esse omnium quæ sunt, docendũ est: deinde cuncta quæ sunt,si facta sunt,& à quo,uel per quem:propter quẽ, utrum ab uno,an ex duobus: an à multis accepere substantiam: & utrum ex nullis substantibus,an ex aliquibus sumpta sint,& adornata:tum si aliqua uirtus est in altissimis,aut in inferis: Si est, quid melius est omnibus, aut cunctis inferius. Si sint aliqui motus,aut nulli, si hæc quæ uidentur erant semper, & erunt: Si extitere nullo operante, & nullo soluente dilabentur. Si, inquam, ex his initiũ acceperit disputatio, puto quod ea quæ quærentur diligenti examinatione discussa,facile clarescant. Cum autem hæc claruerint,eorum quæ sequuntur in promptu reperietur agnitio. Ego quid senserim protuli: quid etiam tibi uidetur,indicare non pigeat. Ad hæc PETRVS: Dic, inquit, interim SIMONI,faciat ut libet,certus,quod diuina prouidentia largiente,semper nos inueniet paratos. Et ZACHAEVS quidem quæ audierat, egressus est SIMONI nunciare. PETRVS uero respiciens ad nos,& intelligens contristatum me esse pro dilatione certaminis,ait: Qui credit summi dei prouidentia dispensari mundum,non debet ô amice CLEMENS, de singulis quæ quoquo modo accidunt, aspernanter accipere, certus quod iustitia dei, etiam ea quæ superflua uidentur,aut contraria in unoquoq; negocio,opportuno exitu,competentiq; dispensat,præcipue tamen erga eos,qui eum familiarius colunt:& ideo qui de his, ut dixi,certus est,si quid eueniat contra sententiam, nouit pro eo mœrorem de animis expellere, meliore sententia manifestum habens, quod dispensatione boni dei, etiam quod contrarium putatur, uertatur

Petrus seorsim à gentibus comedebat.

Legant hoc qui ignauiæ suæ spiritũ prætexũt.

† immediatum

Diligentibus deũ,omnia cooperantur in bonum. Rom. 8.

A uertatur in melius,propter quod ô CLEMENS etiam nunc non te cõtristet magi SIMONIS ista dilatio. Credo enim quod per dei prouidentiam gestũ sit ad utilitatem tuam,ut possim tibi rationem fidei nostræ,in hac septem dierum comperendinatione, absq; aliquo strepitu,ordinemq; consequenter exponere secundum traditionem ueri prophetæ, qui solus scit, quæ facta sunt, ut facta sint: & quæ fiunt,ut fiant, quæq; erunt,ut erunt, quæ tamen manifeste quidem dicta,non tamen manifeste scripta sunt, intantũ,ut cum leguntur, intelligi sine expositore non possint,propter peccatum quod coãdoleuit hominibus,sicut superius diximus. Idcirco igitur explanabuntur tibi per me omnia,ut in his quæ scripta sunt,dilucide quæ sit sentẽtia legislatoris agnoscas. Cumq; hæc dixisset,exponere mihi singula de his quæ in quæstione esse uidebantur legis, capitulis cœpit,ab initio creaturæ usque ad id temporis,quo ad eum Cæsaream deuolutus sum. Hæc mihi,dicens,dilatio SIMONIS contulit,ut per ordinem cuncta cognoscerem. Aliâs,inquit,secundum ea quæ opportunitas sermonis adtulerit,de singulis quibusq; quæ nunc compendiosius diximus,latius disseremus, ut secundum ea quæ pollicitus sum tibi, plenius de omnibus perfectiusq; cognoscas. Quia ergo hodierna adhuc nobis supereſt dies,ex his †quæ dilata sunt,uolo tibi rursus ea quæ dicta sunt breui ter iterare,ut magis tibi ad memoriam reuocentur. Et exin cœpit hoc modo mentibus meis innouare quæ dixerat. Meministi ô amice CLEMENS, quæ mihi fuerit de æterno seculo,ac finem nescienti narratio? Tunc ego nihil,in- B quam, ô PETRE aliquando retinebo,si hoc omittere,aut obliuisci potuero. & PETRVS libenter hac mea responsione susceptа,gratulor tibi,inquit,qd' ita responderis,& non quod hæc ipsa facile dicas, sed te meminisse protuleris: quæ enim summa sunt,silentio honorari uolunt. ad fidem tamen eorum quæ de ineffabilibus meministi,dic quæ retines ex his quæ in loco secundo à nobis dicta sunt,quæ proferri facile queunt,ut peruidens tenacitatem memoriæ tuæ,de quibus uolo, promptius tibi indicẽ,& libenter aperiã. Tunc ego ubi aduerti eũ auditorũ memoria gaudere,non solũ,inquam,diffinitionis tuæ memor sum,sed & præfinitionis illius,quæ ante diffinitionem posita est,& omnium penè quæ exposuisti,sensum integrũ seruo: etiam si uerba nõ omnia, quia tanq; uernacula animæ meæ,& ingenita effecta sunt quæ dixisti. Nimiũ enim sitienti mihi dulcissimũ poculũ porrexisti, & ne putes quod rerũ immemor,uerbis te occupẽ,iam nunc quæ dicta sunt in memoriã reuocabo,in quo me plurimũ iuuat ordo disputationis tuæ: etenim quia cõsequenter directa sunt,& librate ordinata quæ dicis,idcirco & facile ad memoriã ordinis sui lineis reuocantur. Multũ nanq; ad recordandũ prodest ordo dictorũ:cũ enim recolere singula per consequentiã cœperis,ubi aliquid deest,statim sensus inquirit,& cum inuenerit,seruat:aut certe,si inuestigare nequierit,à magistro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea quæ poscis à me, retexam breuiter, quæ de ueritatis diffinitione tradidisti. Erat semper, & est, & erit illud à quo prima uoluntas genita sempiternitate constat, & ex prima

† qui dilati

Sũma,SILENTIO honorari uolunt.

Ordo memoriam iuuat.

Aeternas uolũtates appellat filium & spiritum sanctum.

uoluntate iterum uoluntas. Post hæc mundus, ex mundo tempus, ex hoc hominum multitudo, ex multitudine electio amicorũ, ex quorũ unanimitate pacificum cõstruitur dei regnũ. Reliqua uero quæ hæc cõsequi deberent, aliâs te mihi dicturum esse promiseras. Post hæc cum de creatura mundi exposuisses: diffinitionem dei, quam in conspectu omniũ primorũ angelorum de sua † uoluntate promisit, quamq; æternã legem cunctis statuit, intimasti, & quod duo regna posuit, præsentis dico temporis & futuri, & tempora utriq; constituit, statuitq; expectari iudicij diem, quam ipse diffiniuit, in qua habenda sit rerum, animarumq; discretio, ut impij quidem pro peccatis suis igni tradantur æterno: Hi uero qui secundũ uoluntatem conditoris dei uixerint, pro bonis operibus benedictione susceptã, clarissima luce fulgentes, introducti ad æternam sedem, & in incorruptione durantes, ineffabilium bonorũ munera æterna percipiãt. Hæc me prosequente, gaudio perfusus PETRVS, tanquam super filio tripudians, ne forte in reliquorũ memoria titubans, erubescerẽ propter eos qui aderant, sufficit, inquit, ô CLEMENS: euidentius em̃ hæc quàm à meipso exposita fuerant, ædidisti. Et ego aio, narrandi ordinem, & lucidius ea quæ res expetit proferendi, eruditio nobis contulit liberalis, qua si utamur in antiquitatis erroribus, in perniciem uitæ uerborũ decore, ac suauitate decidimus. Si uero ad adserẽdam ueritatem, eruditionẽ sermonis, & gratiã conferamus, puto ex hoc non parum utilitatis adquiri. Veruntamen mi domine PETRE, quanta me arbitraris gratulatione sublatum, cum in cæteris omnibus, tum præcipue in illius doctrinæ sententia, qua ais, unus est deus, cuius opus mundus est, quiq; quia iustus est omnimodis, unicuiq; pro actibus suis reddet. Et post hæc addidisti, dicens, pro cuius dogmatis adsertione innumera uerborũ milia mouebuntur: sed in his, quibus ueri prophetæ concessa est scientia, omnis ista uerborũ sylua succisa est. Et propter hoc cum mihi tradideris de uero propheta sermonẽ, omni me adsertionũ firmitate roborasti. Inde denicq; ego cum aduertissem, in hoc summam totius religionis pietatisq; consistere: ilico respondi: Optime prosequutus es PETRE, propter quod de reliquo iam tanquam scienti quæ sint fundamenta fidei, & pietatis, ueri prophetæ traditiones incunctanter expone: cui soli credendum esse, euidenter probatũ est. Illam uero expositionem quæ adsertionibus & argumentis indigeat, infidelibus serua, quibus nondum cõmittere propheticæ gratiæ, indubitabilem iudicaueris fidem. Et cum hæc dixissem, tu utrunq;, inquam, pollicitus es: te hanc mihi simplicem expositionem, ac totius erroris expertem, & illam quæ per singulas quasq; quæstiones explicatur, quæ †& à te mouebãtur, in tempore traditurum. Et post hæc exposuisti per ordinem, à principio mundi, usque ad præsens tempus cõsequentiam rerum, & si placet possim memoriter uniuersa retexere. Ad hæc PETRVS: Magnifice, inquit, delector ô CLEMENS, quod tam tuto cordi uerba cõmittam: memorem nanq; esse eorum quæ dicuntur, indicium est in promptu habere operũ fidem. Cum uero malus dæmon salutis uerba furatur, & de memoria rapit, etiam si uelit, saluari nõ

† consilio

Artium liberalitũ quis debeat esse scopus.

Sũmã religionis nostræ in VNO deo consistit.

† quidem

A poterit. Perdit enim uiam, qua peruenitur ad uitam, propter quod eò magis repetamus, quæ dicta sunt, & confirmemus ea in corde tuo: id est quomodo, uel à quo factus sit mundus, ut tendamus ad amicitiã conditoris. Amicitia autem efficit bene uiuendo, & uoluntati eius obediendo, quæ uoluntas omniũ uiuentium lex est. Breuiter ergo tibi hæc eadem firmioris caussa memoriæ retexemus. In principio cum fecisset deus cœlum & terram, tanq; domũ unã, ipsa quæ ex corporibus mundi reddita est umbra, his quæ intrinsecus clausa fuerant, tenebras ex se dedit. Sed cum uoluntas dei introduxisset lucem, tenebræ illæ quæ ex umbra corporum factæ fuerant, cõtinuo deuoratæ sunt: tunc deinde lux in diem, tenebræ deputãtur in noctem. Iam uero aqua, quæ erat intra mundum, in medio primi illius cœli, terræq; spatio, quasi gelu concreta, & crystallo solidata distenditur, & huiusmodi firmamento uelut intercluduntur media cœli ac terræ spatia, idq; firmamentũ cœlum conditor appellauit, antiquioris illius uocabulo nuncupatum, & ita totius mundi machinam, cũ una domus esset, in duas diuidit regiones. Diuisionis autem hæc fuit caussa, ut superna regio angelis habitaculum, inferior uero præberet homini bus. Post hæc quod reliquũ fuit in inferioribus aquarũ, iussu uoluntatis æternæ, locus maris & chaos effectum recipit, eisq; ad demersa & concaua defluentibus, arida quidem apparuit terra. Congregationes autem aquarũ, effecta sunt maria. Et post hæc terra quæ apparuerat, herbarũ & uirgultorũ di-
B uersa genera produxit, fontes quoque & fluuios, non solũ in planis, sed & in mõtibus protulit: & sic cuncta præparata sunt, ut hominibus qui habitarent in ea, esset facultas his omnibus pro arbitrio uti, id est siue ad bona uelint, siue etiam ad mala. Post hæc stellis adornat cœlum istud uisibile. Solem quoque & lunam ponit in eo, ut alterius lumine dies, & nox uteretur alterius, siq; ut essent indicio rerum præteritarũ, præsentiũ, & futurarũ. Pro signis enim temporũ facta sunt ac dierum, quæ uidentur quidem ab omnibus, intelligũtur autem ab eruditis & intelligentibus solis. Cumq; post hæc de terra & aquis produci iussisset animantia, Paradisum fecit, quem & deliciarũ locum nominauit. Post hæc autem omnia hominem fecit, propter quẽ cuncta præparauerat, cuius interna species est antiquior, et ob cuius caussam omnia quæ sunt, facta sunt, ministerio eius concessa, & habitationis eius usibus data. Igitur consummatis omnibus quæ in cœlo & in terris sunt, atque in aquis multiplicato etiam hominum genere, octaua generatione homines iusti, qui angelorum uixerant uitam, inlecti pulchritudine mulierũ, ad promiscuos, & inlicitos concubitos declinauerunt, & inde iam indiscrete & contra ordinẽ cuncta agentes, statum rerum humanarũ & diuinitus traditũ uitæ ordinem permutarunt. Ita ut omnes homines, uel persuasione, uel ui peccare in creatorem suum cogerent deum. Ex nona generatione nascũtur Gigantes, illi qui à seculo nominantur, non ἀγακοντόπορας, ut Græcorũ fabulæ ferunt: sed immensis corporibus æditi, quorũ adhuc ad indicium in nonnullis locis ossa immensæ magnitudinis ostenduntur. Sed aduersum hos iusta dei prouidentia dilu-

Per euangeliũ peruenitur ad uitam.

Volũtas dei lex est Christianorum.

Tenebræ.

Lux.

Aqua.

Cœlum.

Maria.

Terra.

Fontes.

Caue ĩtelligas hic superstitiosam Astrologiam, quã nonus liber insectatur, sed quod ex huiusmodi prodigijs, qualia tpe Ezechiæ, Iosue Aduẽtus et passionis Christi, et iudicij die futura sint, liceat diuinare alium statũ rerum.

GIGANTES. Geneſis 6.

Diluuium.

C uium mundo introduxit,ut orbis quidem terrarum ab eorum contagione di
lueretur. Omnis uero locus ab impiorũ nece uerteretur in pelagus: unus ta-
Noë iustus. Gen. 6. men tunc inuentus est iustus, nomine Noë, qui in arca cum tribus filijs, eo-
rumq; uxoribus liberatus. Post aquarũ decursus,cũ his animalibus quæ secũ
clauserat,et seminibus,mundi habitator effectus est. Duodecima generatione
Crescite et multiplicamini. Gen. 9. cum deus benedixisset homines,& multiplicari cœpissent,acceperunt præce
ptum,ne sanguinem degustarent: propter hoc enim etiam diluuiũ factũ est,
Tertiadecima generatione cum ex tribus filijs Noë,unus qui erat medius,pa-
Cham seruorũ pater. Gen. 9. tri fecisset iniuriam,posteritati suæ ex maledicto conditionem seruitutis indu
xit,cuius interim senior frater habitationis sortem,eam quæ est in medio terra
ræ,suscepit,in qua est regio Iudææ. Iunior uero Orientis plagã sortitus est:
ipse autem Occidentis accepit. Quartadecima uero generatione ex maledicta
progenie,quidã propter artem magicam primus aram statuit dæmonibus,
honorem sanguinis litans. Quintadecima generatione primo omnium homi
nes Idolum statuentes,adorauerunt, & usq; ad illud tempus diuinitus huma-
no generi data Hebræorũ lingua,tenuit monarchiam. Sextadecima genera-
tione mouerunt se ab Oriente filij hominũ, & uenientes ad terras patrũ suo-
rum unusquisq; sortis suæ locum,proprij uocabuli appellatione signauit. Se-
D *Gen. 11.* ptimadecima generatione apud Babyloniam Nemroth primus regnauit, ur-
Ignẽ Persæ colebant, tanquã eum cui debere mus ultam. bemq; constituxit,& inde migrauit ad Persas,eosq; ignẽ colere docuit. Octa
uadecima generatione muratæ urbes factæ sunt,& exercitus instituti,armaq;
& iudices,legesq; sanctæ,templa constructa, et principes gentium tanquam
dij adorati sunt. Nonadecima generatione posteri illius, qui post diluuiũ ma
ledictus est,proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus
sorte susceperant,eos qui mediũ terræ fuerant sortiti locum, in terras Orien-
Bellorũ origo tis expellunt,& usque ad Persidem fugant,ipsiq; in expulsorum locis iniqua
sorte succedunt. Vicesima generatione ob incesti crimen primus morte pro-
pria filius ante patrem defunctus est. Vicesimaprima generatione extitit uir
quidam sapiens,ex genere eorũ qui fuerunt expulsi,ex semine primogeniti fi-
Inde Abrahã etiam nomen habuit. Gen. 17. liorum Noë,nomine Abrahã, à quo nostrũ Hebræorũ ducitur genus. Hic
cum uniuersus iterum mundus diuersis erroribus esset oppressus,& pro ima-
manitate scelerum maturũ ei pararetur excidium,nõ iam per aquam, sed per
ignem. Cũq; iam plaga initio à Sodomis sumpto, immineret & uniuerso or-
bi terrarũ,pro amicitijs (quibus erat ei familiaritas cum deo) cui bene placue
rat, uniuersum mundum ne pariter periret, eripuit. Ab initio tamen cæteris
omnibus errantibus,ipse cum arte esset astrologus,ex ratione & ordine stel-
Nã apud Chaldæos diu egerat. Gen. 15. larum agnoscere potuit conditorem,eiusq; prouidentia intellexit cuncta mo
derari. Vnde & angelus adsistens ei per uisionem,plenius eũ de his quæ sen-
tire cœpit,edocuit. Sed & quid generi eius ac posteritati deberetur, ostendit,
& nõ tam eis danda hæc loca quàm reddenda promisit. Igitur Abraham cũ
rerum causas desideraret agnoscere, idq; secum intenta mente peruolueret,
Psal. 7. Act. 1. apparuit ei uerus propheta, qui solus omniũ corda & propositum nouit,& omnia

A omnia ei,quæ desiderabat aperuit,diuinitatis scientiam docuit: mundi origi-
nem,finemq; pariter indicauit. Animæ immortalitatem ac uiuẽdi instituta,
quibus deo placeretur,ostendit: Resurrecturos quoq; mortuos, ac iudiciũ
futurũ,bonorũ remunerationem,malorũ pœnas, iusto cuncta moderanda
iudicio,declarauit. Omnibusq; rite ac sufficienter edoctis,ad sedes rursus in-
uisibiles secessit. Verũ cum adhuc ABRAHAM in ignorantia uersaretur,si-
cut tibi & antea iam diximus,nati sunt ei filij duo, quorum unus ISMAEL, *Abraham. Ismaël. Gen. 17.*
alius HELIESDROS appellati sunt: ex alio Barbaræ gentes, ex alio Persa- *Heliesdros.*
rum populi descendunt. E quibus nonnulli Bracmanorũ uitam,& uicina in-
stituta sectati sunt. Alij apud Arabiam consederunt,ex quorũ posteris nõnul
li etiam in Aegyptũ dispersi sunt,inde denicq; & Indorũ quidam & Aegyptio
rum circumcidi didicere,ac purioris obseruantiæ esse quàm cæteri,licet pro-
cessu temporis quamplurimi eorũ ad impietatem uerterent argumentũ & iu
dicium castitatis. Veruntamen cũ hos duos filios tempore quo adhuc in igno
rantia rerũ uixerat,suscepisset. dei agnitione percepta petit ab eo,qui erat iu-
stus,ut ex Sara, quæ ei erat coniunx legitima,cum esset sterilis,habere proge
niem mereretur: & accepit,quem & ISAAC nominauit,ex quo natus est IA- *Isaac. Iacob.*
COB, de IACOB autem XII. patriarchæ, & ex ipsis duodecim septuagin- *XII. patriar-*
ta duo. Hi fame exorta Aegyptũ ueniũt cum omni domo sua,& intra annos *chæ.*
B CCCC. benedictione & promissione dei multiplicati,adfligebantur ab Ae-
gyptijs. Cumq; affligerentur,apparuit uerus propheta MOYSI. & Aegy- *X. plagæ.*
ptios quidem resistentes,ne Hebræorum populus exiret ab eis, & rediret ad *Exodi 7.*
patriam terram,decem plagis cœlestibus affecit. populum uero dei eduxit ex
Aegypto. Sed qui superfuerant ex Aegyptijs,conspirati cũ animositate regis
sui insequuti sunt Hebræos: quos cum reperissent super littus maris,& interi
mere omnes,ac delere cogitarent, Moyses oratione ad deũ fusa, mare in duas *Exodi 14.*
partes diuisit,ita ut aqua dextera leuaq; quasi gelu concreta teneretur. Et po-
pulus quidem dei transiret uelut iter aridum; insequentes uero eos Aegyptij
temere ingressi necarentũr. Vbi enim ultimus ex Hebræorum populo ascen
dit, Aegyptiorũ quoq; ultimus descendit in mare, & continuo aquæ maris,
quæ ut gelu constrictæ tenebantur, præcepto eius qui constrinxerat,relaxa-
tæ, pœna de impiorũ populo recepta, naturæ suæ libertatem sumpserunt.
Post hæc Moyses,dei omnia prouidentis præcepto, Hebræorũ populũ edu
xit in desertum,& iter breuissimum, quod fert de Aegypto ad Iudæam, relin- *In deserto Sur. Psalmo 117.*
quẽs,per longos eremi plebẽ ducit anfractus,ut quadraginta annorũ exerci-
tijs,mala quæ eis ex Aegyptiorũ moribus usu longi temporis inoleuerãt, in- *Exodi 20.*
nouatione mutatæ consuetudinis aboleret. Interea uenitur ad montẽ SINA,
& inde lex eis,uocibus & uisionibus cœlestibus traditur, decem conscripta
præceptis,quorũ primũ & maximũ fuit,ut ipsum SOLVM colerent deũ,nec *X. præcepta.*
ullam sibi aliam speciem uel formam statuerent ad colendũ. Sed cum Moy
ses ascendisset ad montem, ibiq; diebus quadraginta moraretur,populus qui
decem plagis percussam uiderat Aegyptũ,& disruptum mare,ac pedibus in-

Deuter. 8. gressum,manna quoq; sibi pro pane cœlitus datum, & ex sequenti petra po-
culum ministratum,quæ species cibi per uirtutem dei,in quem quisq; desi-
derasset uerteretur saporẽ : cumq; sub plaga cœli ardentiore positi, ne æstibus
coquerentur, nube obumbrabantur in die,nocte uero columna ignis inlumi
nabantur, ne ad eremi uastitatem horror quoq; accederet tenebrarũ. Cum,
Apis Aegypti orum deus. inquam,moraretur Moyses,ipsi secundũ speciem Apidis,quem coli in Aegy
Exodi 32. pto uiderant,aureum caput uituli facientes adorauerunt. Et post tot ac tanta,
quæ uiderant mirabilia,ueteris consuetudinis sordes elimare à se, atq; ab-
stergere nequiuerunt,& ob hoc breui spatio iter, quod ex Aegypto ducit ad
Iudæam relinquens,immenso eremi ambitu egit eos Moyses,si forte posset,ut
superius memorauimus, uetustæ consuetudinis mala nouellæ institutionis
permutatione discutere. Cum interim fidelis & prudens dispensator Moyses
In uicijs corrigendis quid obseruandum. peruidens populo ex Aegyptiorũ consortio altius inoleuisse uitium idolis im
molandi,nec posse de eis radicem mali huius excidi, immolare quidem eis cõ
cessit,sed deo soli hoc fieri permisit,ut mediam quodammodo partem uitij al
tius inoliti resecaret. Aliam uero mediam, per aliud & aliud tempus reserua-
ret emendandam,per illum scilicet,de quo ipse dixit : Prophetam uobis suscis-
Deutero.18. tabit dominus deus uester, quem sicut meipsum audite, secundũ omnia quæ
dixerit uobis. Quicunq; non audierit prophetã illum, exterminabitur anima
D eius de populo suo. Ad hæc autem etiam locum statuit, in quo solo liceret eis
immolare deo. Hoc autem totũ eo prospectu gerebat,ut cum tempus oppor-
Oseæ 6. tunum uenisset,& didicissent per prophetam, quia deus misericordiam uult,
Matth.8. & non sacrificium. Viderent eum qui eos doceret locum dei electum, esse sa-
pientiam eius,in quo conueniret offerri hostias deo. Hunc autem locum, qui
In Christo qui sapientia est patris hostia oblata est. ad tempus uidebatur electus,incursionibus hostiũ & excidijs sæpe uexatum,
& ad ultimũ quoq; audirent penitus excidendũ,ad cuius rei fidem etiam ante
aduentum ueri prophetæ,qui esset hostias cum loco pariter repudiaturus,sæ
pe ab hostibus populatus est,& igni incensus,atque in captiuitatem populus
abductus,in exteras nationes : & exinde cum ad misericordiam dei confuge-
ret,reuocatus est:ut per hæc doceretur,quia sacrificia offerẽs expellitur,& in
manus hostium traditur. Misericordiam uero faciens & iustitiam,sine sacrifi-
cijs de captiuitate liberatur,& in terram patriã restituitur. Sed hoc intelligere
paucos admodũ accidit. Plures enim etiam si sentire hæc & aduertere pote-
rant, uulgi tamen inrationali opinione tenebantur. Paucorũ nanq; est recta
Anses qui & Iosue dictus. cum libertate sententia. Igitur Moyses his administratis Anser quendam no-
mine præponens populo,qui eos reuocaret ad patriam terram. Ipse ad mon
Deute.34. tem quendã præcepto dei uiuentis ascendens,illic defunctus est : cuius tamen
talis fuit mors,ut usq; in hodiernũ diem sepulturam eius nullus inuenerit. Vt
ergo populus patrium contigit solum per prouidentiã dei, primo statim in-
gressu iniquarũ gentiũ habitatores fugantur : & ipsi hæreditatem paternam
iudices sorte suscipiunt. Tum deinde per aliquantũ temporis iudicibus, nõ re
gibus gubernati,statu tranquilliore durarunt. Vbi uero tyrannos sibi magis
quæsiuere,

A quæsiuere, quàm reges : tunc etiam in loco, qui eis orationis caussa fuerat
prædestinatus, templum pro ambitione regia construxere : & sic per ordi-
nem regibus impijs sibi inuicem succedentibus,ad maiores impietates etiam
Magnificatem pla cœpta construi. populus declinauit. Vt autẽ tẽpus adesse cœpit, quo id quod deesse Moysis
institutis, ut diximus,impleretur. Et propheta quem præcinuerat appare-
ret, qui eos primo per misericordiam dei moneret cessare à sacrificijs. Et
ne forte putarẽt, cessantibus hostijs remissionem sibi nõ fieri peccatorũ,Ba-
ptisma eis per aquam statuit,in quo ab omnibus peccatis, inuocato eius no-
Baptismus in loco sacrificiorum cessit. Hebr. uii. mine,soluerentur : & de reliquo perfectam uitam sequentes,in immortalita-
te durarẽt : nõ pecudũ sanguine,sed sapientiæ dei purificatione purgati. De-
nique etiam hoc ponitur euidens magni mysterij huius indiciũ,ut omnis qui
credens prophetæ huic,qui à Moyse prædictus est, baptizaretur in nomine
ipsius, ab excidio belli,quod incredulæ gẽti imminet,ac loco ipsi, seruaretur
Minis conatus est Christus diram Iudæorũ gen. ẽ compellere ad fidem, postq; blãditijs nihil promouit est. inlæsus. Non credẽtes uero extorres loco & regno fiant, ut uel inuiti intel-
ligant,& obediant uoluntati dei. His igitur præordinatis,adest qui expecta-
batur,indicia sui, quibus fieret manifestus,signa & prodigia deferẽs. Sed ne
sic quidem populus credidit,qui ad hæc credenda tot sec lis eruditus est;&
Ioan. 7. non solum non credidit,sed addidit infidelitatis blasphemiã,uoracem homi-
nem,& uentri seruientem,ac dæmone agi eum, qui ob salutẽ suam uenerat,
dicens, intantũ nequitia, malorũ ministerijs ualet,quod nisi sapientia dei ad-
fuisset his,qui diligũt ueritatem,omnes penè simul impius error inuoluerat.
B Nos ergo primo elegit duodecim sibi credẽtes,quos Apostolos nominauit.
XII. apostoli. LXXII. discipuli. Postmodũ alios septuaginta duos probatissimos discipulos,ut uel hoc mo-
do recognita imagine Moysis,crederet multitudo,quia hic est quem prædi-
xit Moyses uenturũ prophetam. Sed fortassis dicat aliquis,quia imitari nume
rum cuiq; possibile est, at quid de signis & uirtutibus dicet,quæ iste facie-
bat? Etenim Moyses uirtutes & sanitates fecerat in Aegypto. Is quoq; quem
ipse prædixit sicut seipsum surrecturũ prophetam,cum omnem languorem,
& omnem infirmitatem curaret in plebe,uirtutes faceret innumeras, uitam
euangelizaret æternam,ab impijs actus est in crucem, quod tamen factum,
uirtute eius cõuersum est in bonũ. Deniq; cum pateretur, omnis ei cõpassus
est mundus: Nam & sol obscuratus est,& astra turbata sunt : mare cõmotũ
est,montesq; disrupti,& sepulchra patefacta sunt; uelũ templi scissum est,ue
lut lamentans excidiũ loco imminens. Et tamen cum omnis mundus cõmo-
tus sit,ipsi etiam nunc ad inquisitionem tantarũ rerum nullatenus cõmouen-
tur. Verum,quoniam necessariũ erat, ut in locum eorum,qui increduli per-
manebant,uocarentur gentes,ut repleretur ille numerus,qui demonstratus
In locũ Iudæorũ uocatæ sunt gentes. fuerat Abrahæ,mittitur in uniuersum mundũ salutaris regni dei prædicatio.
Perturbantur ob hoc mũdani spiritus, qui libertatem quærentibus semper
obsistunt,& ad destruendam dei ædificationem errorũ machinas quærunt
quibus,his qui ad salutis & libertatis gloriam tendunt,obsistentes,& agones
aduersum eos non minimos desudantes, fortiores effecti,ad salutis coronam

C

uenïant,non ſine palma uictoriæ. Interim cum paſſus eſſet, & ab hora ſexta
uſque ad nonam mundũ tenebræ preſſiſſent,ſole reducto,ac rebus in ordinẽ
reſtitutis,etiam homines nequam ad ſe atque ad mores ſuos,metu ceſſante,re
greſſi ſunt. Nam quidam eorũ cum omni cuſtodia ſeruantes locũ,quem non
potuere reſurgentem tenere,magum dicebãt. alij finxerũt furatum. Verum-
tamen ueritas ubicꝫ uincebat. Ad indiciũ enim,quod hæc diuina uirtute age-
rentur,nos qui fueramus pauciſſimi,proceſſu dierum,adſtipulante deo,mul
to plures quàm illi efficiebamur: ita ut aliquando pertimeſcerent ſacerdotes,
ne forte per dei prouidentiam,ad confuſionem ipſorũ,in fidem noſtram uni-
uerſus populus conueniret,frequenter mittentes ad nos, rogabant, ut eis de
IESV diſſereremus,ſi ipſe eſſet ꝓpheta,quẽ Moyſes prædixit, qui eſt CHRI
STVS æternus. De hoc enim ſolo,nobis qui credidimus in IESVM,aduer-
ſum non credentes Iudæos,uidetur eſſe differentia. Verũ cum frequenter ſu
per hoc rogarent: nos aũt opportunũ tempus requireremus,ſeptimana iam
una ex paſſione domini complebatur annorũ,& eccleſia domini in Hieruſa-
lem cõſtituta,copioſiſſime multiplicata creſcebat per IACOBVM, quĩ à do
mino ordinatus eſt in epiſcopum, rectiſſimis diſpenſationibus gubernata.

Mendacia Chriſti ſtoppatiente.

Ioan. 11.

Iudæi Chriſtũ non credunt aduenïſſe.

Iacobus à Chriſto ordinatus Epiſcopus.

D

Cũ aũt nos duodecim apoſtoli ad diem paſchæ, cũ ingenti multitudine cõ
uenïſſemus, Ingreſſi eccleſiã fratrũ, unuſquiſcꝫ noſtrũm IACOBO interro
gante, quæ à nobis per loca ſingula geſta ſint: audiẽte populo, breuiter expo
nimus: in quibus CAIPHAS põtifex, miſſis ad nos ſacerdotibus, rogat ueni
re ad ſe, ut aut ratione doceamus eũ, quia IESVS æternus eſt CHRISTVS:
aut ipſe nos doceat, quia non eſt, quo in utramlibet fidem uniuerſus populus
conueniret, & hoc facere nos frequenter exorat. Nos uero ſæpe diſtulimus,
tempus ſemper opportunius requirentes. Et ego CLEMENS reſpondi ad
hoc, puto hoc ipſum quod quæritur, utrũ ipſe ſit CHRISTVS, multũ profit
ad fidei rationem. Alioqui nunquam Pontifex pro hoc tam frequenter roga-
ret, ut de CHRISTO uel diſceret, uel doceret. Et PETRVS: Recte reſpon-
diſti ô CLEMENS. Sicut enim ſine oculis cernere nemo poteſt, nec ſine auri
bus capere auditũ, uel abſcꝫ naribus odoratum, neque ſine lingua guſtum ſu-
mere, aut abſcꝫ manibus aliquid contrectare: ita impoſſibile eſt abſque uero
propheta, quæ deo placeant noſcere. Et ego reſpondi, quod ipſe ſit uerus pro-
pheta CHRISTVS, te docẽte iam didici: ſed quid ſit hoc ipſũ CHRISTVS,
aut cur ita appelletur, uelim diſcere, uti ne uaga mihi ſit & incerta res tantæ no
titiæ. Tunc PETRVS docere me hoc modo cœpit. Deus cum feciſſet mun-
dum, tanquam uniuerſitatis dominus, ſingulis quibuſcꝫ creaturis principes
ſtatuit, ipſis quoꝫ arboribus, montibuſcꝫ, ac fontibus, & fluminibus, & uni
uerſis, ut diximus, quæ fecerat. Multum enim eſt ire per ſingula. Statuit ergo
angelis angelũ principem, & ſpiritibus ſpiritũ, ſyderibus ſydus, dæmonibus
dæmonem, auibus auem, beſtijs beſtiam, ſerpentem ſerpentibus, piſcem piſci
bus, hominibus hominem, qui eſt CHRISTVS IESVS. Chriſtus autem di
citur eximio quodam religionis ritu: nam ſicut regum ſunt quædam cõmu-
nia

In omni genere creaturarũ ſtatuit deus principes.

CHRISTVS quare dicatur.

A

niã nomina,ita ut apud Perſas Arſaces, apud Romanos Cæſar, apud Aegy-
ptios Pharao, ita apud Iudæos CHRISTVS cõmuni nomine rex appellaẽ:
cauſſa aũt huius appellationis hæc eſt. Quoniamquidem cũ eſſet filius dei &
initium omniũ, homo factus eſt: hunc primũ pater oleo perunxit, quod ex li-
gno uitæ fuerat ſumptum: ex illo ergo ungento CHRISTVS appellatur.
Inde denique etiam ipſe ſecundum prædeſtinationem patris, pios quoſque
cum ad regnum eius peruenerint, uelut qui aſperam ſuperauerint uiam, pro
laborum refectione ſimili oleo perunget, ut & ipſorum lux luceat, & ſpiritu
ſancto repleti, immortalitate donentur. Virgulti uero huius, ex quo ſum-
ptum eſt iſtud ungentum, uniuerſam naturam tibi ſufficienter expoſuiſſe me
memini. Sed & nunc per breuiſſimam ſpeciem de omnibus te in memori-
am reuocabo. In præſenti uita primus pontifex AARON, chriſmatis com-
poſitione perunctus: quod ad imaginem illius, de quo ſupra diximus, ſpiri-
talis ungenti factum eſt, princeps populi fuit, & tanquam rex primitias &
tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem ſorte ſuſcepta, de
mundis, immundiſcꝫ iudicabat. Sed & ſi quis alius ex ipſo ungento perun-
ctus eſt, tanquam uirtute inde concepta, etiam ipſe rex, aut propheta fiebat,
aut pontifex. Quod ſi temporalis hæc gratia ab hominibus compoſita, tan-
tum potuit: intellige iam tu quantum ſit illud ungentum, quod à deo de uir-
B gulto uitæ prolatum eſt, cum hoc quod ab hominibus factum eſt, tam exi-
mias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præſenti ſeculo pro-
pheta glorioſius, pontifice clarius, rege ſublimius? Et ego ad hæc reſpondi:
Memini PETRE dixiſſe te de primo homine, quia propheta fuit. Quod aũt
unctus fuerit, non dixiſti. Si ergo ſine ungento propheta nullus eſt, quomodo
primus homo cũ nõ eſſet unctus fuit propheta? Tum ſubridens PETRVS:
Si primus, inquit, homo prophetauit, certum eſt qđ & unctus ſit. Licet enim
unctionem illius ſiluerit ille qui legem in paginis cõdidit: nobis tamen intel-
ligenda hæc euidenter reliquit. Sicut enim ſi unctũ eum dixiſſet, non dubita-
retur & prophetam eum fuiſſe, etiam ſi ſcriptũ non eſſet in lege: ita cum certũ
ſit eum prophetam fuiſſe, ſimiliter certum eſt & quod unctus ſit, quia ſine un
gento prophetare non poterat. Verum hoc magis dicere te oportuit, chriſma
arte miropolica compoſitum eſt ab AARON, quomodo primus homo per-
ungi potuit ungento ante compoſitionis artibus nondũ repertis? Et ego re-
ſpondi: Non me traducas PETRE, non enim de ungenti compoſiti & tem-
porali oleo loquor. Sed de illo ſimplici & æterno, quod à deo factum eſſe
docuiſti. Ad cuius ſimilitudinẽ iſtud compoſitũ eſſe ab hominibus dicis. Et
PETRVS ad hæc ut uidebaẽ indignans. Quid putas CLEMENS, quia oẽs
omnia ante tempus ſcire poſſumus? ſed nunc uti ne à propoſito ſermone rece
damus, aliãs tibi, cum ꝓfectus tuus manifeſtus fuerit, de his apertius expone-
mus. Tunc autem ungento cõpoſito perunctus põtifex, uel ꝓpheta dei altare
ſuccendens, in omni mũdo clarus habebatur. Sed poſt AARON qui põtifex
fuit, alius ex aquis adſumiẽ, nõ Moyſen dico, ſed illũ q in aquis baptiſmi, filius

Apud Iudæos rex Chriſtus dicitur cõmuni nomine.

Chriſmate ungebãtur reges & prophetæ.

Sine ungento nemo prophetabat.

à deo appellatus est, IESVS nanq; est, qui ignẽ illũ, quem accẽdebat põtifex
C pro peccatis, restrinxit per baptismi gratiam: ex quo enim hic apparuit, cessauit chrisma, per quod pontificatus præbebatur, uel prophetia, uel regnum,
Abrahamum intelligit. Hunc igitur ante futurum prædixit Moyses, qui legem dei hominibus tradidit, sed & alius ante ipsum, sicut tibi & ante iam tradidi. Ipse ergo indicauit eũ
Duplex aduentus domini. uenturum. Primo quidem aduentu humilem: secundo uero glorioſum. Et primũ quidem iam impletũ est, cum uenit & docuit, & iudex omniũ iudicatus est, ac peremptus: Secundo uero aduẽtu iudicaturus aduenìet; & impios quidem condemnabit, pios uero in consortiũ regni, societatemq; suscipiet. Fi-
Fides prophetiæ unde probetur. des uero secundi aduentus constat ex primo. Prophetæ enim de primo loquuti sunt, & præcipue IACOB & MOYSES, nonnulla tamen de secũdo. Sed magnificentia prophetiæ in hoc maxime comprobatur, quod nihil secũdum consequentiam rerũ, de futuris dixerunt. Alioqui æstimasse potius sapientes uiri, quod rerũ consequentia dictauerat, uiderentur. Quod autem dico, tale est, CHRISTVM suscipi à Iudæis, ad quos uenerat, & credi ei, qui expectabatur ad salutem populi, secundũ traditiones patrum cõsequens erat: gentes uero alienas ab eo fore, quibus neque promissum quicquã de eo, neq; adnunciatũ fuerat, imò quibus, ne nomine quidẽ ipso aliquando innotuerat, & tamen prophetæ contra ordinẽ, & consequentiã rerum, dixere eum expectationem gentiũ, & nõ Iudæorũ futurũ. Ita deniq; & gestum est. Cum enim uenisset, ab his qui eum expectare uidebantur, ex traditione maiorũ, omnino
D agnitus non est. Hi uero qui nihil de ipso penitus audierant, & uenisse credunt, & uenturum sperant: & ita in omnibus prophetia fidelis apparuit, quæ dixit ipsum esse expectationem gentiũ. Errauerunt ergo Iudæi, de primo do-
Iudæi à Christianis in quo dissentiant. mini aduentu, & inter nos atq; ipsos de hoc est solum dissidium. Nam quod uenturus sit CHRISTVS norunt etiam ipsi, & expectant: quod autẽ iam uenerit in humilitate, hic qui dicit IESVS ignorant: & in hoc maxime eius confirmatur aduentus, quod ei non omnes credunt. Hunc ergo deus destinauit in fine mundi, quia impossibile erat mortaliũ mala purgari per alium, integraduntaxat permanẽte humani generis creatura, hoc est salua arbitrij libertate. Hoc igitur statu incolumi reseruato, inuitare uenit ad regnum iustos quosq;, & eos qui placere studuerint ei, & q̃bus bona ineffabilia præparauit, & Hierusalem ciuitatem cœlestem, quæ super splendorẽ solis fulgebit in habitationẽ sanctorũ: Iniustos uero & impios, & qui pro nihilo habuerunt deum, cõmissamq; sibi uitã, diuersa ad flagitia cõtulerunt, ac tempus operis iusti, exercitium fecere malitiæ competentibus, ipsisq; dignis ultionibus traderet. Cæ-
Ita etiam Paulus 2. Cor. 12. quædam se audisse testatur, quæ non sit fas homini loqui. tera uero quæ ibi gerentur, proferri & eloqui, neq; angelis, neque hominibus fas est. Sed hoc tantum scire nos sufficit, quod bonis æternam bonorũ possessionem conferet deus. His ab eo dictis, ego respondi: Si CHRISTI regno fruentur, hi quos iustos inuenerit eius aduentus: ergo qui ante aduentũ eius defuncti sunt, regno penitus carebunt? Tum PETRVS: Cogis me, inquit, ô CLEMENS aliqua de ineffabilibus publicare. Veruntamen quo adusque pro-

A proferri licet, facere non pigebit. CHRISTVS qui ab initio, & semper erat, per singulas quasq; generationes pijs, latenter licet, semper tamen aderat, his præcipue, à quibus expectabatur, quibusq; frequenter apparuit: sed nõ erat tempus ut tũc resolutis corporibus, fieret resurrectio, sed hæc magis remuneratio uidebatur à deo, ut qui inueniret iustus, diutius permaneret in corpore: aut certe sicut de quodam iusto euidenter refertur in literis legis, quod transtulerit eum deus. Simili exemplo etiam cum cæteris gestum est, qui eius uoluntati placuerunt, ut ad paradisum translati, seruentur ad regnũ. Eorũ uero qui non ad integrũ potuere explere normam iustitiæ, sed aliquas in sua carne malitiæ reliquias habuere, corpora quidem resoluuntur, animæ uero seruantur in bonis, lætisq; regionibus. Vt in resurrectione mortuorũ cum corpora sua receperint, ipsa iam resolutione purgata, pro his quæ bene gesserant, æterna hæreditate potiantur. Et ideo beati sunt omnes, qui regnum CHRISTI fuerint adepti, quia non solũ inferni pœnas effugient, sed & incorruptibiles permanebunt; & primi deum patrem uidebunt, atq; inter primos apud deũ honoris ordinẽ consequentur. Propter quod nõ minima de CHRISTO quæstio habetur, & infideles quiq; ex Iudæis, immẽsa aduersum nos insania commouentur, uerentes ne forte ipse sit in quem peccauerunt. Et eo magis metus increscit, quod sciunt statim ut eum cruci adfixere, uniuersum ei compassum esse mundum, corpusq; eius diligenti à se custodia conseruatũ, nusquam com-
B paruisse, atque ad fidẽ nominis eius innumeras multitudines conuenire. Vnde & compulsi sunt unà cum pontifice Caipha, sæpius mittere ad nos, ut de nominis eius ueritate quæreretur. Cumq; crebro depoſcerent, ut de IESV aut discerent, aut docerent, si ipse esset CHRISTVS. Visum nobis est ascendere ad templum, & corã omni populo protestari de eo, simul & arguere Iudæos de multis, que ab eis absurde gerebantur. In multas etenim iam partes populus scindebatur, initio sumpto à Ioanne baptista. Cum enim iam immineret ortus CHRISTI, ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi uero gratiã largiendam, inimicus, ex his quæ prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, diuersa schismata operabatur in populo: ut si forte prius peccatũ potuisset abolesci, secunda corrigi culpa non posset. Erat ergo primũ schisma eorum, qui dicebantur Sadducæi, initio, Ioãnis iam penè temporibus sumpto. Hiq;, ut cæteris iustiores, segregare se cœpere à populi cœtu, & mortuorũ resurrectionẽ negare, idq; argumẽto infidelitatis adserere, dicentes, non esse dignũ, ut quasi sub mercede proposita colatur deus. Autor uero sententiæ huius primus Dositheus, secũdus Simon fuit. Aliud Samaræum schisma est, & ipsi enim resurrectionem mortuorum negantes, adserunt: nõ in Hierosolymis, sed in monte Garizin adorandũ esse deum. Qui tamen unum uerum prophetam ex Moysis uaticinationibus recte expectantes, prauitate Dosithei impediti sunt: ne hunc quem expectabant crederẽt esse IESVM. Scribæ quoq; & pharisæi in aliud schisma deducuntur: sed hi baptizati à Ioanne, & uelut clauẽ regni cœlorum, VERBVM VERITATIS tenentes, ex Moysis traditione susceptũ,

Christus nunq; defuit pijs.

Enoch intelligit, de quo Ge. 5. & Eccl. 44

Petrus hic sentit, animas defunctorũ detineri alicubi in loco læto & bono, usq; in iudicij diem: Illãq; resolutionẽ corporis et animæ quoddã esse expiationis genus, quod nunc uulgo purgatorium appellamus.

Caiphas.

Primũ schisma Sadducæorũ.

Dositheus & Simon principes Sadducæorum.

Pharisæorũ secundũ schisma.

C occultarunt ab auribus populi. Sed & ex discipulis Ioannis, qui uidebantur esse magni, segregarunt se à populo, & magistrum suũ ueluti CHRISTVM prædicarunt. Hæc autem omnia præparata sunt schismata, ut & fides CHRISTI, per hæc impediretur & baptisma. Veruntamen ut dicere cœperamus: cum frequenter nos pontifex per sacerdotes rogasset, ut de IESV sermo nobis haberetur ad alterutrum. Vbi opportunũ uisum est, & omni ecclesiæ placuit, ascendimus ad templum: & stantes in gradibus unà cum fidelibus fratribus nostris facto populi summo silentio, Prior Pontifex cœpit adhortari populum, ut patienter & cũ quiete audiant, simulq; eorũ quæ dicenda sunt, testes & iudices fiant. Tum deinde cũ multis laudibus efferrent sacrificiorũ rítum, qui ad remissionẽ peccatorum humano generi, diuinitus esset indultus: causabaẽ IESV nostri baptisma, uelut cõtra hæc nuper inductũ. Sed propositionibus, occurrens MATTHAEVS euidenter ostendit: Quod si quis IESV baptisma non fuerit cõsequutus, is non solum cœlorum regno fraudabítur, uerum & in resurrectione mortuorum non absq; periculo erit. Etiam si bonæ uitæ, & rectæ mẽtis prærogatiua muniatur. Hæc, & his similia prosequutus, siluit Matthæus. Sed Sadducæorum pars, quæ negaret resurrectionem mortuorũ, indignata est: ita ut quidam ex ipsis de medio populi, exclamaret dicens, multum errare eos qui putant mortuos aliquando resurgere. Contra hunc ANDREAS meus frater respondens, docuit errorrem nõ esse,
D sed certissimam fidem, quod mortui resurgant, secundũ ea quæ docuit is, quẽ Moyses prædixit uenturũ prophetam: aut si nõ uidetur eis ipse esse quẽ prædixit Moyses. De hoc, inquit, primo requiraẽ, ut cũ euidenter ipse fuerit probatus, nihil de reliquo super his quæ docuit ambigatur. Hæc aũt, & his similia plura protestatus, siluit ANDREAS. Samaræus uero quidam contraria populo & deo loquens, & neque mortuos adserens resurrecturos, neq; eum, qui est in Hierusalem, cultum dei tenendum, sed montem Garizin uenerandũ. Addidit etiam contra nos hæc, quod IESVS noster nõ esset ipse, quẽ Moyses prophetam uenturum esse prædixerit, aduersum hunc & alium qui cũ ipso hæc eadem prosequebaẽ. ZEBEDAEI filij, Iacob, & Ioannes uehementer obnisi sunt. Et quamuis haberent mandatũ, ne ingrederentur ciuitates eorum, neque uerbũ eis prædicationis inferrent, tamen ne sermo eorũ, si confutatus non esset, aliorũ læderet fidem, ita prudenter & fortiter responderunt, ut perpetuũ eis silentium darent. Nam IACOBVS de resurrectione mortuorũ cum totius populi fauore perorauit: IOANNES uero ostendit, quia si cessarent ab errore montis Garizin, consequẽter agnoscerẽt ipsum esse IESVM, qui, secundum prophetam Moysen, expectatur esse uenturus: quoniã quidem signa & ,pdigia ut fecit Moyses, ita fecit etiam IESVS, & duBium non est, quin similitudo signorũ ipsum esse testetur, quem sicut se, dixit esse uenturum. Hæc & alia plura his similia protestati, siluere: & ecce quídam de scribis, de medio populi adclamans, ait: IESVS uester signa & prodigia quæ fecit ut magus, non ut propheta fecit. Huic Philippus uehemenster

Discipuli Ioannis iniquiores erant Christo præ suo præceptore.

Baptismus Iudæos male habuit.

Scribæ Christũ magiæ insimulant, id quod etiam sanctissimis quibusq; contigit.

A ter occurrit, ostendens quia hac ratione accusarem etiam Moysen. Cũ enim Moyses signa & ,pdigia in Aegypto fecerit, similiter autem & IESVS in Iudæa: dubitari non posset, quin quod de IESV diceretur, hoc etiã de Moyse dici uideretur. Hæc & his similia plura protestatus, siluit PHILIPPVS. Pharisæus autem quidã audiens hæc, insimulabat Philippũ, quod Moysen æqualem diceret IESV, cui BARTHOLOMAEVS respondens, cõstanter edocuit, quia non dicimus IESVM solum æqualem Moysi, sed maiorem: quia Moyses quidem propheta fuit, quod fuit & IESVS: quod autem fuit Iesus, Moyses non fuit, Christus. Et ideo maior ille sine dubio, qui & propheta & CHRISTVS est, quàm ille qui solum propheta est. Hæc & his similia plura ,psequutus, siluit. Post hunc IACOBVS ALPHAEI sermonem fecit ad populũ, quo ostenderet, nõ ideo credendũ esse IESV, quia de eo ,pphetæ præ-
dixerint, sed ideo magis credendum esse ,pphetis, quod uere prophetæ sint: quia eis CHRISTVS testimoniũ reddat: nam præsentia, & aduentus CHRISTI illos uere prophetas fuisse designat. Decebat enim nõ ab inferioribus ma-
iori, sed à maiore inferioribus fidei testimonium dari. Hæc & multa his simília prosequutus, etiam IACOBVS siluit. Post hunc LEBBAEVS populum cœpit uehementer arguere, quod nõ crederent IESV, qui eis tantũ profuerit docendo quæ dei sunt, solando adflictos, medendo infirmos, pauperes consolando: sed pro his omnibus bonis odia, mortemq; reddiderint. Hæc & his si-
B milia plura cum esset populo protestatus, siluit. Et ecce unus ex discipulis IOANNIS adfirmabat CHRISTVM Ioannem fuisse, & nõ IESVM: intantũ, inquit, ut & ipse IESVS omnibus hominibus & prophetis maiorẽ esse pronunciauerit Ioannẽ. Si ergo, inquit, maior est omnibus, sine dubio & Moyse, & ipso IESV maior habendus est, quod si omnium maior est, ipse est CHRISTVS. Ad hæc Chananæus SIMON respondens, adseruit Ioannẽ maiorẽ quidem fuisse omnibus prophetis, & omnibus qui sunt filij mulierum, nõ tamen maiorem esse filio hominis: & ideo IESVS quidem & CHRISTVS est, Ioannes uero solum propheta. & tantum interest inter ipsum & IESVM, quantum inter præcursorem, & eum cui præcurritur, & quantũ inter eum qui legẽ dat, & eum qui legem seruat. Hæc autem & his similia ,psequutus, siluit etiã Chananæus. Post quem Barnabas, qui & MATTHIAS, qui in locũ Iudæ subrogatus est apostolus, monere populũ cœpit, ne odio haberent IESVM, neq; blasphemarent eum. Multo enim esse rectius, etiã ignoranti, uel dubitanti de IESV, amare eum quàm odisse. Charitati emi deus præmiũ posuit, odijs pœnam. Hoc ipsum enim, inquit, quod Iudaicũ corpus adsumpsit, & inter Iudæos natus est, quomodo non omnibus uobis incentiua sui amoris incussit? Hæc & his similia cũ perorasset, dicendi finem fecit. Tunc CAIPHAS doctrinã IESV culpare tentabat, dicens eũ res uanas loquutũ, beatos enim pauperes dixit, & terrenas fore remunerationes promisit, ac summã mu-
neris in terrena hæreditate constituit: cibisq; ac potu eos, qui iustitiam seruarint, promisit esse saturandos, & his similia multa docuisse deprehẽditur. Cui

Hæc opinor fuit caussa cur Ammonius de consonantia Iesu & Moysi librũ conscriberet, ut testatur Euse.

Tres fuisse Iacobos hinc intelligimus, Zebedæi, Alphæi & fratrem domini.

Qui & Thaddæus dictus est.

Ex hoc Lucæ 7. Inter natos mulierum non surrex. ma. Io.

Discipuli Ioannis arguebant Ioannem esse Christum.

C THOMAS respondens, arguit eũ frustra caussantem: ostendens, quia prophetæ magis, quibus etiam ipse credit, ista docuerint, nec tamen quomodo erunt hæc, aut quomodo percipientur ostenderint: IESVS uero qualiter accipi hæc debeant, demonstrauerit. Et cum hæc atq; his similia plura dixisset, siluit etiã Thomas. Post hæc rursum CAIPHAS me intuens, & nunc ut monens, nunc uero ut culpans, dicebat: cessare me debere de reliquo à prædicatione CHRISTI IESV, ne in pernitionem mei hoc agerem, néue ipse errore deceptus, alios quoq; meo errore deciperẽ. Tũc præterea arguebat me temeritatis, quod cum essem ipse imperitus piscator, & rusticus, officium subirem doctoris auderem. Hæc & alia plura his similia dicenti, ego quoq; in hæc uerba respondi: Mihi quidem minus esse periculi, si ut ipse ait, iste non sit CHRISTVS, quia doctorem legis receperim: ipsi uero ingens esse discrimen, si hic ipse sit CHRISTVS, sicut & certe est. Ego enim credo huic qui apparuit, ipse autem cui alij fidem seruare se credit, qui nullus apparuit? Si uero & idiota, ut ais, & imperitus, ac piscator, & rusticus, super presbyteros sapientes intelligam: hoc tibi, inquam, magis metũ debet incutere. Nam si ex eruditione aliqua disputans, obtinerẽ uos sapientes & eruditos, uideretur uticq; doctrinam hoc mihi longi temporis, & nõ diuinæ uirtutis gratiam contulisse: Nunc autẽ cum, ut dixi, nos imperiti, uos sapientes conuincimus, & superamus, cui sensum habenti non palàm est, quia hoc non humanæ argutiæ opus est, sed diuinæ uoluntatis & muneris? Hæc igitur & alia huiusmodi prosequentes, consequenter protestati sumus, ac docuimus nos imperiti & piscatores, sacerdotes quidem de uno solo deo cœli, Sadducæos de resurrectione mortuorũ, Samaritas de consecratione Hierusalem: non tamen ingressi ciuitatem ipsorũ, sed publice disputantes. Scribas uero & pharisæos de regno cœlorũ, Discipulos IOANNIS, ne scandalũ paterentẽ in Ioanne: Omnẽ uero populũ, quia IESVS est CHRISTVS æternus. Ad ultimũ autẽ monui eos, ut prius quàm progrederemur ad gentes, prædicare eis agnitionem dei patris, ipsi reconciliarentur deo, suscipiẽtes filiũ eius: aliter enim nullo modo eos ostendi posse saluari, nisi per sancti spiritus gratiam, trinæ inuocationis dilui baptismate, perparent, & eucharistiam CHRISTI domini sumerẽt, cui soli, de his quæ docuit, credere deberent, ut sic æternam salutem consequi mererentur: aliter uero impossibile prorsus esse reconciliari eos deo, etiam si mille ei aras, & altaria mille succendant. Nos enim, inquam, pro certo comperimus, quod super sacrificijs quæ offertis, multo magis exasperatur deus, sacrificiorũ tempore etiã nunc expleto: & quia uos nõ uultis agnoscere, emensum esse iam tempus hostias offerendi, ob hoc destruetur & templum, & abominatio desolationis statuetur in loco sancto, & tunc gentibus euangeliũ prædicabitur ad testimonium uestri, ut ex illorũ fide uestra infidelitas iudicetur. Omnis etenim mundus diuersis temporibus, diuersas malitiæ ægritudines patitur, uel per omnes generaliter, uel per singulos quosq; specialiter: & ideo indiget medico, qui eum uisitet ad salutem, nos ergo testamur uobis, &, quod unumquemq; uestrum

Caiphas ægre passus est se à piscatore Petro admoneri, pontificem ab idiota.

D *Petrus pro auditorũ ratione alio atque alio docendi genere usus est.*

Baptisma. Eucharistia.

SACRIFICIORŨ tempus iã est expletũ.

Danielis 9.

Christus medicus est.

A strum latuit, nunciamus. Vestrum est deliberare quid expediat uobis. His à me dictis ingemuit omnis multitudo sacerdotum, quod eis de templi subuersione prædixerim. Quod cum uidisset GAMALIEL princeps populi (qui latenter frater noster erat in fide, sed consilio nostro inter eos erat) quia ualde fremerent, & ingenti aduersum nos furore mouerentur, adsurgens, ait: Quiescite paulisper ô uiri Israëlitæ, non enim aduertitis tentationem, quæ imminet uobis, propter quod desinite ab hominibus istis. & si quidem humani consilij est quod agunt, citò cessabit: si autem à deo est, cur sine caussa peccatis, nec proficitis quicquam? dei enim uoluntatem quis potest superare? Nunc ergo quoniam quidem in uesperam iam uertitur dies, in crastino hoc ipso in loco audientibus uobis, ego ipse cum istis disputabo, ut omnem errorem palàm arguam, dilucideq; confutem. Et his dictis, repressus est eorum aliquatenus furor, ea præcipue spe, quod die crastino erroris nos publice arguendos sperarent: & sic cum pace populum dimisit. Nos uero cum uenissemus ad IACOBVM nostrum, omnia quæ dicta gestáque fuerant, exponentes, apud eum cibo sumpto mansimus, Omnipotenti deo per totam noctem supplicantes, ut futuræ disputationis sermo indubitatam fidei nostræ ostenderet ueritatem. Igitur postera die IACOBVS episcopus nobiscum simul, & cum omni ecclesia ascendit ad templũ, ubi ingentem reperimus multitudinem, à medio noctis expectan

B tem nos. Stetimus ergo in locis quibus & prius, ut eminentius stantes, ab uniuerso populo cerneremur. Cumq; esset summum silentium factum, GAMALIEL, qui, ut supra diximus, nostræ fidei erat: dispensatione uero manebat inter ipsos, ut siquando iniquum aliquid aduersum nos, aut impium molirentur, uel ipsos consilio reprimeret prudenter aptato: uel nos commoneret, ut aut curare, aut declinare possemus. Is ergo tanquã aduersum nos agens, prior omnium episcopum IACOBVM intuens, hoc modo adloquutus est: Si ego GAMALIEL neque eruditionis meæ, neque senectutis obprobrium duco, discere aliquid à paruulis, & ab imperitis, si quid forte est utilitatis, aut salutis adquirere. Qui enim rationabiliter uiuit, scit quia nihil est anima preciosius: quomodo non omnibus hoc amabile est, cunctisq; exoptatum, ut quæ ignorat, discat: quæ didicerit, doceat? Certissimum nanque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet esse preciosior ueritate. Et uos ergo fratres, si quid amplius nostis, populo dei qui adest, idemq; fratribus uestris proferre non pigeat, omni populo libenter & tota cum quiete quæ dicitis audiente. Quomodo enim non hoc faciat populus, cum meipsum uideat secum pariter uelle à uobis discere, si quid forte amplius uobis reuelauit deus? Si uero uos in aliquo indigetis, similiter etiam uos à nobis non pigeat doceri, ut erga utranque partem, si quid deest, adimpleat deus. Quod si aliquis uos forte nunc solicitat metus, propter nonnullos nostrorum, qui præiudicatis aduersum uos animis utuntur, & insidias eorum uerentes, non audetis aperte dicere id quod sentitis,

Gamaliël clanculum fauebat apostolis.

Act. 5.

Gamaliël ex industria uoluit uideri dissentire ab apostolis.

VERITAS *nihil precio sius est.*

C apertius, ego ut uos etiã huius occasione timoris absoluam, iuro uobis omnipotentem deum, & uiuentem in secula, quia nullũ permittam iniícere uobis manus. Habentes ergo huius iuramenti mei omnem hunc populum testem, & idoneum pignus, sacramenti nostri fœdus tenentes, absque ulla cunctatione unusquisque uestrum quod didicit proferat, & nos fratres intente, & cum silentio audiamus. Hæc dicens GAMALIEL, non ualde placebat Caiphæ, & ut uidebatur, suspectum habens eum, ipse magis inserere se subtiliter disputationibus cœpit: subridens enim ad ea quæ GAMALIEL dixerat, IACOBVM episcoporũ principem, sacerdotum princeps orabat, ut de CHRISTO non aliunde sermo, quàm de scripturis fieret: Vt sciamus, inquit, utrum IESVS ipse sit CHRISTVS, an nõ. Tunc IACOBVS, Primo, inquit, requiramus, ex quibus scripturis potissimũ disputationẽ habere oporteat. At ille, uix aliquando ratione ipsa superatus, respondit, ex lege habendam: & post hoc etiam prophetarũ addidit mentionem. Cui IACOBVS noster cœpit ostendere, quia & prophetæ quæ dicunt, ex lege sumpserint, & legi consona sint loquuti. Sed & de libris Regnorũ disseruit aliqua, quomodo, & quãdo, & à quo scripti sint, & quomodo eis uti oporteat. Cumq; & de lege plenissime disputasset, ac singula quæ de CHRISTO sunt, purissima expositione protulisset in lucem, ostendit abundantissimis probationibus, quia IESVS

D est CHRISTVS, & in ipso uniuersa quæ de humili eius aduentu fuerãt prædicta, complentur. Duos enim eius prædictos esse docuit aduentus: Vnũ humilitatis, quem adimpleuit: Alium gloriæ, qui speratur implendus, cũ ueniet dare regnum credentibus in se, & seruantibus omnia quæ præcepit. Cumq; de his omnibus euidenter populũ docuisset, addebat etiam hoc: quia nisi quis baptizatus fuerit in aqua, sub appellatione trinæ beatitudinis, sicut docuit uerus ꝓpheta, neque remissionem acciperet peccatorũ, necq; introiret in regna cœlorum. & hanc esse dei ingeniti præfinitionem cõfirmauit. Quibus etiam hæc addidit: Nolite putare duos ingenitos dicere deos, aut unũ diuisum esse in duos: Vel sicut impij dicunt, eundem masculũ & fœminam sui effectum. Sed filium dei unigenitum dicimus, non ex alio initio, sed ex ipso ineffabiliter natum. Similiter etiam de paracleto dicimus. Sed & de baptismate, cum aliquanta dixisset, per septem continuos dies persuasit omni populo & pontifici, ut confestim ad percipiendum baptismum festinarent. Cumq; in eo iam res esset, ut uenirent & baptizarentur, homo quidam inimicus, tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit & dicere: Quid facitis ô uiri Israëlitæ? cur uobis tam facile subripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infelicissimis, & à SIMONE mago deceptis? Cumq; hæc diceret, & ad hæc adderet, ac superaretur ab episcopo IACOBO, cõturbare populum, & seditiones suscitare cœpit, uti ne ea quæ dicebantur plebs posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata conuellere, simulq; incusare sacerdotes, & obprobriis atque increpationibus cœpit accendere, & uelut furibundus, singulos quosque ad cæ-

Quàm sunt uero nostra ætate quidam Caiphæ nequiores qui semel uniuersæ scripturæ renunciant.

LIRBI Regũ

Duo aduentus Christi.

Vnitas dei.

A ad cædem concitare, dicens: Quid agitis? Quid cessatis? ô segnes & desides, cur non manibus nostris inuadimus, & discerpimus omnes hos? Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara torre robusto cædis fecit exordium. Tunc deinde & cæteri uidentes eum, simili efferebantur insania: fit omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum sanguis plurimus funditur, fuga permixta habetur. Cum interim ille inimicus homo IACOBVM adgressus, de summis gradibus præcipitem dedit: quem cum mortuum credidisset, ultra mulctare neglexit. Nostri uero sublatũ eum colligabant: erant enim & numero plures quàm illi, & uirtute maiores. Sed propter reuerentiã dei ipsi magis interimi se à paucioribus, quàm interimere alios, patiebãtur. Cum autem uespera adfuisset, templum quidem sacerdotes claudunt: nos uero ad domũ IACOBI regressi, & pernoctantes ibi in oratione, ante lucem descendimus Hiericho ad quinq; milia uiri. Post triduum autem uenit ad nos ex fratribus quidam à GAMALIELE, de quo supra diximus, occultos nobis nũcios deferens, quod inimicus ille homo legationem suscepisset à Caipha pontifice, ut omnes qui crederent in IESVM, persequeretur, & Damascũ pergeret cũ epistolis eius, ut etiam inibi auxilio usus infidelium, fidelibus inferret exitium, idcirco autem præcipue Damascum festinaret, quod & illuc confugisse crederet PETRVM. Et post dies ferè triginta digressus est per Hiericho, Damascum tendens. cũ per idem temporis ꝓgressi essemus nos ad sepulchra duo-

B rum fratrũ quorundã, quæ sponte sua per annos singulos dealbabantur: quo miraculo multorum aduersum nos repressus est furor, uidentium haberi nostros in memoria apud deum. Positis itaq; nobis in Hiericho, ibiq; orationibus & ieiuniis operã dantibus, IACOBVS episcopus accersitũ me inde huc Cæsaream mittit dicens: quia Zachæus de Cæsarea scripserit sibi, Simonem quendam Samaræũ magum plurimos nostrorum subuertere, adserentem se esse quendã STANTEM, hoc est alio nomine, CHRISTVM, & uirtutẽ summam excelsi dei, quæ sit supra conditorem mundi: simulq; mirabilia plurima ostendens, alios dubitare, alios declinare fecerit ad se: cunctaq; diligenter cõperta ab his qui prius uel socij eius, uel discipuli fuerant, & post hoc ad Zachæũ cõuersi sunt, indicauit. Multi sunt ergo, inquit, IACOBVS, ô PETRE, quorum salutis caussa proficisci te oportet, & arguere magum, ac sermonem ueritatis docere, sed nihil moreris, neque te contristet, quod solus proficiscaris: sciens comitem tibi & adiutorem deum per IESVM, & citò per eius gratiam multos tibi socios & unanimes fore. Dato sanè operam, ut per singulos annos præcipua quæque ex dictis gestisq; tuis scripta mittas ad me, & maxime per septimanas annorum. & his dictis, dimissus ab eo, sex diebus perueni Cæsaream: ingredienti autem mihi occurrit ZACHAEVS dilectissimus frater noster, & inhærẽs amplexibus meis, perduxit ad hoc, in quo ipse commanebat, hospitium, requirens à me de singulis quibusq; fratribus, præcipue tamen de honorabili fratre nostro IACOBO. Cumq; audisset à me, quod uno adhuc claudicaret pede, percontanti, continuo caussam, o-

Quid si legas combusto.

Patientia Christianorum.

Paulũ fuisse eũ quem inimicũ hominẽ appellauit, existimo: namis diplomata impetrauit, ut Christiani negocium exhiberet. Act. 22.

Iacobus altero pede claudicabat.

C mnia hæc quæ nunc tibi exposuimus, ei enarraui. quomodo euocati essemus à sacerdotibus & pōtifice Caipha ad templū: & IACOBVS archiepiscopus stans in summis gradibus, per septem continuos dies uniuerso populo de scripturis dominicis adsignauerit, quod IESVS esset CHRISTVS, quóue modo omnibus iam adquiescētibus, ut ab eo baptizarētur in nomine IESV, inimicus homo effecerit illa omnia quæ supra diximus, ut ne eadem iterum dicamus. Quibus cognitis Zachæus, rursus mihi quæ à Simone agerentur, exponit: & inter hæc, nescio unde cognito aduētu meo, ipse mādat ad me Simon: audiente, inquit, populo die crastina disputemus. Cui ego: fiat, inquam, ut libet. & hæc pollicitatio mea uniuersæ innotuit ciuitati, ita, ut etiam tu qui ipsa die adueneras, disceres me die postera cum Simone habiturū esse certamen, & requisita mansione nostra secundū indicia, quæ à Barnaba acceperas uenires ad nos: ego uero ingressu tuo ita gratulatus sum, ut nescio unde motus, festinauerit animus meus exponere tibi cūcta uelociter: præcipue tamen qđ est in fide maximū de uero propheta. Quod unum ad totius doctrinæ fundamentū sufficere posse non ambigo: tum etiam scriptæ legis per singula quæque capitula, quorū ratio poscebat, secretiorem tibi intelligentiam patefeci: non occultans à te, nec traditionum bona: quæ uero superstant incipiēs à die crastina, ex his quæ in quæstionibus, cum Simone mouebūtur per dies singulos audies, usquequo, deo fauēte, perueniatur ad ipsam, quò iter nostrū dirigendum credimus, urbem Romam. Cumq; ad hæc ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer, facturumq; omnia me, quæ præciperet, promptissime pollicerer, cibo sumpto quiescere nos iussit, sibiq; ipse quietem dedit.

Simon magus Petro certamē denunciat.

LIBRI PRIMI FINIS.

RECOG.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER SECVNDVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

A  VM aūt dies, quæ ad disceptandū cū SIMONE statuta fuerat, inlucesceret, PETRVS primis gallorum cantibus surgens, excitauit etiam nos: eramus enim in eodem conclaui cubitantes, simul omnes tredecim, in quibus primus post Petrum Zachæus, deinde Sophonias, Iosephus, & Michæas, Eliesdros & Phinees, Lazarus & Heliſæus: post hos ego CLEMENS, & Nicodemus, deinde Niceta & Aquila, qui fuerant prius discipuli Simonis: & docente Zachæo, conuersi sunt ad fidem CHRISTI. mulierum sanè nulla prorsus aderat. Cumq; adhuc uespertinū lumen duraret, omnes resedimus: & PETRVS uidens uigilare nos, ac sibi intendere, salutatis nobis, continuò dat sermonis exordium. Mirari me equidē fateor fratres, humanæ naturæ uim, quam ad omnia aptam, abilemq; esse uideo: hoc autē dicere in memoriam uenit, ex his quæ rebus ipsis expertus sum, ut cum transierit medium noctis, ego sponte iam suscitor, & ultra somnus nequaq; uenit
B ad me: quod mihi accidit ex eo, quia in cōsuetudine habui uerba domini mei, quæ ab ipso audieram, reuocare ad memoriā, & pro ipsorū desiderio, suscitari animis meis, & cogitationibus imperaui: ut euigilans ad ea, & singula quæque recolens ac retexens, possim memoriter retinere. Ex hoc ergo dum omni cum dulcedine sermones domini uersare in meo corde desidero, consuetudo obtinuit uigilandi, etiā si nihil sit quod cogitare uelim. Ita ergo ineffabili quadam ratione, introducta alia consuetudine, uetus consuetudo mutatur: & id reuera si non supra modū cogas, sed quantū recipit mensura naturæ. Neq; enim penitus somno carere possibile est, alioqui nec facta nox fuisset ad quietem. Et ego cum audissem: optime, inquam, dixisti PETRE, quia cōsuetudo consuetudine cōmutatur. Nam & ego cum nauigarem, primo turbabar, & intra me mihi omnia uertebantur, ita ut suggillari uiderer, nec ferre possem brumam & molestiam maris: post paucos autem dies, ubi consuetudo facta est, tolerabiliter ferre cœpi, ita, ut mane statim unà cum nautis cibum sumere delectarer, cum prius ante horam septimam capiendi cibi consuetudo nō esset. Nunc ergo, ex ista sola consuetudine, circa illud tempus, quo comedere cum nautis solebam, esuries admonet me; quod tamen rursus depellendum

Petrus' Zachæus Sophonias Iosephus Michæas Eliesdros Phinees Lazarus Heliſæus Clemens Nicodemus Niceta Aquila.

CONSVETVDO.

C spero,cum alia fuerit cõsuetudo suscepta: Credo ergo etiam tibi uigiliarũ cõ-
suetudinem,ut perhibes,institutam,& opportune hoc nobis exponere uolui
sti,ut & nos aliquantulum somni à nobis abijcere atq; effugare nõ pigeat,ut
possimus doctrinæ uiuẽtis instituta suscipere. Vbi enim decocti fuerint ci-
Silentiũ studijs sacrum. bi,& mens acceperit nocturna silentia, opportunissime quæ docẽtur insidẽt,
Et PETRVS libenter accipiens,quod intellexerim,præfationis eius caussam,
ad utilitatem nostram prolatam,conlaudans me,adhortandi & incitandi sine
dubio gratia,consequentem cœpit expedire sermonem. Opportunum mihi
Refert nosse ingenium & mores eius,cũ quo uelis congredi. Matt.10. nunc & necessariũ uidetur,de his quæ imminent aliqua discutere,id est de SI-
MONE. Scire enim uelim,quibus sit moribus,& quibus actibus,quod mihi,
si quis scit indicare non cesset: refert enim ista prænoscere. Nam si in manda
tis habemus, ut uenientes ad ciuitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit,
ut apud eum cibũ sumamus: quanto magis conuenit noscere,quis,qualisue sit
Matth.7. is,cui immortalitatis uerba credenda sunt? Soliciti enim,& ualde soliciti esse
debemus,ne margaritas nostras mittamus ante porcos: sed & alias ob caus-
sas utile est,uiri huius habere me notitiã. Si enim sciam quia in his,de quibus
non potest dubitari,quod bona sint,emendatus est, & inculpabilis: hoc est,
si sobrius,si misericors,si iustus,si mitis & humanus est, quæ utique bona esse
nullus ambigit, tunc cõsequens uidebitur, ut ei qui obtinet bona uirtutum,
D etiam quod deest,fidei,& scientiæ cõferatur & in quibus maculari uidetur,
Legãt hoc Theologi,qui ut desperatos fistidiũt eos qui paradoxis suis nõ protinus assensi fuerint. eius uita,quæ est in reliquis probabilis,emendetur. Si uero in his,quæ palàm
sunt,peccatis inuolutus permanet, & inquinatus, non me oportet ei aliquid
de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui: sed magis ptestari &
conuenire eum,ut peccare desinat,& actus suos à uitijs emendet. Quod si in-
gesserit se,& prouocauerit nos dicere,quæ eum minus recte agentẽ,nõ opor-
tet audire,prudenter eum debemus eludere: nam nihil omnino respondere
auditorũ caussa,utile non uidetur,ne forte existiment nos responsionis penu
ria declinare certamen: & fides eorũ lædatur,nõ intelligentiũ propositũ no-
strum. Cũq; hæc PETRVS dixisset ad nos, NICETA rogat permitti sibi di-
cere aliquid,atque indulgente PETRO,cum uenia,inquit: Obsecro te domi
Nõ semper obtinent VERITATIS patroni. ne mi PETRE,audias me ualde solicitũ tui,& uerentem, ne forte in certami-
ne,quod tibi est cum Simone,superari uideariS. Solet enim frequenter acci-
dere,ut qui ueritatem defendit,non semper obtineat. Dum aut in aliquo præ-
uenti sunt auditores,aut non grandem curam melioris sententiæ gerunt. Su-
per hæc autem omnia,& ipse SIMON uehementissimus est orator,in arte dia
SIMON ORATOR. lectica,& syllogismorũ tendiculis enutritus: quod autẽ est omnibus grauius
& in arte magica ualde exercitatus, & ideo metuo, ne forte tam ualide ex o-
mni parte munitus,apud eos,qui ignorant eũ, falsa allegans, putetur uera de-
fendere. Necq; enim uel nos ipsi eum potuissemus effugere,& conuerti ad do-
Niceta & Aquila discipuli Simonis fuerant. minũ,nisi dũ adiutores eius,& errorũ socij sumus,agnouissemus quod decep-
ptor esset,ac magus. Cũq; hæc Niceta dixisset, AQVILA quoq; rogans sibi
dicendi facultatem dari: hoc modo etiã ipse prosequutus est: Suscipe quæso
& mei

A & mei erga te amoris curã optime PETRE, & ego enim ualde solicitus sum
pro te. Nec reprehẽdas nos in hoc, quia curam gerere alicuius ex affectu ue-
nit: negligere autẽ nõ minus est, quàm odisse. Testem uero inuoco deũ, quia
Negligere nõn minus est q̃ odisse. nõ ut segniorem te in certamine sciens,metuo pro te,quippe quia nec unquã
tibi præsto fuerim disputanti: sed qui illius impietates bene nouerim, existi-
mationem tuam cogito simul & animos auditorũ,& ipsius ante omnia ueri-
tatis statum. Vehemens enim est hic magus ad omnia quæcunq; uoluerit,&
supra modũ sceleSTus: in omnibus enim eum diligenter agnouimus, utpote
qui à puero malorũ eius auditores fuerimus & ministri,& nisi nos dei amor
abrupisset ab eo,in eisdem cum ipso etiam nunc uersaremur malis: sed inge-
nitus quidam nobis erga deum affectus,scelera quidem eius exosa, cultũ ue-
ro dei amabilem fecit. Vnde & arbitror opus fuisse diuinæ prouidentiæ, ut
nos primo familiares eius effecti notitiam caperemus,quomodo, uel quali ar
te, prodigia,quæ facere uidetur,efficiat. Quis enim est,qui non obstupescat
super his,qnæ facit,mirabilibus? & nõ putet eum de cœlis deum ad salutem
hominũ descendisse? Ego de meipso fateor, nisi interius eum scissem, & in-
terfuissem actibus eius,subripi mihi facile potuisset: unde nõ fuit magnũ nos
ab eius consortio separari,scientes eum magicis artibus,& cõmentis scelerum
niti. Quod si uis etiam ipse de eo cuncta cognoscere,quis ipse sit,qualisue,&
unde,uel qualiter patrẽt quæ gerit,ausculta. SIMON hic, patre Antonio,
SIMON magus quis fuerit. B cis tamen literis liberalibus adprime eruditus, gloriæ ac iactantiæ supra o-
mne genus hominũ,cupidus,ita,ut excelsam uirtutem,quæ supra creatorem
deum sit, credi se uelit, & CHRISTVM putari, atque STANTEM nomi-
Simõ STANTEM se uoluit appellari. nari: hac autem appellatione utitur, quasi qui neget posse se aliquando dissol
ui, adserens carnem suam ita diuinitatis suæ uirtute compactam, ut possit in
æternũ durare: Hinc ergo STANS appellatur, tanquam qui non possit ulla
corruptione decidere. Interfecto etenim,sicut scis & ipse, baptista IOANNE
cum Dositheus hæreseos suæ inisset exordium,cum alijs triginta principali-
bus discipulis, & una muliere quæ LVNA uocitata est: unde & illi triginta
Lunã illã quã & Selenẽ uocitant apud Tyrum in prostibulo egisse, Eusebius testatur. quasi secundũ lunæ cursum in numero dierum positi,uidebantur. Simon hic
malæ,ut diximus,gloriæ cupidus,accedit ad Dositheũ,& simulatis amicitijs,
exorat: ut siquando aliquis ex illis XXX. obisset, in locũ defuncti se cõtinuo
subrogaret: quia necq; statutũ numerũ excedere apud eos fas erat, necq; igno
tum aliquem inferere, aut nondũ probatũ: unde & cæteri studentes, digni
loco,ac numero fieri,secundũ sectæ suæ iustituta placere per omnia gestiunt,
quo possit unusquisq; ex his,qui illũ numerũ sequuntur,cum forte aliquis, ut
diximus,decesserit, dignus uideri,qui in locum defuncti substitui debeat. Igi
tur Dositheus plurimis ab hoc exoratus,ubi locus intra numerum factus est,
introduxit Simonem. Sed hic nõ multo post incidit in amorẽ mulieris illius,
Simon à Dositheo donatus loco. quam Lunam uocant, nobisq; utpote familiaribus suis omnia concredebat,
quod magus esset,& quod amaret Lunam, quodq; gloriæ cupidus, noluit

C ea inglorius frui: sed expectare patiẽter, donec honeste ea uti liceret: si tamen etiam nos conspiraremus ei ad omnia quæ uelit. Sed & mercedem ministerij huius daturũ se nobis pollicebatur: summis ut honoribus affici, & dij esse ab hominibus crederemur, tantũ ut mihi, inquit, SIMONI deferatis primatus, qui possum magica arte multa signa & prodigia ostendere, per quæ possit uel gloriæ, uel sectæ nostræ, ratio constare. Possum enim facere ut uolẽtibus me cõprehendere, non appearem: & rursus uolens uideri, palàm sim. Si fugere uelim, montes perforem, & saxa quasi lutum pertranseam: Si me de mõte excelso præcipitem, tanquã subuectus ad terras inlæsus deferar. Vinctus, memetipsum soluam, eos uero qui uincula iniecerint, uinctos reddam: In carcere conligatus, claustra sponte patefieri faciam: Statuas animatas reddam, ita ut putẽtur ab his qui uident, homines esse: nouas arbores subito oriri faciam, & repentina uirgulta producam: In ignem memetipsum inijciens, nõ ardeã: Vultum meũ commuto, ut nõ agnoscar, sed & duas facies habere me, possum hominibus ostendere. Ouis aut capra, efficiar: Pueris paruis barbam producam: In aërem uolando inuehar, aurum plurimum ostendam: Reges faciam, eosq; deijciã. Adorabor ut deus, publice diuinis donabor honoribus, ita, ut simulacrum mihi statuentes, tanquam deum colant, & adorent. Et quid opus est multa dicere? quicquid uoluero facere, potero. Multa etenim iam mihi experimenti causa consummata sunt: denicq; aliquando, inquit, cum mater mea RACHEL iuberet me exire ad agrum ut meterem: ego falcem uidẽs positam, præcepi ei ut iret & meteret: & messuit decuplo amplius cæteris. Multa iam noua uirgulta produxi de terra, & conualescere ea feci, & sub momento temporis apparere feci: & montem proximum, ego secundo perforaui. Sed hæc cum diceret de uirgultis productis, & mõte perforato, stupescebam pro eo, quod etiam nos circumuenire uelit, quibus se commendare, & cõcredere uidebatur: sciebamus enim quod à proäuis hæc fuissent, quæ à se nuper facta perhibebat. Hæc ergo nos ab eo flagitia audientes, & horũ deteriora, sequebamur tamen & ipsi eius scelera: & alios ab eo decipi patiebamur, multa etiã mentientes pro eo, & hoc priusquam aliquid faceret eorum quæ promiserat, ita, ut nullis adhuc gestis, à nõnullis tamen putaretur deus. Interim in initio, cũ adhuc inter triginta Dosithei discipulos haberetur, cœpit ipsi Dositheo derogare, tanquam qui non integre, nec perfecte doceret, idq; eum non inuidia facere, sed insciẽtia. Verũ Dositheus ubi sibi derogari sensit à Simone, uerẽs neopinio sua obscuraretur apud homines, qui eum putabãt, ipsum esse STANTEM, furore cõmotus, cũ ad scholam solito conuenissent, uirga correpta uerberare Simonem cœpit, & repente per corpus eius, quasi per fumum, uisa est uirga transire: super quo obstupefactus Dositheus, ait ad eum: Dic mihi, si tu es STANS, ut adorem te. Cumq; Simon respondisset, ego sum. Dositheus uidens se nõ esse STANTEM, cecidit & adorauit eũ. & Simoni quidem cedit principatu suo, ipsiq; obedire omnem triginta uirorũ ordinem iubet. semetipsum uero in locũ Simonis statuit, & non multo post defunctus est. Igitur post

Quanta effecerit SIMON *per magiam.*

D *Quod de se est pollicitus Simon, id est consecutus. Nã in Tiberi simulacrũ erat, cui inscriptio fuit* SIMONI DEO SANCTO, *ut Eusebius ex autoritate Iustini mart. testatur.*

Dositheo derogauit Simon.

Dositheus moritur.

A post obitum Dosithei SIMON accepit LVNAM, cum qua uisq; ad præsens circuit, ut uidetis, decipiens turbas, & adserens semetipsum quidem uirtutem esse quandam, quæ sit supra conditorem deũ. LVNAM uero quæ secum est, esse de superioribus cœlis deductam, eandemq; cunctorum genitricem: adserit esse sapientiam, pro qua, inquit, Græci & Barbari confligentes, imaginẽ quidem eius aliqua ex parte uidere potuerũt: ipsam uero, ut est, penitus ignorarunt, quippe quæ apud illum primum omnium, & solum habitaret deum. Et hæc, atque alia his similia cum uerborum pompa proferens, decepit multos. Sed & hoc indicare debeo, quod ipse ego uidisse me memini, cum esset aliquando Luna illa eius in turre quadam, multitudo ingens ad eam cõueneret peruidendã, & undiq; circa turrim stabat: at illa per omnes fenestras turris illius omni populo procũbere, ac prospicere uidebatur. Et multa alia mirabilia fecit, & facit, ita, ut stupentes pro his homines, putent eum ipsum esse summũ deũ. Nam mihi aliquãdo, & Nicetæ rogantibus, ut exponeret quomodo hæc possint arte magica effici, & quæ esset huius rei natura, SIMON tanq; familiaribus suis, explanare ita cœpit. Pueri, inquit, incorrupti, & uiolenter necati, animam adiuramẽtis ineffabilibus euocatam adsistere mihi feci, & per ipsam fit omne quod iubeo. Et ego: Est ne, inquã, possibile animæ hæc facere? Ille respondit: Hoc uos scire uolo, quia secundũ locũ post deum obtinet anima hominis, cum exuta fuerit à corporis sui tenebris. Statim denicq; & præscientiam habet, propter quod euocatur ad necromantiã. Et ego respon-

B di: Cur ergo interfectorũ animæ non ulciscuntur interfectores suos? At ille: Non meministi, inquit, quod dixi, quia cum exierit de corpore, etiam præscientiam habet? Memini, inquam. Ob hoc, inquit, cum excedit è corpore, statim prænoscit futurũ esse iudicium, & unũquenq; pro his, quæ hic egerit malis, pœnas daturũ: & ideo nolũt ulciscí interfectores suos, quia & ipsæ pro suis malis, quæ hic commiserant, perferunt cruciatus, & illos sciunt in iudicio graiora manere supplicia. Super hæc autẽ omnia, nec permittitur eis exire, aut facere quicquam ab angelis qui ei præsunt. Et ego respondi: Si non permittitur eis ab angelis huc uenire, aut facere quod uolunt: quomodo mago euocanti obtemperat anima? Ipsis, inquit, animabus uenire uolentibus nõ indulgent: cum uero hi, qui præsunt angeli adiurati fuerint per maiorem suum, excusationem habent nostræ, qui eos adiuramus, uiolentiæ, ut permittant exire animas quas euocamus: non enim illi peccant qui uim patiuntur, sed nos qui inferimus necessitatem. Ad hæc NICETA, ultra non ferens, præpropere respondit, qd' & ego quidẽ facturus eram, sed prius eũ expiscari de singulis cupiebam: sed, ut dixi, Niceta præueniens. Et tu, inquit, non times diem iudicij, qui uim angelis facis, & animas euocas, & homines decipis, & honorem tibi diuinum ab hominibus mercaris? Et quomodo nobis persuades, quod neq; iudicium erit, ut nonnulli Iudæorum fatentur, nequæ animæ immortales sint, quod uidetur pluribus, cum ipse oculis tuis uideas eas, & cõmonitionem diuini iudicij capias ex ipsis? His ab eo dictis impalluit SIMON, & tamẽ post

Lunam Simon sapientiam uoluit uideri.

Absurdũ commentũ Simonis de puero necato, etiam hodie receptũ apud magos.

Genij præsides animarum.

C paululum recolligens se,ita respondit.Ne putetis,inquit, quod generis uestri homo sim ego,neq; magus sum,neq; amator Lunæ,neq; Antonij filius. An-

Simon mẽtitur se ex uirgine natum.

te enim quàm mater mea Rachel conueniret cum eo,adhuc uirgo concepit me, cum esset in potestate mea,uel paruum esse,uel magnũ, & hominẽ inter homines apparere. Tentandi ergo gratia uos primos assumpsi amicos, ut in cœlestibus & ineffabilibus locis meis primos uos conlocem,cũ probauero. Humana ergo de meipso mentitus sum,ut uos manifestius comprobarem: si integrum erga me seruatis affectũ. Ego uero hæc audiens,ipsum quidem miserum iudicans,impudentiam tamen eius admirans,& pro eo ipse erubescẽs, simul & ueritus ne quid in nos moliretur mali: innuo Nicetæ, paulisper unà mecũ simulare,& aio ad eum: Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus,incorruptibilis deus,sed suscipe magis affectum nostrũ, & animum uolentem scire qui sit deus: nondũ enim sciebamus quis esses,& nec aduertebamus quia tu es quem quærebamus. Hæc & his similia uultu pro re aptato, p-sequentibus nobis,uanissimus credidit nos deceptos,& eò magis elatus addidit etiam hæc,propitius uobis iam sum, pro affectu quem erga me deum geritis. Me enim diligentes,nesciebatis: & me quærentes, ignorabatis. Sed nolo dubitetis,quia hoc est uere deum esse, cum potest quis paruus effici, uel magnus,si uoluerit:nã quoquomodo apparere hominibus poterã. Nunc ergo incipiam uobis aperire quod uerum est. Ego uirtute mea quodam tempore

D aërem uertens in aquam,& aquam rursum in sanguinem, carnemq; solidãs,

Miracula Simonis.

Nouum hominem puerum formaui.& opus, conditore deo multo nobilius, protuli. Ille enim creauit hominem è terra:Ego autem,quod est difficilius, ex aëre,quemq; rursus resoluens aëri reddidi. Speciem tamen eius,imaginemq; depictam in interiore cubiculo conlocaui,ut esset indicium ac memoria operis mei. Hæc autem intellegebamus eũ dicere,pro puero illo, cuius ui necati anima,ad ea quæ uolebat ministeria, utebatur. PETRVS ergo hæc audiens,cum lachrymis ait: Miror admodũ immensam dei patientiam, & è contrario in nonnullis humanæ temeritatis audaciã: quæ enim ratio inueniri ultra poterit,quæ Simoni suadeat,quod deus iudicet iniquos? cũ ipse sibi persuadet, quod animarum obedientia ad scelerũ suorũ utatur ministeriũ: re autẽ uera à dæmonibus inluditur, tamen cum per hæc ipsa certus sit, quod immortales sunt animæ, & iudicantur pro his quæ gesserint: & qui se putet re ipsa uidere ea,quæ nos fide credimus, quamuis,ut dixi, inludatur à dæmonibus,tamen arbitratur se ipsam animæ uidere substantiã. Quando hic,inquã, fatebitur uel male se agere in tanto malo positus,uel iudicandũ se pro his quæ

Tria sunt quæ cogũt aduersari nos Christo. IGNORANTIA, PECCATORVM multitudo. SVPERBIA.

gerit,qui sciens dei iudicium contemnit,& inimicum se exhibet deo, & audet tam nefanda cõmittere? Vnde certum est fratres mei, nonnullos ueritati ac religioni dei non ideo aduersari,quod eis nequaquam ratio fidei cõstare uideatur: sed quia aut nimietate quadam peccatorũ inuoluti,aut malis suis præuenti,& tumore cordis elati sunt,ita,ut nec ea quidẽ credant,quæ oculis suis se uidere arbitrantur. Verũ quoniam ingenita erga conditorẽ deum sufficere ad salutem

A salutem uidebatur affectio his qui diligerent eum. Studet inimicus hanc affectionẽ in hominibus peruertere,& inimicos eos efficere, atque ingratos conditori suo. Testor autem cœlũ ac terram, quod si quantũ cupit inimicus desæuire,permitteretur etiam à deo, olim omnes homines deperissent:sed misericordiæ caussa nõ sinit deus. Quod si affectum suũ homines conuerterent ad deum, omnes sine dubio saluarentur, etiam si pro aliquibus delictis ob iustitiam corripi uiderentur. Sed nunc plurimi hominum inimici effecti sunt dei, quorũ malignus corda penetrauit, & affectũ quem eis conditor deus inseruẽ rat,ut erga se haberent, in semetipsum deflexit. Aliorũ uero qui aliquantulum uigilare uidebãtur,in phantasia gloriæ & splendoris apparẽs,& magna quædam atq; ingentia repromittẽs, euagari nihilominus à deo uero mentem atq; animum fecit,quæ tamen perpetrare ei iusta quadam permittitur ratione. Ad hæc AQVILA respondit: Quid ergo delinquũt homines,si malignus trãsformans se in splendorem lucis, maiora repromittit hominibus, quàm ipse conditor deus? Et PETRVS: Puto,inquit,hoc iniustius nihil esse: & quatenus iniustum sit,audi. Si filius tuus,qui à te omni diligentia eruditus est,& nutritus, atq; ad uirilem perductus ætatem, ingratus tibi sit, & relinquens te,ad alium, quem forte ditiorem uiderit,eat,& honorem quem tibi debebat,illi exhibeat, ac spe maioris lucri naturam neget,& iura paterna defugiat,rectum tibi uidetur,an impium? Et AQVILA respõdit: omnibus palàm est,quod impiũ sit. Et

B PETRVS: si ergo in hominibus hoc impium dicis, quanto magis in deo, qui supra omnes homines honore ab hominibus dignus est? cuius non solum beneficijs fruimur, uerum & ope ac uirtute esse cœpimus, cum non essemus: cuiq; si placeamus merebimur ab eo, ut etiam æterni in bonis simus. Vt ergo infideles à fidelibus,& prij discernantur ab impijs, permissum est maligno uti his artibus,quibus singulorum erga uerum parentem probentur affectus. Quod si uere esset aliquis deus alienus,tamẽ ab eo qui nos creauerat,quiq; nobis pater,& conditor fuerat:rectũ ne erat,relicto proprio trãsire ad alienũ? Et AQVILA: Absit,inquit. Tum PETRVS: quomodo ergo dicemus malignũ esse caussam peccati nostri cũ hoc permissu dei fiat,ut per ipsum probẽtur,& in die iudicij arguantur, hi qui maioribus pollicitationibus inuitati, ueri patris & conditoris sui reliquerint pietatem. Hi uero qui fidem & charitatẽ proprij patris,etiam cum paupertate,si acciderit,& cum tribulatione seruauerint, donis cœlestibus in regno eius,& immortalibus muneribus perfruantur. Sed hæc aliàs diligentius exponemus. Quid autem Simon egerit post hæc, scire cupio. Et NICETA respondit: Vbi intellexisse eũ sensimus, quod deprehensus esset à nobis: Conloquuti inter nos de sceleribus eius, reliquimus eũ, & ad Zachæum uenimus. Hæc ipsa ei,quæ tibi nũc protulimus,indicantes. At ille benignissime nos suscipiens,& de fide domini nostri IESV CHRISTI edocens,fideliũ numero sociauit. Cũq; hæc Niceta dixisset, ZACHAEVS qui paulò ante egressus fuerat,ingrediebatur, dicẽs: Tempus est, ut procedas ad disputandũ PETRE: turba enim multa in atrio domus cõgregata te operiẽt,

Affectioni nostræ erga deũ insidiantur dæmones.

Certa ratione dæmonibus aliquid permittitur in homines.

Dæmones adfligunt,ut probetur constantia nostra.

Zachæus Nicetã & Aquilam initiauit Christianismo.

C quorum in medio, multis fultus ad ſcelus aſſeclis, cõſtitit SIMON. Tum PE-
TRVS, ut hæc audiuit, orationis gratia ſecedere me iubens: nondũ em̃ eram
dilutus à peccatis, quæ in ignorantia cõmiſerã, ait ad reliquos: Oremus fra-
tres, ut deus per CHRISTVM ſuũ pro ineffabili miſericordia ſua adiuuet
me exeuntem pro ſalute hominũ, qui ab ipſo creati ſunt. & hæc cum dixiſſet,
oratione facta, proceſſit ad atrium domus, in quo erat multitudo plurima po-
puli congregata: quos ubi omnes ſummo ſilentio ad ſe intentos uidit, & ma-
gum Simonem in medio eorũ, uelut ſigniferum, ſtantem, hoc modo cœpit.
PAX uobis ſit omnibus, qui parati eſtis dare dexteras ueritati: quicunque
enim obediunt ei, uidentur quidem aliquid gratiæ referre deo: porrò autem
ipſi ab eo donũ ſummi muneris cõſequũtur, iuſtitiæ eius ſemitis incedentes:
Propter quod primum eſt omniũ, iuſtitiam dei, regnumq; eius inquirere. Iu-
ſtitiam quidem, ut recte agere doceamur: regnum uero, ut quæ ſit merces po-
ſita laboris & patiẽtiæ nouerimus, in quo eſt bonis quidem æternorũ bono-
rum remuneratio: his autem qui contra uoluntatẽ dei egerint, pro unius cu-
iuſq; geſtis pœnarũ digna reſtitutio. Hic ergo, hoc eſt, in præſenti uita, poſi-
tos, oportet uos agnoſcere uoluntatẽ dei, ubi & agendi locus eſt. Nam ſi quis
uelit antequam actus ſuos emẽdet, de his requirere, quæ nõ poteſt inuenire,
D ſtulta & inefficax erit huiuſcemodi inquiſitio. Tempus enim breue eſt, & iu-
dicium dei, geſtorũ cauſſa agetur, nõ quæſtionũ. Ideoq; ante omnia hoc quæ
ramus, quid nos, aut qualiter agere oporteat, ut æternam uitam conſequi me-
reamur. Nam ſi exiguum hoc uitæ tempus per inanes occupemus, & inutiles
quæſtiones: inanes ſine dubio & uacui ab operibus bonis pergemus ad deũ.
Vbi iudicium, ut dixi, operũ noſtrorum fiet. Vnaquæq; etenim res, ſuũ tem-
pus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus eſt: meritorum ſeculum
futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum, ac temporũ permutantes:
primo quæ ſit dei iuſtitia requiramus, ut tanquam iter acturi, abundanti uiati-
co bonis operibus repleamur, quo poſſimus ad regnũ dei, tanquã ad urbem
maximã peruenire. Deus enim his, qui recte ſentiunt, per ipſa opera mundi,
quæ fecit, manifeſtus eſt, ipſius creaturæ ſuæ utens teſtimonio: & ideo cũ de
deo dubitatio eſſe nõ debeat, de ſola nunc eius iuſtitia requiramus & regno.
Quod ſi aliquid nobis de ſecretis & reconditis inquirendũ ſuggerit mens no-
ſtra, antequàm de operibus iuſtitiæ requiramus, rationẽ reddere nobiſmet-
ipſis debemus, quia ſi bene agentes ſalutem conſequi meruerimus, tanquam
caſti & mundi euntes ad deum, ſpiritu ſancto replebimur, & omnia quæ ſunt
ſecreta & occulta, ſine ulla quæſtionũ cauillatione noſcemus. Quæ nunc, etiã
ſi totum quis uitæ ſuæ tempus in inquirendo conſumat, nõ ſolum nõ poterit
inuenire, ſed & maioribus ſe erroribus inſeret, quia non per uiam prius iuſti-
tiæ incedens, ad portum uitæ peruenire contendit. Et ꝓpterea ſuadeo, primo
iuſtitiã eius eſſe requirendã: ut per hanc iter agẽtes, & in uia poſiti ueritatis, ue-
rũ prophetã inuenire poſſimus, nõ uelocitate pedũ, ſed operũ bonitate cur-
rẽtes: ut ipſo duce uſi, nullũ uiæ huius patiamur errorẽ. Si enim ipſum ſequẽ-
tes

Petrus cõgreſſurus cum Simone orat.

Hæc enim duo ſummã humanæ cogitationis cõplectuntur.

Iudiciũ dei geſtorum cauſſa erit, non quæſtionum.

Veniet enĩ nox ubi nemo operari poterit. Ioannis 9.

Rom. 1.

Nihil proficitur in ſcripturis diuinis ſine ſpiritu ſancto.

A tes ingredi meruerimus illam, quò peruenire cupimus, ciuitatẽ, omnia iam de
quibus quæritur, oculis uidebimus, tanquam hæredes omniũ facti. Intelligi-
te itaq; Viam eſſe hunc uitæ noſtræ curſum. Viatores eos qui bona opera ge
runt. Portam uerũ prophetam, de quo dicimus, Vrbem regnum eſſe, in quo
reſidet omnipotens pater, quem ſoli uidere poſſunt hi qui mũdo ſunt corde.
Non ergo nobis difficilis uideat huius itineris labor, quia in fine eius requies
erit: nam & ipſe uerus propheta ab initio mundi, per ſeculũ currens, feſtinat
ad requiem. Adeſt enim nobis omnibus diebus, & ſiquando neceſſe eſt appa
ret & corrigit nos, ut obtemperantes ſibi ad uitam perducat æternã. Mea er-
go iſta ſententia eſt, ſicut & uero prophetæ uiſum eſt, ut primo de iuſtitia re
quiratur, ab his maxime qui deum ſe noſſe profitentur. Si ergo habet aliquis
quod eſſe rectius putet, dicat: & cũ dixerit, audiat, ſed cum patientia & quie-
te. Propter hoc enim ab initio, ſalutationis ſpecie pacẽ cunctis precatus ſum.
Ad hæc SIMON reſpondit. Nos pace tua opus nõ habemus: ſi enim pax ſit
& concordia, ad inueniendam ueritatem nihil proficere poterimus: Habent
enim inter ſe pacem & latrones, & ſcortatores, & omnis nequitia cum ſemet-
ipſa concordat: & nos ergo ſi ob hoc conuenimus, ut pacis cauſſa omnibus
quæ dicuntur præbeamus adſenſum, nihil auditoribus conferemus: ſed è cõ
trario inluſis eis, nos amici diſcedemus, propter quod noli inuocare pacẽ, ſed
B magis pugnã matrẽ eius, & ſi potes expugna errores. Nec requiras amicitiã
iniuſtis adſentationibus paratã: hoc enim te ante omnia ſcire uolo, quia duo-
bus inter ſe dimicantibus, tunc erit pax cum alter ceciderit ſuperatus: & ideo
pugna ut potes, nec requiras pacem ſine bello, quod impoſſibile eſt, aut ſi po-
teſt fieri, oſtende. Ad hæc PETRVS: Attentius audite, ô uiri quæ dicimus,
Ponamus mundũ hunc campũ eſſe aliquẽ magnũ, & ex duabus ciuitatibus,
quarũ reges ſibi inuicem ſint contrarij, miſſos eſſe ſingulos ad dimicandũ du-
ces, & illũ quidem boni regis ducem, conſiliũ dare, ut uterq; exercitus abſq;
ſanguinis profuſione, melioris in regis iura cõcedat, quo ſine periculo omnes
ſalui fiant: illũ uero contrariũ dicere, Nõ, ſed pugnetur, ut non qui dignus eſt,
ſed qui fortior ipſe cũ his, qui euaſerint, regnet. Quæſo uos, quid magis elige
retis? nõ dubito, quin, ut cum incolumitate omnium, regi meliori manus da-
rentur: & ego nunc non, ut SIMON ait, pacis cauſſa adſenſum uolo cõmo-
dari, his quæ male dicuntur, ſed ut cũ quiete & ordine ueritas requiratur. Nõ-
nulli enim in diſputationũ certamine ubi errorẽ ſuũ ſenſerint confutari, cauſſa
perfugij cõturbare cõtinuò incipiunt, & mouere lites, ne palàm fiat omnibus
quod ſuperantur: & ꝓpterea ego frequenter exoro, ut cũ omni patientia &
quiete indago diſputationis habeatur, ut ſi forte aliquid minus recte dictũ ui-
deat, repetere id, & apertius liceat explanare: ſolet em̃ interdũ aliter dici quid,
& aliter audiri, dum aut minus lucide ꝓfertur, aut minus uigilanter aduertit,
& ob hoc patienter cupio haberi ſermonẽ, ut nec; ſubripiat alter alteri: neque
ſermonem dicentis, intempeſtiuus ſermo contradicentis interrumpat, nec; re
prehendendi ſtudium geramus, ſed liceat, ut dixi, minus plane dicta repete-

Vid. Viatores, Porta. Vrbs.

Optimũ eſt Petro uiſum à iuſtitia exordiri.

Simonis illud hactenus ĩ ſcholis theologorũ mire locum habuit.

Pugna mater pacis.

Vere enim dictum eſt. nimiũ altercando ueritatem amitti.

C re, ut examinatione iustissima clarescat ueritatis agnitio. Scire enim debemus,
quia si quis à ueritate uincatur, non IPSE uincitur, sed IGNORANTIA,
Ignorantia pessimus dæmon. quæ in ipso est, quæ est dæmon pessimus: quam qui potuerit effugare, salutis accipit palmam. Propositum nanque nobis est prodesse auditoribus, non ut male uincamus, sed ut pro agnitione ueritatis bene uiuamus. Si enim ueritatis inquirendæ studio sermo moueatur, etiam si quid minus plene pro humana fragilitate dicemus, deus, pro ineffabili sua bonitate, ea quæ desunt, latenter auditorum sensibus adimplebit. Iustus est enim, & secundum
Pro cuiusq; studio uel clara, uel obscura sunt mysteria diuina. unius cuiusque propositum, aliis quidem in promptu facit esse quod quæritur, aliis uero obscurum reddit, etiam quod palàm positũ est. Quia ergo VIA DEI, VIA PACIS EST, cũ pace quæ dei sunt requiramus: ad hæc si quis habet quod prosequatur, locus est: si uero nullus est qui respõdere uelit, ego dicere incipiam, & quæ mihi ab alio possunt obiici, ipse in medium prolata, dissoluam. Cum ergo PETRVS cœpisset continuare sermonem, SIMON interrupta oratione eius: Cur, inquit, festinas ipse tibi dicere, quæ tibi uidentur? Intelligo uersutias tuas: Vis enim tibi ea ipse proponere, quorũ absolutio bene tibi meditata est, ut ignorantibus turbis, uidearis recte aliquid dicere, sed apud me nõ tibi erit horũ locus. Nunc ergo, quoniã ut uir fortis pollicetis, te omni uolenti proponere responsurũ, mihi interim primo respondeto.
Pax Simoni exosa. Et PETRVS: Paratus, inquit, sum, tantũ ut cũ pace sit sermo. Tunc SIMON:
D Non uides, inquit, imperitissime, quod contraria agis magistro tuo, pacẽ de-
Contentiones Simon probare conatus est ex hoc Matth. 10. Non ueni mittere pacẽ, sed gladium. poscens, quod utiq; nõ conuenit ei qui expugnaturus se promittit ignorantiã? Aut si tu recte pacẽ ab auditoribus poscis, nõ recte magister tuus dixit: Quia non ueni pacem mittere in terram, sed gladiũ. Aut enim tu bene dicis, & ille nõ bene: aut si magister tuus bene, tu pessime, qui nõ intellexisti contraria te proferre ei, cuius te discipulũ profiteris. Ad hæc PETRVS, Neque qui misit me male fecit, gladiũ mittere in terram, neq; ego contraria ei ago, auditorum pacem requirens: Sed tu & imperite & temere reprehendis ea quæ nõ intelligis: etenim quia pacem nõ uenit mittere in terram magister audisti: quod autem dixerit, Beati pacifici, quoniã ipsi filij dei uocabuntur, nõ audisti. Propter quod nõ ego magistro diuersa sentio, pacem persuadens, quã ille seruantibus beatitudinem posuit. Et SIMON ait, pro magistro respondere cupiens: ô PETRE multo eũ grauius accusasti, si cũ ipse nõ uenerit pacem facere, hanc aliis seruare præceperit: & quomodo alius ille eius sermo constabit quem dixit?
Matth. 5. *Matth. 10.* Quia sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius. PETRVS ad hæc: Magister, inquit, noster qui erat uerus propheta, & sui in omnibus memor, neque sibi contraria loquutus est, neq; nobis ab his quæ ipse gerebat diuersa mandauit. Quod enim ait: Non ueni pacem mittere in terram, sed gladiũ: & ex hoc uidebitis separari patrem à filio, filium à patre: uirum ab uxore, & uxorem à uiro: & matrem à filia, filiam à matre: fratrem à fratre, socrũ à nuru, amicũ ab amico. Hæc omnia cõtinent doctrinã pacis, & quomodo, audi. Initio prædicationis suæ, utpote qui uelit omnes inuitare & adducere ad salutem, ac patientiã
GLADIVS, Matth. 10. aliquid pacis habet.

A entiam laborũ, tentationumq; habendã suaderet, pauperes beatificabat, eosq;
pro penuriæ tolerantia adepturos esse pollicebat regna cœlorũ, ut sub tanta
spe æquanimiter paupertatis põdus, spreta cupiditate, portarent. Est em unũ
& maximũ ex pernitiosissimis peccatis, CVPIDITAS. Sed & esurientes, & *Spe mercedis Christus labores huius uitæ nobis edulcauit.*
sitientes æternis bonis iustitiæ saturandos esse promisit, ut egestatem tolerabiliter ferentes, nihil pro hac iniusti operis molirentur. Mundos quoq; corde similiter beatos dicebat, & per hoc deum uisuros, ut unusquisq; adipisci tantũ cupiens bonũ, semetipsum à pessimis & pollutis cogitationibus contineret. Sic ergo magister noster discipulos ad patientiam uirtutis inuitans, bonũ pacis, etiã cum labore patientiæ, suadebat esse seruandũ. E cõtrario uero eos qui in diuitijs ac luxuria uersabantur, lugebat, qui nihil pauperibus largiebãtur, arguens eos rationẽ reddituros: quia proximos suos, quos diligere sicut seipsos debuerant, ne in egestate quidẽ positos miserati sunt. Hæc autem dicens, alios quidem obedire fecit, alios uero reddidit inimicos. Credentibus ergo, & obedientibus pacẽ habere inter se inuicem iubet: & ipsis dicit: Beati pacifici, quia ipsi filij dei uocabuntur. His autem, qui nõ solũ nõ credidere, uerũ & aduersarij doctrinæ eius facti sunt, bellũ VERBI & cõfutationis indixit: quia ex hoc uidebitis separari filiũ à patre, & uirũ ab uxore, & filiam à matre, & fratrem *Bellum uerbi intelligendum in gladio. Matth. 10*
à fratre, & nurũ à socru, & inimici hominis domestici eius. In unaquaq; enim
domo, cum inter credentem, & nõ credentem cœperit esse diuersitas, necessa-
B rio pugna fit: incredulis quidem cõtra fidem dimicantibus, fidelibus uero in illis errorem ueterẽ, & peccatorũ uitia cõfutantibus. Similiter quoq; etiã erga scribas & pharisæos ultimo doctrinæ suæ tempore bellũ gerit, arguẽs eos suis per actibus non bonis, & non recta doctrina, & quod clauem scientiæ, quam *Lucæ 11.*
à Moyse traditam susceperũt, occultarent, per quam possit ianua regni cœlestis aperiri. Sed & nos ad prædicandũ mittens dominus noster præcepit nobis, ut in quamcunq; ciuitatẽ uel domũ introierimus, dicamus, PAX HVIC DOMVI. & si quidem, inquit, fuerit ibi filius pacis, ueniet super eum pax uestra: si uero non fuerit, pax uestra ad uos reuertetur. Exeuntes autẽ de domo, *Matth. 10.*
uel de ciuitate illa, ut etiam puluerem, qui adhæserit pedibus nostris, excutiamus super eos. Tolerabilius autem erit terræ Sodomorũ, & Gomorrhæorũ in die iudicij, quàm illi ciuitati uel domui. Qd' utiq; ita demum præcepit fieri, si prius in ciuitate uel domo ueritatis sermo prædicetur. Ex quo uel recipientes ueritatis fidem, filij pacis & filij dei fiant, uel nõ recipientes arguantur, quasi inimici pacis & dei. Ita ergo & nos magistri instituta seruantes, pacem primo pponimus auditoribus, ut absq; ulla perturbatione possit uia salutis agnosci. Quod si quis pacis uerba non suscipit, neq; adquiescit ueritati: scimus aduersum eum pugnam uerbi mouere, & arguere acrius confutando ignorantiam, & redarguẽdo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra ueniat super eum: Ab eo autem qui se alienũ pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Non ergo, ut putas, consensu malorũ pacem proponimus; nam utiq; cõtinuo tibi dexterã dedissemus: sed ut per
PAX

C quietem & patientiam differentibus nobis qui sit sermo uerus, facilius ab au-
ditoribus dinoscatur. Si autē dissideas & discordes à temetipso, quomodo sta-
Matthæi 12. bis? Necesse est ut cadat, qui in semetipso diuiditur. Omne enim regnū in se-
metipsum diuisum, nō stabit. Ad hæc si quid uidetur, dicito. Et SIMON, stul-
titiam tuam demiror. Sic nobis magistri tui uerba proponis, quasi certum de
eo habeatur quod propheta sit, quē ego perfacile demonstrare possum, mul-
ta sibi contraria loquutū. Denicꝙ ex his, quæ ipse ꝓtulisti, arguam te: ais enim
dixisse eum, omne regnū, uel omnis ciuitas diuisa in semetipsa, nō stabit. Et ali-
bi iterū ais eum dixisse, quia ipse miserit gladiū, ut separaret eos, qui in domo
sunt, ita, ut diuidatur filius à patre, & filia à matre, & frater à fratre, ut si fuerint
in una domo quinꝙ, diuidantur tres aduersum duos, & duo aduersum tres.
Nō pauci sunt etiam hodie Si mones, quibus hoc est in ore. Si ergo omne quod diuiditur, cadit, iste qui diuisiones facit, cadendi præstitit
caussas: & si talis est, utiꝙ malus est. Ad hæc respōde si potes. Et PETRVS:
Non temere deroges ô SIMON his quæ nō intelligis. Primo ergo respondea-
am pro eo quod ais, me magistri mei uerba ꝓponere, atꝙ ex ipsis ea, de quib-
us dubitatur, absoluere. Dominus noster mittens nos apostolos ad prædi-
candum, præcepit nobis ut doceamus omnes gentes, de his quæ mādata sunt
Apostolorū est docere, non dicere. nobis. Neque ergo dicere ea, ut ab ipso dicta sunt, possumus. Non enim dice-
re, sed docere ea in mādatis habemus, & ex ipsis ostendere, quomodo unum-
quodꝙ eorū ueritate subnixum sit. Neꝙ rursus propriū nobis aliquid dice-
re permissum est. Sumus enim missi, & necessario qui missus est, illud quod
D iussus est, nunciat, & uoluntatem mittentis exponit. Nā si aliud dicam, quàm
præcepit mihi ille qui me misit, falsus ero apostolus, qui non illud dico quod
iussus sum dicere, sed quod mihi uidetur: quod qui facit, utiꝙ se mèliorē ault
Apostolorum opus quale. ostēdere, quàm est ille à quo missus est: & est sine dubio præuaricator. Si ue-
ro ea quæ iussus est prosequatur, eorumꝙ adsertiones manifestissimas profe
rat, Apostoli opus exequi uidebitur. quod ego nunc implere cōtendens, non
tibi placeo. Nō ergo reprehendas quod eius, qui me misit proferā uerba: sed
si est in illis aliquid, quod nō sit integre dictū, inde me ut arguas, licet: quod ta-
men nullo modo fieri potest. Aut si non putas eum prophetam esse, hoc pri-
mo requiratur. Et SIMON: Non opus habeo hoc discere abs te, sed quomo-
do sibi ista conueniant. Si enim inconsonans ostendetur, simul etiam prophe-
ta nō esse docebitur. Tum PETRVS: Sed si prius, inquit, ostendero eū pro-
phetam, hoc quod uidetur esse inconsonans, nō erit: neque enim ex consonan
Cōsonantia nō facit prophetā tia quis ꝓpheta esse probatur, quia hoc multis possibile est facere: quod si con
sonantia prophetā non facit, multo magis nec inconsonantia. Quia ergo mul-
ta sunt quæ uidentur quidem inconsona esse nonnullis, habent tamen profun
diore ratione in semetipsis consonantiā: sicut & aliqua uidentur habere con-
sonantiam, discussa diligentius, inueniuntur inconsona. Hac de caussa aliam
non puto rectiorem esse uiam ad horū discrimen, nisi ut prius cognoscamus,
si is qui loquutus est ea quæ uidentur inconsona, propheta sit. Si enim inueni
tur propheta esse, omnia illa quæ uidentur sibi esse contraria, constat habere con-

A consonantiam, sed nō intelligi. De his ergo probamenta rectius requirentur.
Nos enim apostoli illius, qui nos misit, uerba exponere missi sumus, & adfir-
mare sententias: proprium uero dicere aliquid nō habemus in mandatis, sed
uerborū illius, ut dixi, aperire ueritatem. Et SIMON ait: Doce ergo nos quo-
Nihil propriū dicere Apostoli est. modo conueniat, ut is qui diuisiones facit, quæ diuisiones cadere faciant eos
qui diuiduntur, uel bonus uideat, uel ad hominū salutē uenisse. Et PETRVS:
Audi quomodo magister noster omne regnū, & omnem domū diuisam ad-
uersum semetipsam, dixit stare nō posse. Hoc autem cum ipse fecit, uide quo-
modo ad salutem cedat. In errore positū mundi regnum, uel unamquamꝙ in
Veritatis uerbum diuidit homines. eo domum, uerbo ueritatis diuidit, proculdubio ut cadat error, & ueritas re-
gnet. Quod si alicui accidat domui, ut error introductus per aliquem diuidat
ueritatem: cum error obtinuerit, certum est ueritatem stare nō posse. Et SI-
MON: Sed incertū est, utrum magister uester errorem diuidat an ueritatem.
Et PETRVS: Istud alterius quæstionis est: sed si constat apud te, quia omne
quod diuisum fuerit, cadit: supereſt ut ostendā, si tantū cum pace audire uis,
quod IESVS noster errorem diuiserit, ac resoluerit, docendo ueritatē. Tum
SIMON: Omitte, inquit, sermonē pacis frequenter iterare: quid uero sit qd̄
sentis, aut credis, breuiter expone. Et Petrus ait: Quid times crebro audire de
pace? an ignoras quia perfectio legis pax est? ex peccatis enim bella nascun-
Perfectio legis est PAX. B tur & certamina: ubi autem peccatū nō fit, pax est animæ: ubi uero pax est,
in disputationibus ueritas, in operibus iustitia inuenitur. Et SIMON: Vide-
ris mihi nō posse profiteri quod sentis. Et PETRVS: Dicam ex arbitrio, ta-
men non tuis uersutijs coactus. Cupio enim quod salutare & utile est omni-
bus adduci in notitiam, & ideo ꝓferre quambreuissime nō morabor: Vnus
est deus, idem qui conditor mundi, iustus iudex, & unicuiqꝙ pro actibus suis
quandoqꝙ restituens. Iam uero pro adsertione horum, scio innumera posse
uerborū milia cōmoueri. Et SIMON ait: Miror quidem uelocitatem ingenij
tui, nō tamen amplector errorem fidei tuæ: prudenter enim præuidisti, qd̄
tibi cōtradici posset è turba: ideo etiam ipse professus es quod pro adsertione
horū, innumera uerborū milia mouebūtur: nulli enim concordat professio
fidei tuæ. Denicꝙ quod unus sit deus, cuius sit opus mundus, hoc primū quis
recipiat? puto quia neꝙ paganorū quisquam, quamuis ille sit idiota: philoso-
phorum autem omnino nullus, sed ne Iudæorū quidem imperitissimus quis-
quam & miserrimus, neꝙ ego ipse qui eorū legem bene noui. Et PETRVS:
Omitte, inquit, opiniones absentiū, tibi quid uidetur, præsens præsenti dicito.
Tum SIMON: Possum, inquit, exponere quod uere sentio, sed pigriorē me
facit illa consideratio, quia si dixero, qd̄ neꝙ tibi sit consonū, neꝙ uulgo huic
imperito rectū uidetur. Tu quidē quasi obstupefactus, aures cōtinuo obclu-
dens, uelut ne blasphemia polluantur, uertēris in fugam, quia quod respōdeas
non inuenies. Populus aūt irrationabilis adsentatus tibi, te quidem amplecte-
tur, quasi ea docentem, quæ in usu eis sunt: me uero execrabuntur, ueluti no-
ua quædam atꝙ inaudita profitentem, meumꝙ errorem alienis mentibus in-

C ferentem. Tum PETRVS: Nunquid non tu in quo nos accusabas ipse am-
bagibus uteris, nihil habens quod adseras ueritatis: aut si habes, incipe absque
circuitionibus, si tantū confidis: & siquidem non placuerint alicui auditorū
quæ dicis, abscedet: qui uero permanserint, cogentur adsertionibus tuis pro-
bare quod uerum est. Incipe igitur quod tibi rectū uidetur, exponere. Et SI-
Adsertio Simonis de multis dijs. MON ait: Ego dico multos esse deos, unū tamen esse incomprehensibilem,
atque omnibus incognitum, horumq; omniū deorū deū. Tum PETRVS:
Hunc, inquit, quem dicis esse incomprehensibilem, & incognitum omnibus
deum, ex scripturis Iudæorum, quæ in autoritate habentur, probare potes,
an ex alijs aliquibus, quas omnes ignoramus? an ex Græcis autoribus? an ex
tuis scriptis proprijs? certe ex quibuscunq; uis, dicito, ita tamen ut ostendas
eas prius esse propheticas: Ita enim fiet, ut earū indubitata habeatur autoritas.
Legem Iudæorum admittit Simon. Et SIMON ait, ex lege Iudæorum sola adsertiones adhibebo. In omnibus
enim, qui religionis curam gerunt, manifestum est totius esse autoritatis hanc
legem. Vnumquenq; tamen secundū propriū sensum intelligentiam legis hu
ius accipere. Ita enim ab eo, qui mundū condidit, scripta est, ut in ipsa rerum
fides habeatur. Vnde siue quis uera, siue etiam falsa proferre uelit, absque hac
lege nulla recipietur adsertio. Quia igitur scientia mea plenissime cum lege cō
cordat, recte multos esse pronunciaui deos, quorū unus est eminentior, &
D comprehensibilis, ipse qui est deus deorū. Quod autem multi sint dij, ipsa me
edocuit lex. Primo quidem ubi ex persona serpentis dicitur ad EVAM, pri-
Gene. 3. mam mulierem: Quacunq; die manducaueritis de ligno sciendi bonū & ma-
Gene. 3. lum, eritis sicut dij. hoc est, sicut hi qui hominē fecere. Postea enim quàm gu-
stauere de ligno, ipse deus testatur dicens ad reliquos deos: Ecce ADAM fa-
Gene. 1. ctus est sicut unus ex nobis. Sic ergo constat multos esse deos, qui hominem
Gene. 11. fecerint, quia & initio ita dicit deus ad cæteros deos: Faciamus hominem ad
Exo. 22. imaginem & similitudinem nostram. Sed & quod ait: Eijciamus eū. & iterū:
Deutero. 32. Venite descendentes cōfundamus linguas eorū. Omnia hæc multos esse in-
dicant deos, sed & illud scriptū est: Deos nō maledices, & principem populi
tui non maledices. Et rursum quod scriptū est: Dominus solus ducebat eos,
& non erat cum illis deus alienus. multos esse ostendit deos. Sunt & alia plu-
rima quæ proferri possunt ex lege testimonia, nō solum obscuriora, sed & ma
nifesta, quibus multi esse doceantur dij. Ex quibus unus, ut Iudæorū populo
deus esset, sorte electus est. Ego aūt non hunc adsero, sed illum qui etiā huius
Sortitionē Simō inter deos fingit. deus est, quē ne ipsi quidē Iudæi norunt. Neq; enim ipsorū est deus, sed eorū
qui agnouerint eum. His auditis PETRVS: Nihil, inquit, uerearis SIMON,
Ecce enim neq; aures claudimus, neq; fugimus, sed ad ea quæ falso, psequutus
es, ueritatis sermonibus respōdemus. Illud primo adserētes, q; a unus est deus,
hic ipse Iudæorū, q; est solus deus, cœli creator ac terræ, q; & omniū, etiā quos
dicis deorū, deus est. Si ergo ostēdero nullū esse hoc superiorē, sed ipsum esse
super oīa, fateberis errorē tuū esse super oīa. Et SIMON: Quid enim, inquit,
etiā si ego nolim fateri, qui adsistunt auditores? nónne arguēt me nolentē quæ
uera

A uera sunt profiteri? Ausculta ergo, ait PETRVS, ut scias primo, quod etiam
si multi sint dij, ut dicis, Iudæorū deo subditi sunt, cui neq; æqualis quisquam,
neq; maior esse potest: scriptū est enim, qd' ita dicat ad Iudæos Moyses pro-
pheta. Dominus deus uester hic est deus deorū, & dns dominorū, deus ma- *Deutero. 10.*
gnus: ita etiam si multi sunt qui dicuntur dij, unus est tamen maior omniū, Iu-
dæorum deus, qui & deorū deus dictus est. Neq; enim quicūq; dictus fuerit
deus, continuo deus est. Denicq; & Moyses deus dicitur Pharaonis, & certū *Moyses deus Pharaönis.*
est eum hominem fuisse. Et iudices dij appellati sunt, & constat eos fuisse mor
tales: Simulacra quoq; gentiū dij appellantur, & omnes scimus, quia nō sunt, *Iudices dij. Simulacra deorum pro pœnæ data sunt incredulis.*
sed impijs quasi pro pœna hoc datū est, ut quia uerū deum cognoscere nolue-
runt, quæcūq; eis forma & imago occurrisset, haberetur ab eis deus. Quoniā
unius, ut dixi, qui est omniū deus, agnitionē suscipere recusarūt, ideo ergo cō-
ceditur eis illos habere deos, qui præstare supplicātibus nihil possunt. Quid
enim aut exanima simulacra cōferre hominibus queant, aut animantia, cum
potestas omnium apud unum sit? Tribus igitur modis deus quis dicitur, uel *Tribus modis potest quis deus dici.*
quia uere est, uel qui ei qui uere est, ministrat: & ob honorē mittentis, ut ple
na sit eius autoritas, hoc dicitur iste qui missus est, quod est ille qui misit, ut fæ-
pe factū est de angelis, qui tamen cū apparuerint homini, si sit prudens, & eru
ditus uir, interrogat eius qui apparuit nomen, ut simul & honorē missi, & au-
toritatem mittentis agnoscat. Est enim uniuscuiusq; gentis angelus, cui credi- *Vnaquæq; gens proprium habet angelum.*
B ta est gentis ipsius dispensatio à deo, qui tamen cum apparuerit, quamuis pute
tur & dicatur ab his quibus præest deus, tamē interrogatus nō sibi dabit ipse
tale testimoniū. Deus enim excelsus, qui solus potestatē omniū tenet, in septua
ginta & duas partes diuisit totius terræ nationes, eisq; principes angelos sta- *LXXII partes terræ.*
tuit. Vni uero qui in archangelis erat maximus, sorte data est dispēsatio eorū, *Sancti homines dij.*
qui præ cæteris omnibus excelsi dei cultū, atq; scientiā receperunt: sed & san
cti homines, ut diximus, impiorū efficiuntur dij, tanquam qui potestatem ac- *Exo. 22.*
ceperint in eos uitæ ac necis: ut de Moyse, & iudicibus supra memorauimus.
Propter quod scriptū est de eis: Deos nō maledices, & principem populi tui *Heroës dijfiunt.*
nō maledices. Principes ergo singularū gentiū dij appellantur. Principū aūt
deus CHRISTVS est, qui est omniū iudex. Vere ergo neq; angeli, neq; ho-
mines, neq; ulla creatura dij esse possunt: quippe qui sub potestate sunt positi,
tanquam creati & mobiles: angeli quidem ut qui nō fuere & sint, homines aūt
ut mortales, omnis uero creatura, ut quæ solui possit, sed reuera si soluerit ille
qui fecit. Et ideo ille solus uerus est deus: qui nō solū ipse uiuit, sed & alijs uitā
præstat, quam & auferre potest cum uult, propterea ergo clamat scriptura ex
persona dei Iudæorū, & dicit. Videte, uidete, quoniā ego sum deus, & non est *Deutero. 32.*
alius præter me: Ego occidam & uiuere faciam: percutiā, & ego sanabo, &
nō est qui eripiat de manibus meis. Vides ergo quomodo ineffabili quadam
uirtute scriptura occurrēs futuris erroribus eorū qui alium deū, præter eum
qui est Iudæorū, uel in cœlis esse, uel in terris, adfirmarent, pronunciat dicēs:
Dns deus tuus, deus unus est, in cœlo sursum, & in terra deorsum, & præter *Deutero. 4.*

C ipsum alius nō est. Quomodo ergo tu ausus es dicere aliū esse deū, præter eū,
Psalmo 88. qui Iudæorū est deus? Et iterū dicit scriptura. Ecce dñi dei tui cœlū, & cœlū
cœli, terra, & omnia quæ in eis sunt. Verūtamen patres tuos elegi, ut diligerē
eos, & uos post ipsos. Ita ex omni parte ab scriptura munitē ista sententia, quia
ipse qui mundū creauit uerus & solus est deus: Qđ & si sint alij, ut diximus,
qui dicuntur dij, sub potestate sunt Iudæorum dei: quia ita dixit scriptura Iu
Deutero. 10. dæis: Dominus deus noster, hic est deus deorū, & dominorū, hunc etiam so
Lucæ 4. lum colendū monet scriptura, dicens: Dominū deum tuū adorabis, & illi so-
Deutero. 6. li seruies. Et audi Israël, dominus deus tuus deus unus est. Denicp & sancti spi
ritu dei repleti, & guttis misericordiæ eius inrorati exclamabāt, dicentes: Quis
Psal. 34. similis tibi in dijs domine, quis similis tibi? Et iterum: Quis deus præter do-
Psal. 17. minum? & quis deus præter dominū nostrum? Itacp Moyses ubi proficere
populū uidit, paulatim eos ad intelligentiam monarchiæ, & fidem dei unius
initiauit, ut in consequentibus dicit. Nomina deorū aliorū nō cōmemorabis,
recordatus sine dubio, quali pœna damnatus sit serpēs, qui primus nomina-
Serpēs damnatus, quia decepit Euā, & deos nominauit primus. uerat deos. Terram denicp comedere condemnatur, & tali cibo dignū iudi-
catur ob id, quod primū omniū appellationē deorū introduxit in mundum.
Quod & si tu multos deos uis introducere, uide ne exitū serpentis similem sor
tiaris. Certus autē esto, quod nos huius ausi socios nō habebis, nec decipi nos
D patiemur abs te. Necp enim proderit nobis ad excusationem in iudicio, si di-
camus quod tu deceperis nos, quia nec primā mulierem excusare potuit male
credidisse serpenti: sed morte, quia male crediderit, cōdemnata est. Hac er-
go de caussa & MOYSES unius dei fidem populo cōmendans, ait: Obserua
tibi ipsi ne seducaris à domino deo tuo. Vide quia eodē uerbo utitur, quo &
prima mulier in excusatione utebatur, seductā se dicens, sed nihil profuit. Su-
Si uel angelus è cœlo sit, Gal. 1. per omnia autem si uerus aliquis surgeret propheta, qui signa & prodigia fa-
ceret, suadere autem uelit, ut coleremus deos alios præter Iudæorū deū, nun-
quam ei credere possemus. Sic enim nos docuit lex diuina, secretū sermonem
purius ex traditione cōmendans, ait ergo. Si surrexerit in te propheta, aut so-
Deutero. 13. mnians somnium, & dederit signa uel prodigia, & euenerint signa illa, uel pdi
gia: & dixerit ad te, eamus & colamus deos alienos, quos nescitis, nō audietis
uerba prophetæ illius, necp somnium somniatoris illius, quia tentans tentauit
uos, ut uideat si diligitis dominū deū uestrū. Propterea ergo & dominus no-
ster signa & prodigia faciens, deum prædicabat Iudæorū, & ideo recte præ-
dicationi eius creditur: tu autem etiam si uere propheta esses, & signa faceres
ac prodigia, sicut promittis, & alios adnunciares deos præter eum qui uerus
Pseudoprophetæ ad tentationem mittūtur. est, manifestū esset te ad tentationem populo dei suscitatum, & ideo credi tibi
omnino nō potest. Vnus est enim uerus, qui est Iudæorū deus, & ob hoc do
minus noster IESVS CHRISTVS docebat quærendū esse, non deū quem
bene nouerant, sed regnū & iustitiam eius, quam scribæ & pharisæi, suscepta
scientiæ claue, nō concluserant, sed excluserant. Nam si ignorassent uerū deū,
nunquam utiq; huius rei scientiam relinquens, quæ erat omniū caput, culpa-
ret eos

A ret eos de paruis & minimis: id est, quod dilatarent fimbrias suas, & primos
accubitus in conuiuijs uindicarent, & quod in quadriuijs stantes orarent, & Matth. 23.
alia his similia, quæ utiq; ex cōparatione magni huius capitis, ignorantiæ dei,
exigua uidentur & parua. Et SIMON ad hæc ait: Ex uerbis magistri tui con
uincam te, quia etiam ipse ignotū quendam omnibus introducit deum: cum
enim & ADAM creatorem suū scierit deū, mundiq; cōditorem: & Enoch,
quippe qui ab eo translatus est, & Noë, utpote ab eo iussus arcam construe-
re: cūq; & Abrahā, & Isaac, & Iacob, & Moyses, & omnes patres, omnisq;
populus, atque omnes gentes nouerint conditorem mundi, & fateantur deū,
IESVS uester, qui lōge posterior patribus apparuit, dicit: Nemo nouit filiū, Lucæ 10.
nisi pater: neque patrem quis, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ita ergo
& IESVS uester alium esse deum incōprehensibilem omnibus, & incogni-
tum fatetur. Tum PETRVS: Contraria, inquit, tibimetipsi te proferre non
sentis. Si enim & IESVS noster scit istum, quem dicis incognitū deū, ergo
iam non à te solo est cognitus. Imò si IESVS noster eū nouit, Moyses quoq;,
qui & IESVM uenturū esse prophetauit, sine dubio nec ipse ignorauit eum:
propheta enim erat, & qui de filio prophetauit, sine dubio cognouerat patrē.
Si enim in uoluntate est filij, reuelare patrem cui uoluerit filius, qui ab initio &
semper cum patre fuit per singulas quasq; generationes, sicut reuelauit Moysi
B patrem, ita & alijs prophetis: quod si est, nulli patrum fuisse eum incognitum
constat. Tibi uero qui filiū nō credis, quomodo potuit reuelari pater, qui nul-
li notus est, nisi cui uoluerit filius reuelare? reuelat aūt filius patrem his, qui ita
honorificant filium, sicut honorificant patrem. Tum SIMON: Memēto, in-
quit, quia filiū dixisti habere deum, quod est iniuriæ: quomodo enim habe-
re filium potest, nisi similia hominibus, aut animalibus patiatur? sed de his nō
est nunc tempus arguere profundam stultitiā tuam. Festino enim de immen-
sitate summæ lucis exponere, & iam nunc audi: Puto esse aliquam uirtutem
immensæ & ineffabilis lucis, cuius magnitudo incomprehensibilis habeatur,
quam uirtutem etiam mundi conditor ignoret, & legislator Moyses, & magi *Virtus incogni ta Simonis.*
ster uester IESVS. Tunc PETRVS: Non tibi uidetur amentiæ res esse, ad-
ferere uelle quempiam, quod sit alius deus, quàm deus omniū, & dicere, puto
esse uirtutem quandam, & prius quàm ipsi certū sit quod loquitur, hoc uelle
alijs confirmare? Est ne aliquis ita præceps, qui uerbis tuis credat? in quibus
teipsum uideat dubitantem, & admittat esse aliquam uirtutem incognitā crea
tori deo, & Moysi, & prophetis, & legi, & IESV etiam magistro nostro?
quæ uirtus ita bona sit, ut nulli uelit innotescere, nisi uni tantū, & hoc tibi tali?
Tum deinde si noua est ista uirtus, quomodo nobis nō dat nouū aliquem sen
sum, præter hos quos gerimus quinq;, ut ex ipso ab eo nobis largito nouo sen
su, ipsam quæ noua est, capere & intelligere possimus? aut si nō potest largi-
ri, quomodo tibi largita est? aut si tibi reuelauit, cur nō & nobis? Si uero à te
metipso intellexisti, quæ ne prophetæ quidem sentire, aut intelligere potue-
runt. Dic age nobis nunc, quid unusquisq; nostrū cogitat: si enim tantus est in

C te ſpiritus,ut ea quæ ſuper cœlos ſunt,incognita omnibus,& omnibus incom
prehẽſibilia cognoſcas,multo facilius cogitationes humanas, quæ in terris ha
bẽtur,agnoſcis. Quod ſi cogitationes noſtras,qui hic ſtamus,nõ potes ſcire,
quomodo ea quæ nullis eſſe cognita adfirmas,ſcire te dicis? Crede aũt mihi,
quia nunquam ſcires quid eſt lux,niſi ab ipſa luce accepiſſes & uiſum & intel
lectũ uidendi,ſic & in cæteris:hinc accepta intelligẽtia,maius aliquid & ſubli
mius ſomnij inſtar excogitas,occaſione tamẽ ex iſtis quinq; ſenſibus ſumpta,
quorũ largitori ingratus es.Certus aũteſto,qđ donec nõ inuenis nouum ali
quẽ ſenſum,qui extra hos quinq; ſit,quibus oẽs utimur,nouũ adſerere nõ po
teris deũ. Et SIMON. Cũ qnq; ſenſibus cõſtent omnia quæ ſunt,nihil nouũ
addere,uirtus illa cunctis eminentior,poteſt. Et PETRVS ait,falſum eſt. Eſt
enim & alius ſextus ſenſus,id eſt prænoſcẽdi: iſti enim quinq; ſenſus ſcientiæ
capaces ſunt, ſextus autem præſcientiæ eſt,quẽ habuere prophetæ. Tu ergo
quomodo potes deũ omnibus incognitũ noſſe,qui nec propheticũ ſenſum,
qui eſt præſcientiæ,meruiſti? Tum SIMON cœpit dicere: hanc quam di
co uirtutem incomprehenſibilẽ,& eminentiorẽ cunctis,etiam ipſo qui muna
dum condidit deo,neq; angelorũ quiſquam,neq; dæmonum nouit,neq; lu
dæorum,neq; ulla omnino quæ à conditore deo ſubſtitit creatura: Quomo
do enim poterat,quam creator ipſe nõ nouerat,lex me ipſius creatoris edoce
re,cum nec ipſa ſciret quod doceret? Et PETRVS:Miror,inquit,quomodo
D tu ex lege plus potueris diſcere,quàm docere uel ſcire lex poterat? & quomo
do horũ quæ adſerere uis probationes dicas te ex lege proferre, cum neq; le
gem adſeras noſſe ea quæ dicis,neq; eum qui legem dedit,id eſt mundi creato
rem? Sed & hoc miror,quomodo tu qui ſolus hæc noſti,hic modo cũ omni
bus ſtes, breuis atrij huius ambitu circundatus. Et SIMON uidens cũ omni
populo ridentem PETRVM.Rides,inquit PETRE,cũ ſermo de tantis re
bus,& tam eminentibus habeatur. Tum PETRVS: Noli,inquit, indignari
SIMON: nihil enim præter promiſſionem noſtram gerimus,neq; aures no
ſtras claudimus,ut dicebas: neque ſtatim ut audiuimus à te ineffabilia proferri, in fugam uerſi ſumus,ſed ne loco quidem moti. Neque enim ueriſimilia ſal
tem aliqua proferuntur abs te,quæ nos poſſint aliquatenus deterrere: aut cer
te aperi nobis intelligentiam dicti huius,quomodo tu ex lege didiceris deum,
quem lex ipſa neſcit,& quem ipſe qui legem poſuit ignoret. Et SIMON: Si in
quit,ridendo ceſſaſti,euidentibus adſertionibus comprobabo. Et PETRVS
ait: Quin deſinã,ut poſſim diſcere à te,quomodo tu à lege didiceris, quæ lex
neſcit,& quæ ipſe deus legis ignoret. Et SIMON: Audi,inquit, manifeſtũ eſt
omnibus,& ineffabili quadam ratione compertũ,unum eſſe deum, qui ſit o
mnium melior,à quo omne quod eſt,ſumpſit exordiũ,unde & neceſſario ſub
iecta ſunt ei omnia quæ poſt ipſum ſunt,uelut principi omniũ & eminentio
ri. Ego ergo cum cognouiſſem deũ hunc qui creauerat mundũ, ſecundũ qđ
lex docet,in multis eſſe infirmũ: longe autem abhorret infirmitas à perfecto
deo,& hunc uiderem non eſſe perfectũ neceſſario aliũ eſſe intellexi, qui eſſet
perfectus.

Quibus argumentis Petrus diuinitatem Simonis probauerit.

Sextus ſenſus præſcientiæ.

Scõma Petri in Simonis diuinitatem.

Simon infirmũ noſtrum deum cauillatur.

A perfectus. Hic enim,ut dixi,ſecundũ quod ſcriptura legis docet, in multis in
firmus eſſe deprehenditur. Primo quod homo quẽ plaſmauit, nõ potuit per
manere talis qualem ipſe uoluerat,& quia nec bonus eſt, qui primo homini
poſuit legem,ut ab omnibus quidem lignis paradiſi ederet,de ligno aũt ſcien
tiæ nõ contingeret:ſed ſi guſtaſſet,moreretur. Cur enim uetaret eum ueſci,ut
ſciret quid eſſet bonum, uel quid malũ, ut ſciens,mala quidem uitaret, bona
uero eligeret? Sed neq; ipſe hoc cõceſſit:& quia ille præter mandatũ guſtauit,
& agnouit quid eſſet bonũ, ac didicit honoris gratia uerenda contegere, in
decorum enim ſenſit reuelatis pudendis ſtare ante creatorem ſuũ,ille eum,qui
honorem deo deferre didicerat,morte condemnat,& ſerpenti qui hæc oſten
derat,maledicit. Sed utiq; ſi lædendus ex hoc erat homo,cur omnino læden
di cauſſam in paradiſo poſuit? Si uero bonũ erat quod in paradiſo poſuit, nõ
eſt boni prohibere à bono. Sic ergo cũ is qui hominem fecit & mundum,ſe
cundũ ea quæ lex refert, imperfectus ſit,aliũ ſine dubio dat intelligi qui per
fectus ſit. Neceſſe eſt enim eſſe aliquẽ omniũ præſtantiorem, propter quẽ &
omnis creatura ordinem ſuũ ſeruat. Vnde & ego ſciens,quia omnimodo ne
ceſſe eſt aliquem benigniorem & potentiorem eo,qui legẽ dedit imperfecto
deo,ex comparatione imperfecti,perfectũ quid ſit intelligens,ex ipſa ſcriptu
ra deum illum de quo ſcriptũ nõ erat,intellexi. Et hoc modo potui ô PETRE
ex lege diſcere quod neſciebat lex,quod & ſi lex nõ dediſſet indicia,quibus col
ligeretur imperfectus eſſe deus qui condidit mundũ,mihi poſſibile erat,etiam
B ex his quæ in hoc mundo geruntur malis,nec emendantur colligere: uel quia
impoſſibilis eſt creator eius,qui male geſta non corrigit,ſi nõ poteſt,uel ſi nõ
uult auferre mala,ipſe malus ſit. Si uero neq; poteſt neq; uult,nec potens, nec
bonus ſit,& ex his neceſſe eſt colligi, quod alius ſit deus omniũ præſtantior,
& potentior. Ad hæc ſi quid habes dicere,non moreris. PETRVS reſpon
dit: Solent iſta ô SIMON abſurda aduerſum deum meditari,hi qui legẽ non
magiſtris tradentibus legunt,ſed ſemetipſos doctores habent,& putant ſe in
telligere poſſe legem, quam ſibi nõ expoſuit ille,qui à magiſtro didicerit. Ve
runtamen nunc,ut & nos ſecundũ tuum ſenſum ſcripturam legis ſequi uidea
mur, quia & impoſſibilem, & nõ bonum dicis oſtendi conditorem mundi,
quomodo nõ uidiſti quod ijſdem ipſis reprehenſionibus ſuccumbit,& ſubia
cet etiam iſta uirtus tua,quam dicis eſſe eminentiorem omniũ? Eodem nanq;
modo de ipſa dici poteſt,quia omnia quæ hic male geruntur, aut impoſſibilis
eſt,quæ nõ corrigit:aut ſi poteſt,& nõ uult, mala eſt. Si uero neq; poteſt, ne
que uult,& impoſſibilis & imperfecta eſt. Vnde non ſolum ſimili culpæ uir
tus iſta tua noua,ſed & deteriori inuenitur obnoxia,ſi ſuper hæc omnia etiam
cum nõ ſit,eſſe credatur. Nam is qui mundum creauit, hoc ipſum quod ſubſi
ſtit ex opere eius,quo mundũ condidit,palàm eſt,ſicut etiam ipſe confiteris:
Iſta uero uirtus,quam te ſolum ſcire dicis,nullum de ſe indicium præbet,per
quod hoc ipſum ſaltẽ quod eſt & ſubſiſtit,poſſimus aduertere. Quale eſt er
go,ut derelinquamus deum,in cuius mundo uiuimus, & omnibus ad uitam

Transgreſſionis cauſſam Simon imputat deo.

Lex ſine magiſtro non facile intelligitur.

C necessarijs fruimur,& sequamur,nescio quem,cuius nō solū nihil consequi-
mur boni:sed ne hoc ipsum quidem,quod sit,scire possumus,scilicet quia nec
est:siue enim eum lucem appelles,& luce ista quam cernimus clariorem,no-
men ipsum à mundi conditore mutuaris:siue substantiā dixeris super omnia,
intelligentiam hinc profers cum sermonis augmento:siue mentem,siue boni-
tatem,siue uitam,siue aliud quid memoraueris, hinc uocabula mutuaris. Cū
ergo nihil noui de illa uirtute quam dicis,non solum ad intellegēdum, uerum
ne ad nominandū quidem habeas,quomodo introducis nouum deum,cuius
ne appellationem quidem inuenis nouam? Virtus enim nō solū creator mun
di dicitur, sed & ministri gloriæ eius,omnisq; militia cœlestis.Non tibi ergo
melius uidetur esse,ut sequamur factorem nostrū deū, tanquam patrem eru-
dientem nos,& imbuentem sicut ipse nouit? Quod & si sit aliquis,ut tu dicis,
benignior omniū deus,certum est,quia nō irascetur nobis: si uero irascit̄,ma
lus est.Noster aūt deus si irascitur & uindicet,non est malus, sed iustus: pro-
prios enim filios corripit & emendat. Ille uero qui nihil nobiscū habet nego-
tij,si uindicare uelit in nos quomodobonus erit? supplicia sumēs de nobis,qđ
non derelicto patre nostro ipsum sequuti sumus, inanibus suspicionibus tra-
cti: quomodo ergo iste talis bonus à te adseritur, qui nec iustus intelligi po-
test? Tum SIMON: Tantum ne erras Petre, ut nescias, quia animæ nostræ à
D bono deo sunt illo omnium præstantiore, sed captiuæ deductæ sunt in hunc
mundū. Et PETRVS: Ergo nō est omnibus incognitus,sicut paulò ante di
cebas,& tamen quomodo indulsit bonus deus captiuitatē fieri animarū sua-
rum,si erat super omnes potentior uirtus? Et SIMON. Ipse misit creatorem
deum,ut conderet mundū,sed ille mundo condito semetipsum pronunciauit
deum. Et PETRVS: Ergo nō ignoratur ab eo qui condidit mundū, ut supe
rius dixeras,sed neq; animæ ignorant eum,siquidem ab ipso abductæ sunt.
Cui ergo iam erit incognitus,si & mundi creator nouit eum, utpote ab ipso
missus,secundum ea quæ tu dicis,& omnes animæ tanquam ab ipso huc uo
lenter abstractæ? Tum deinde dicas uelim, qui mittebat conditor mundi,
non sciebat eum,qui mittebatur,fidem non seruaturum? si nesciebat,præscius
non erat:si uero præsciit & passus est, facti huius ipse reus est, qui non uetuit:
quod si non potuit,omnipotens non est. Si uero, quasi bonum id sciens, non
prohibuit, inuenitur ille esse melior qui præsumpsit facere id, quod ille qui
mittebat ignorauit bonum. Et SIMON: Volentes, inquit, ad se uenire su-
scipit,& ipsis bene facit. Et PETRVS: Nec hoc nouum est, hoc enim facit
& hic, quem mundi creatorem fateris. Et SIMON: Sed bonus deus, tan-
tum si agnoscatur, salutem præstat. Mundi autem cōditor exigit etiam legem
impleri. Et PETRVS: Ergo & adulteros,& homicidas saluat,si cognouerint
eum:bonos aūt & sobrios,uel misericordes,si nullū de eo indicium capientes,
ignorauerint eum, nō saluat. Magnū bonum prædicas,qui nō tam malos sal-
uet,quàm qui bonis nullam misericordiā præstet. Et SIMON: Magnus sanè
labor est agnoscere eum homini in carne posito. Omnibus enim tenebris te-
trius

Iustus est dominus si corrigit, sumus eius filij.

Animæ captiuæ deductæ in mundum.

Impudens mendacium Simonis.

A trius,& omni luto grauius est corpus hoc, quo circundatur anima. Et PE-
TRVS: Ergo bonus iste deus quæ difficilia sunt,quærit. Qui autē uere deus
est,faciliora expetit. Dimittat itaq; nos quasi bonus,apud patrem & creatorē
nostrum,& quando discesserimus è corpore,& istas,quas dicis,tenebras reli
querimus,tunc eum facilius agnoscemus,& tunc magis anima conditorē suū
esse intelliget deum,& apud ipsum permanebit,nec ultra diuersis cogitationi
bus fatigabitur,neq; uolet ad aliam confugere uirtutē,quæ nulli cognita est,
nisi Simoni soli, quæ tantæ bonitatis est,ut nisi quis prius impius extiterit in
parentem suū,ad ipsam uenire nō possit,nescio quomodo hæc uirtus uel bo-
na,uel iusta appellanda sit,cui placere nō potest, nisi quis impie se gesserit in
eū,à quo factus est. Et SIMON: Non est impiū utilitatis gratia,& lucri maio-
ris,confugere ad eum qui opulentioris est gloriæ. Et PETRVS: Si,ut tu ais,
nō est impiū confugere ad alienū, multo magis piū est permanere apud pro-
prium patrem,etiam si pauper sit: aut si non putas esse impium,ut relicto pa-
tre nostro confugiamus ad alium, quasi meliorem, neq; indignari credis pro
hoc creatorem nostrū,multo magis bonus deus nō indignabitur, quod cum
essemus ab eo alieni,non confugimus ad eum,sed permansimus apud creato-
rem nostrū: & puto qđ ex hoc magis conlaudabit nos,quia fidem seruamus
creatori nostro deo: considerans quia & sui ipsius fuissemus, nunquam relin
B quentes ipsum,seduci inlecebris potuissemus alienis. Nam si quis opulentio-
ribus inlectus pollicitationibus,relicto proprio parente,confugiat ad alienū,
potest fieri,ut iterū relicto eo,ad alium pergat qui maiora promiserit, eò ma-
gis quod ipsius proprius nō erat filius: quippe qui etiā eum, qui ei natura pa-
ter erat,relinquere potuit. Et SIMON: Quid si ab illo sint animæ,& ignorant
eum,& ille est uere pater ipsarum? Et PETRVS: Satis,inquit,ostendis eum
inualidum,nam si potentior,ut ais,omnibus est,nunquam potentiori inuali-
dior spolia detraxisse credendus est: aut si potuit ui ab eo animas deducere in
hunc mundū creator deus,quomodo eas corpore emissas,& captiuitatis uin
culis resolutas,bonus deus uocabit ad pœnam, quæ per ipsius uel desidiam,
uel infirmitatē,abstrahi ad hunc locū,& inuolui corpore quasi tenebris igno-
rantiæ potuerunt? Videris mihi ignorare quid sit pater & deus, uerū & ani-
mæ unde sint,uel quando,& quomodo factæ,possem dicere,sed hæc nunc ti-
bi aperire fas non est,in tanto errore posito de scientia dei. Tum SIMON: erit
inquit,tempus cū pœnitebit te,quod dicentē me de ineffabili uirtute nō intel-
lexeris. Et PETRVS ait: Da ergo nobis,ut sæpe iam dixi,tanq; nouus deus,
aut qui ab illo descenderis,sensum aliquem nouū,per quem, nouū quem dicis
deum,possimus agnoscere: isti enim quinq; sensus, quos nobis dedit creator
deus,creatori suo fidem seruant, nec alium quenquam esse sentiunt deum,hoc
eis ipsa sui præstante natura. Ad hæc SIMON: Adhibe, inquit, animū ad ea
quæ dicturus sum,& facito eum inuisibilibus semitis incedentem, peruenire
ad ea quæ tibi demōstrauero. Ausculta ergo nunc, nunquam'ne in cogitatio-
ne positus,extendisti mentem tuam in regiones uel insulas porrò positas? & ita

Corpus nostrū quouis luto grauius est.

Lucæ 11.

Nefas est quædam dici incredulis.

C in eis fixus animo manſiſti, ut ne præſentes quidem uidere, aut temetipſum ſcire ubi ſederes, præ ſuauitate eorum, quæ habebantur in oculis, poſſes? Et PETRVS ait. Verum eſt Simon: hoc mihi frequenter accidit. Et SIMON: Ita & nunc ſenſum tuum extende in cœlum, & iterum ſuper cœlum: & uide quia debet eſſe aliquis locus qui ſit ultra mundū, uel extra mundū, in quo neque cœlum ſit, neq; terra, ne umbra horū etiam ibi tenebras operetur. Et ob hoc cum neq; corpora aliqua in eo ſint, neq; ex corporibus tenebræ, neceſſario ſit lumen immenſum, & lumen cōſidera cuiuſmodi eſſe poſſit, cui tenebræ nullæ ſuccedūt. Nam ſi uniuerſum hunc mundū, ſolis huius replet lux, quantum æſtimas eſſe illud incorporeum lumen, & infinitum? tantū ſine dubio, ut iſtud ſolis lumen, ad illud, tenebræ, & nō lux eſſe uideatur. Hæc cum diceret Simon, PETRVS reſpondit: De utroq; ergo patienter auſculta, id eſt, & de exemplo extēdendi ſenſus, & de immenſitate lucis. Scio meipſum ô Simon aliquando in cogitatione poſitum, extendiſſe ſenſum meū in regiones, ut ais, & inſulas procul poſitas, easq; mente nō minus, quàm oculis perſpexiſſe. Cū eſſem Capernaum in captura piſcium poſitus, & ſederem ſupra ſaxū, hamum ſetæ innexum, & decipiendis piſcibus aptatū, habens in manu, ita ut hærentē ei non ſenſerim piſcem, dum mens mea per deſiderabilem mihi Hieruſalem diſtenta, percurreret, ad quam ſanè, oblationū gratia & orationum, uigilans frequenter aſcenderam. Verum & Cæſaream hanc mirari ab alijs audiens, & deſiderare ſolebam. Et eam, in qua nondū fueram, uidere mihi uidebar, & cogitabam de ea quæ conueniret de ciuitate magna cogitari, portas, muros, laD uacra, plateas, angiportus, fora, & horū conſequentia, ſecundū ea ſcilicet quæ in alijs urbibus uideram, & in tantū intentione huiuſcemodi intuitus delectabar, ut uere, ſicut ipſe dixiſti, nec præſentem atq; adſtantē uiderem, nec ipſe ubi ſederem noſſem. Et SIMON: Modo, inquit, recte dicis. Et PETRVS deniq;, cum piſcem maximū qui hamo inhæſerat, mente occupatus, habere minime ſentirē. Et id quidem cum hami lineam de manibus meis uiolenter arriperet, ſtupentem me uidens frater meus ANDREAS, qui mecum ſedebat, ac penè caſurum, latus fodiens cubitu, uelut dormientem, excitat, dicens. Non uides PETRE, quàm magnum piſcem cœperis? nunquid nam mente exciſti, quod ſic attonitus ſtupes? quid eſt, quod pateris? dic mihi. Et ego indignatus ei paululum, quod me à dulcedine eorum quæ intuebar, abſtraxerit, reſpōdi nihil me mali pati, ſed animo deſiderabilem mihi intueri Hieruſalem, ſimulq; Cæſaream: & corpore quidem cum ipſo eſſe, mente uero illuc penitus auferri. At ille, neſcio unde inſpiratus, recōditum, & ſecretū ueritatis protulit uerbum. Deſine, inquit, PETRE: quid eſt quod agis? hi enim qui dæmone incipiunt repleri, uel moueri mente, huiuſcemodi initia habent, per phantaſias primo ad iucunda quæque & delectabilia transferuntur. Deinde ad ea quæ non ſunt, uanis & inanibus motibus effunduntur. Hoc autem accidit ex languore quodam animæ, quod ea quidem quæ ſunt, non uidet: deſiderat uero adducere ad conſpectus ſuos ea quæ non ſunt. Sed & illis

Lumen immenſum ſupra cœlos.

Petrus Melancholiæ obnoxius fiat.

A ita accidit, qui phreneſin patiuntur, & uidentur ſibi multas imagines uidere, pro eo quod nimietate frigoris uel caloris anima ipſorum conuulſa & emota locis ſuis, errorem patitur miniſterij naturalis. Sed & hi, qui laborant ſiti, cum in ſoporem uenerint, flumina & fontes uidere ſibi uidētur, ac bibere, hoc autem patiuntur, ariditate intemperati corporis laborātes. Propter quod certum eſt, hæc uitio quodā, uel animæ, uel corporis fieri. Deniq; ut accipias rei fidem, de Hieruſalē, quam ſæpe uideram, dicebā fratri meo, quæ loca, quó ſue conuentus, uiſus mihi fuiſſem uidere. Sed & de Cæſarea, quā nunquam uideram, nihilominus contendebam, quod eſſet talis, qualem mente & cogitatione conceperam. Cum autem ueniſſem huc, nihil omnino ſimile reſpiciens eorum, quæ per phantaſias uideram: reprehendi memetipſum, & notaui uade, quia ex alijs quæ uideram, portas ei, & muros, aliasq; ædes, reuera ſimilitudinem ex alijs capiens, dederam. Neq; enim quis poteſt nouum aliquid, & cuius forma nulla unquam extiterit, cogitare. Nam & ſi uelit aliquis tauros, cū quinis capitibus, ex ſua cogitatione formare, ex iſtis, quos uidit cū ſingulis capitibus, illos quinis capitibus fingit. Et tu ergo nūc, ſi uere aliquid tibi uideris tua cogitatione perſpicere, & ſupra cœlos intueri: non dubium quin ex his ea conſideres quæ in terris poſitus uides. Aut ſi putas facilē menti tuæ acceſſum eſſe ſuper cœlos, & conſiderare te poſſe quæ illic ſunt, atq; immenſæ illius luB cis ſcientiam capere, puto ei, qui illa poteſt comprehendere, facilius eſſe ut ſenſum ſuum, qui illuc nouit aſcendere, in alicuius noſtrum qui adſiſtimus, cor & pectus inijciat, & dicat: quas in eo cogitationes gerat. Si ergo potes alicuius noſtrum, qui tamen non ſit erga fauorem tuū occupatus, enunciare cogitationes cordis, poterimus tibi fortaſſe credere, quod & ea quæ ſuper cælos ſunt, ſcire potueris, licet illa multo ſint celſiora. Ad hæc SIMON: Qui uero, inqt, multas nenias texuiſti, audi iam nunc. Impoſſibile eſt omne quod ad cogitationem hominis uenerit, nō etiam re ipſa ac ueritate ſubſiſtere: quæ enim nō ſubſiſtunt, nec ſpeciem habent: quæ autem ſpeciem nō habent, nec cogitatio ni poſſunt occurrere. Et PETRVS: Si omne, inquit, quod ad cogitationem uenire poteſt ſubſiſtit, iſtum, quem dicis extra mundū eſſe immenſitatis locū, ſi eum quis in corde ſuo lumen eſſe cogitet, alius uero tenebras, quomodo poterit unus atq; idem locus ſecundū eos, qui diuerſa de eo cogitarunt, & lumen eſſe, & tenebræ? Et SIMON: Omitte nūc iſta quæ ego dixi, tu quid eſſe putes ſuper cælos dicito. Et PETRVS: Si de uero, inquit, fonte luminis crederes, poſſem te docere, quid, & quomodo eſſet quod immenſum eſt, & nō phantaſiam uanam, ſed & conſequentem & neceſſariam rationem redderem ueritatis, nec adſertionibus ſophiſticis, ſed legis & naturæ teſtimonijs uterer, ut ſcires quia immenſitatis fidē præcipue continet lex. Quod ſi immenſitatis ratio non latet legem, nihil profecto aliud eam latere poteſt, & ideo falſum eſt, quod putaſti eſſe aliquid quod ignoret lex. Multo autem amplius nihil latebit eum, qui legem dedit. Nec tamen poſſum tibi aliquid de immenſitate, & his quæ ſine fine ſunt, loqui, niſi prius de his, qui certo fine terminantur cœlis, ra

Phrenetici.

C tionem, uel receperis noſtram, uel ipſe protuleris tuam, quod ſi de his, quæ certis finibus concluduntur intelligere non potes: multo magis de his quæ ſine fine ſunt, neq; ſcire aliquid poteris, neq; diſcere. Ad hæc SIMON: Melius, ait, mihi uidetur ſimpliciter credere, quia deus eſt, & quia ſolũ iſtud quod uidemus ſit cœlum in uniuerſo mundo. Et PETRVS: Non ita, inquit, ſed unũ quidem confiteri cõuenit deum qui uere eſt; Cœlos autem eſſe qui ab eo facti ſunt, ſicut & lex dicit: quorũ unum cœlum ſit ſuperius, quo continetur etiam uiſibile firmamentum, illud eſſe perpetuum & æternum, cum his qui habitant ibi. Iſtud autem uiſibile in conſummatione ſeculi reſoluendũ eſſe, & tranſire, ut illud cœlum, quod eſt antiquius & excelſius, poſt iudiciũ ſanctis & dignis appareat. Ad hæc SIMON reſpõdit, hæc ita eſſe, ut tu dicis, credentibus poſſent uideri. Ei autem qui horũ expectat rationes, impoſſibile eſt ex lege proferri, & præcipue de immenſitate lucis. Et PETRVS: Noli, inquit, putare nos, quod ex fide ſola recipienda eſſe dicamus, ſed ex ratione adſerenda. Neq; eñ tutum eſt nudæ hæc fidei, abſque ratione cõmittere, cum uticq; ueritas ratione non careat. Et ideo qui hæc ratione munita ſuſceperit, perdere eam nunquam poteſt: qui uero abſque adſertionibus ea ſuſcipit ſimplicis ſermonis adſenſu, neq; ſeruare ea tuto poteſt, neque ſi uera ſint certus eſt: quia qui facile credit, facile & recedit: qui autem rationem quæſiuit eorũ quæ credidit, & accepit, quaſi uinculis quibuſdam rationis ipſius conligatus, nunquam ab his quæ credidit, diuelli, aut ſeparari poteſt. Et ideo quanto quis propenſior fuerit in expetenda ratione, tanto erit firmior in conſeruanda fide. Ad hæc SIMON: Magnum eſt, inquit, quod repromittis, ut immenſæ lucis æternitas ex lege poſſit oſtendi. Cũq; PETRVS dixiſſet, quando uolueris, SIMON ait, quoniã hora iam multa eſt, craſtino adſtanti mihi & renitenti, ſi probare potueris, factum eſſe hunc mundum, & animas eſſe immortales, habebis me adiutorem prædicationis tuæ. Et cum hæc dixiſſet, egreſſus eſt: ſequuta autem eſt eum ex omni populo qui cũ ipſo uenerat pars tertia, qui erant quaſi mille uiri: cæteri uero flexis genibus proſtrabant ſe Petro, ſuper quos ille inuocato dei nomine, alios dæmonia habentes curauit, alios etiam languentes ſanauit, & ita lætantem populum dimiſit, mandans ei, ut in craſtinum diem maturius cõueni rent. PETRVS uero cum receſſiſſent turbæ, ſterni iuſſit humi ſubere atrij nudo ubi fuerat diſputatum, & recubuit unà cum illis undecim, ego uero cũ aliis quibuſdam, qui & ipſi initia audiendi uerbi dei acceperant, & erant chariſſimi, recumbens ſumebam cibum. Sed benigniſſimus PETRVS conſiderans, ne forte triſtitiam mihi inferret iſta ſequeſtratio, ait ad me, Non proſuperbia ô CLEMENS conuiuiũ non ago cum his, qui nondũ purificati ſunt, ſed uereor ne forte mihi quidem noceam, ipſis autem nihil proſim. Hoc enim pro certo ſcire te uolo, quia omnis qui idola coluit aliquando, & eos quos pagani nominant deos, adorauit, uel de immolatis eorum deguſtauit, ſpiritu immundo non caret. Conuiua enim factus eſt dæmonum, & particípium ſumpſit eius dæmonis, cuius in mẽte ſua ſpeciem, uel timore, uel amore formauit, & per

Duo cœli.

Viſibile cœlum reſoluetur in nouiſſimo die.

Veritas ratione muniẽda eſt.

Petri miracula

Clemens excluſus à menſa.

A & per hæc mundus non eſt à ſpiritu immundo, & ideo purificatione indiget baptiſmi, ut exeat ab eo ſpiritus immundus, qui interiores animæ ipſius inſedit affectus, & quod eſt deterius, nec, quod intrinſecus lateat, indicatur, uti ne publicatus fugetur. Amant enim iſti ſpiritus immundi inhærere corporibus hominum, ut ipſorum miniſterio cupiditates ſuas expleant, & ad ea quæ ipſi deſiderant, inclinantes animæ motus, ſuis eos parere libidinibus cogãt, ut efficiantur ex integro uaſa dæmonũ. Ex quibus unus eſt SIMON hic, qui tali quodam morbo comprehenſus, nec ſanari iam poteſt, quia uoluntate & propoſito ægrotat. Nec contra uoluntatem eius habitat in eo dæmon, & ideo ſi eum quis fugare uelit & expellere ab eo, cum ſit inſeparabilis, &, ut ita dicam, anima iam eius effectus, uidebitur magis necare eum, & homicidij crimen incurrere. Nemo ergo ueſtrum contriſtetur à conuiuio noſtro ſeparatus, tempore enim aliquo obſeruare debet unuſquiſq; ſanè quanto ipſe uoluerit. Paruo enim tempore ſequeſtratur, qui cito uoluerit baptizari, multo autem, qui tardius. Vnuſquiſq; ergo in ſua habet poteſtate, breue aut longum pœnitentiæ ſuæ tempus exigere, & ideo in uobis eſt, quando uelitis ad noſtram cõuenire menſam, & non in nobis, quibus permiſſum non eſt, ſumere cum aliquo cibum, niſi prius fuerit baptizatus. Vos ergo magis nos prohibetis à ueſtro conuiuio, ſi ad purificandum moras habeatis, & tardius baptizemini. His dictis cum

B benedixiſſet, cibum ſumpſit. Et poſt hæc cũ gratias egiſſet deo, ingreſſus quieuit, ſimiliter autem & nos omnes, erat enim iam nox.

Spiritus immũdi cur occupẽt homines.

Qui uoluntate ægrotant, ſanari non poſſunt.

Baptizati non comedebãt cũ illotis.

LIBRI SECVNDI FINIS.

RECOGNITIONVM

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER TERTIVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

C NTEREA PETRVS gallorũ cantibus surgens, & excitare nos uolens, inuenit uigilantes, uespertino adhuc lumine perdurante; cumq; ex more salutauisset, & resedissemus omnes, ita exorsus est. Nihil est difficilius, fratres mei, quàm de ueritate apud permixti populi multitudinẽ disputare. Quod eñ est, omnibus, ut est, dici non licet, propter eos qui maligne & insidiose audiunt: fallere uero nõ expedit, propter eos qui syncere audire desiderant ueritatem. Quid ergo faciet cui ad indiscretum populũ sermo est, occultet quod uerum est? Et quomodo instruet eos qui digni sunt? sed si merã proferat ueritatem his, qui salutem consequi non desiderent, illi à quo missus est, iniuriam facit, à quo & mandatũ accepit, ne mittat uerborũ eius margaritas ante porcos & canes, qui aduersum eas, argumẽtis ac sophismatibus reluctantes, ipsas quidem cœno intelligentiæ carnalis inuoluant. Latratibus autem suis & responsionibus sordidis, rumpãt & fatigẽt prædicatores uerbi dei. Propter qđ & ego in plurimis circuitu quodam uerbi utens, tentare nitebar, ne principalem de summa diuinitate intelligentiam, minus dignis auribus publicarem. Et post hæc incipiens de patre, & filio, & spiritu sancto, breuiter nobis & euidenter exposuit, ut omnes audientes miraremur, quomodo homines derelicta ueritate, conuersi sunt ad uanitatem. Sed cũ inluxisset dies, ingressus est quidam, dicẽs: Multitudo plurima expectat in atrio, in quorum medio stat SIMON, persuasionibus pessimis præuenire aures populi cupiens. Et PETRVS statim egressus, stetit in loco in quo pridie disputauerat: omnisq; ad ipsum populus conuersus, cum gaudio intendebat in eum, SIMON uero ubi sensit gauisum esse populum de cõspectu PETRI, & erga affectũ eius moueri, obstupefactus ait. Miror hominũ stultitiam, qui me magum dicunt, & PETRVM diligunt: cum utiq; olim habentes notitiam mei, me magis diligere deberent. & ideo ex hoc indicio, qui habent sensum, possunt intelligere, quia magis PETRVS magus uideri potest, cum mihi, cui ex cõsuetudine debitus propemodum est, nõ defertur affectus. Illi autẽ: cui nullo usu debetur, abunde ter expenditur. Et cum multa huiuscemodi SIMON diceret, PETRVS salutato ex more populo, ita respondit. Sufficit unicuiq; ô Simon ad confutandum cõscientia

Difficile est apud promiscuam plebem de ueritate dicere

Cœno carnalis intelligentiæ corrumpitur scriptura.

D

SECVNDVS *congressus Petri cũ Simone.*

A scientia sua, quod si hoc miraris, quod noti non solum te non diligunt, sed & oderunt, tui causſam discè à me. Cũ sis seductor, ueritatẽ te prædicare profiteris, ob hoc plures, desiderium gerentes discendæ ueritatis, amicos habuisti. Sed hi ubi contraria in te quàm profitebaris, uiderunt, qui amatores erant, ut dixi, ueritatis, non solũ non diligere te, sed & odisse cœperunt. Non autẽ statim ab eis desertus es, quia uel pollicebaris adhuc te eis ostẽdere posse, quod uerum est. Donec ergo nondum aderat qui posset ostendere, patiebantur te, ubi uero spes eis doctrinæ melioris adrisit, te contemnentes, quod melius intelligunt, nosse desiderant. Et tu quidem nefarijs artibus agens, ab exordio latere te posse credidisti, sed nõ lates. Vrgeris enim, & contra spem publicaris, quia non solum ignorasti ueritatem, sed nec audire uoluisti ab his qui eam sciebant. Si enim audire uoluisses, innotuisset utiq; tibi ille sermo eius, qui ait, quia nihil est occultũ, quod nõ agnoscetur: neq; opertũ, quod nõ reueletur. Hæc & his similia dicente Petro, SIMON respondit: Nolo me uerbis occupes PE TRE, repeto abs te, quæ hesterno ꝓmiseras: dicebas enim ostẽdere te posse, quia lex doceat de immensitate lucis æternæ, & quod duo tantũ sint cœli, & ipsi creati. Sed superius esse lucis illius sedẽ, in qua solus in æternũ residet ineffabilis pater. Ad illius uero cœli similitudinem, factũ esse etiam istud uisibile cœlum, quod & transiturũ cõfirmabas. Vnũ ergo dixisti esse patrem omniũ, quia non possunt duo esse immensi, alioqui neuter eorum immensus erit, quia in eo quo alter subsistit, alteri finem subsistendi facit. Si ergo hæc nõ tantum

B polliceris, sed & ostendere potes ex lege, omittens plura loqui, hinc incipe. Et PETRVS: Si propter te, inquit, qui ad contradicendũ tantummodo uenis, rogarer de his dicere, nunquam à me unũ saltem posses audire sermonẽ. Sed quoniam necesse est agricolam, qui uult bonam terram seminare, nõnulla semina perdere, etiam in petrosis, aut in his, quæ ab hominibus conculcanda sunt, uel in dumosis ac repletis sentibus, locis, sicut & magister noster exposuit, diuersitatẽ ꝓpositi uniuscuiusq; animæ per hæc indicans, non morabor. Tum SIMON: Videris mihi, inquit, irasci, quod si est, nõ necesse est inire cõflictum. Et PETRVS: Video te sentire quod arguendus sis, & uis urbane subterfugere certamen: nam quid uidisti me iratũ feciſſe in te hominem, tantum populũ decipere cupientem? Et cũ nihil habeas quod dicas modestiam simulantem, qui & autoritate tua iubes, ut quomodo ipse uis, & non quomodo ordo postulat, controuersia moueatur. Et SIMON: Imperabo mihi ipsi sapientia uti ad imperitiam tuam, ut ostendam te quidem uelle populũ seducere, me autem docere quæ uera sunt. Sed nunc omitto de immensa luce discutere, quod interrogo te, hoc mihi responde. Cũ deus fecerit uniuersa, ut tu dicis, unde est malum? Et PETRVS: Hoc modo interrogare nõ est aduersantis, sed interrogantis. Si ergo uis discere, cõfitere, & prius te doceam, quomodo debeas discere: & cum didiceris audire, tunc iam te incipiam consequenter docere: Si uero non uis discere, tanquam sciens omnia, ego prius expono fidem quam prædico, expone & tu, quod tibi uerum uidetur. Et cum manife

Vnus immẽsus.

Prædicatoribus, uelut agricolis, nonnulla semina pereũt.

Dimidiũ enim facti qui bene cœpit habet.

C sta fuerit utriuſq; profeſſio, iudicetur ab auditoribus cuius noſtrum ſermo ſit
ueritate ſubnixus. Et SIMON ad hæc reſpondit: Riſus mihi eſt, ecce qui p-
mittit quod me doceat. Verūtamen patiar te, & imperitiam tuam atq; arro-
Diſcētibus primo imperitia ſua eſt agnoſcēda. gantiam feram, confiteor, diſcere uolo, uideam quomodo me poteris docere.
Et PETRVS: Si, inquit, uere uis diſcere, diſce hoc primū, quàm imperite in-
terrogaueris: ais enim cū deus uniuerſa creauerit, unde eſt malum? Ante em
quàm hoc rogares, tres interrogandi ſpecies præcedebant. Primo, ſi eſt malū.
Secundo, quid ſit malū. Tertio, cui ſit, & unde. Ad hæc SIMON: O imperi-
tiſſime, inquit, & ineruditiſſime, eſt'ne hominū quiſquam qui non cōfiteatur,
quia ſit in hac uita malum? Vnde & ego putans te uel cōmunem omniū habe
re ſenſum, interrogaui unde ſit malū, non ut diſcere uolens, qui omnia ſciam,
abs te præcipue qui nihil noueris: ſed ut te oſtendam ignarū eſſe omniū, &
ne putes quia iratus ſum quod ita tecū auſterius loquor, miſeratio me habet
horū qui adſunt, quos tu decipere conaris. Et PETRVS ait: Multum malus
Fumus nunq; eſt ſine igne. es, ſi tantas iniurias non iratus facis, ſed impoſſibile eſt fumum conſurgere, ubi
ignis non eſt. Veruntamen dicam, ne te uerbis uidear occupare, quo minus
ad ea quæ abs te inconuenienter ſunt dicta, reſpondeā. Ais omnes fateri, quia
ſit malum, quod utiq; falſum eſt, nam primo omniū quia ſubſiſtat malū, uni-
Hebræi negāt eſſe malum. uerſa Hebræorum negat gens. Et SIMON interrupto ſermone: Recte, in-
quit, faciunt qui dicunt non eſſe malum. Et PETRVS: Non de hoc nunc p-
D poſuimus dicere, ſed quia non omnes dicunt eſſe malum. Secundum autem
erat interrogare te, quid eſt malū, ſubſtantia, an accidens, an actus? ſed & alia
multa huiuſmodi. Et poſt hæc erga quid, uel quomodo ſit, aut cui ſit malū utrū
deo an angelis, an hominibus pñs, an impñs omnibus, an aliquibus, an ſibi-
ipſi, an nulli? Et tunc interrogares unde ſit, utrum nam à deo, an ex nihilo, ſem
per'ne fuerit, an ex tempore cœperit, utile ſit, an inutile, & alia multa quæ hu-
iuſcemodi propoſitio exigit. Ad hæc SIMON reſpondet. Ignoſce mihi, erra-
ui de prima interrogatione, ſed puta me nunc primū interrogare, eſt malū an
non? Et PETRVS ait: Quomodo interrogas, quaſi diſcere uolens, an doce-
Ordine diſcendum eſt. re, an quæſtionis mouendæ gratia? Siquidem quaſi diſcere uolens, habeo
quod te prius doceam, ut per conſequentiam & ordinem doctrinæ ueniens,
ex teipſo intelligas, quid ſit malum. Si uero ut docens proponis, non indigeo
abs te doceri, habeo enim magiſtrū à quo omnia didici. Quod ſi quæſtionis
mouendæ, & diſputandi gratia, uterq; noſtrū prius quod ſibi uidetur, expo-
nat, & ita certamen habeatur. Neque enim uerū eſt ut interroges, quaſi diſce-
re uolens, & contradicas ut docens, ut poſt reſponſionem meam in tuo iudi-
cio ſit, dicere, ſi bene, an male dixerim. Propter quod nō potes in loco cōtra-
dicentis ſtans, iudex eſſe eorū quæ dicimus: & ideo, ut dixi, ſi certamen haben
dum eſt, uterq; noſtrū quod ſentit exponat, & nobis in conflictu poſitis, reli-
Clamant hoc paſſim hodie theologi male conciliati. gioſi auditores hi iuſti iudices erunt. Et SIMON: Non tibi uidetur abſurdū
ut imperitus populus de noſtris dictis habeat iudicium? Et PETRVS, Non
ita eſt: Quod enim uni fortaſſe minus liquet, inueſtigari à plurimis poterit:
nam

A nam ſæpe etiā fama uulgi, prophetiæ ſpeciē tenet. Super hæc aūt omnia, præ-
ſens hic omnis populus amore dei conſtrictus, hic adſtat, ueriq; cognoſcendi
gratia: & ideo omnes iſti, quaſi unus habendus eſt, pro uno eodēq; erga amo
rem ueritatis affectu: ſicut è contrario duo inter ſe ſi diſſentiant, multi ſunt, &
diuerſi. Si autem uis indiciū capere, quomodo omnis hic populus qui adſtat,
quaſi unus ſit homo, ex ſilentio eius ipſo, & quiete conſidera: quomodo cum
omni patientia, ut uides, etiam antequam diſcant, ueritati dei honorē deferunt.
Nōdum enim maiorem cultum, quem ei deferre debeant, didicerūt. Propter
quod ſpero de clemētia dei, quod religioſum propoſitum mentis eorum am-
plectetur erga ſe, & ueritatem prædicanti, uictoriæ palmam dabit, ut manife
ſtum eis faciat, ueritatis præconem. Tum SIMON: De quo, inquit, uis haberi
certamen? dic, ut & ego definiam quod mihi uidetur, & ita quæſtio incipiat.
Et PETRVS reſpondit. Siquidem, ut mihi uidetur, facere uis, ego ſecundum
magiſtri mei præceptum fieri uolo, qui primo omniū Hebrææ genti, quam
ſciebat habere cognitionem dei, & quod ipſe eſſet qui fecerit mundum, pre-
cipit, non ut eum quæreret quem ſciebat, ſed uolūtatem eius iuſtitiamq; per-
quireret: ſciens, quia in hominum arbitrio poſitum eſt, ut hoc quærentes, in-
ueniant, & faciant, atq; obſeruent ea de quibus iudicādi ſunt. Et ideo iuſſit nos
quærere, non unde ſit malum, ut tu pauloante requirebas, ſed iuſtitiam boni
dei, regnumq; eius, & omnia, inquit, hæc adiȝcientur uobis. Et SIMON: Quo
B niam, inquit, Hebræis iſta mandantur, uelut recte ſcientibus deū, & opinan-
tibus, quod unus quiſq; in ſuo arbitrio habeat: agere ea de quibus iudicandus
eſt, mihi autē ab illis diſcrepat ſententia, unde uis ut incipiam? Tū PETRVS:
Ego, inquit, ſuadeo primo quærendum eſſe, ſi in poteſtate noſtra eſt ſcire un-
de iudicādi ſimus. Et SIMON: Nō ita, inquit, ſed de deo. Vnde & omnes qui
præſto ſunt, audire cupiunt. Et PETRVS: Conſtat ergo apud te, quia eſt ali-
quid in arbitriȝ poteſtate facere? hoc tantum ſi eſt, & requiramus, ut dicis, de
deo. SIMON ad hæc reſpondit: Nequaquam. Et PETRVS: Si ergo nihil eſt
in noſtra poteſtate, ſuperfluum eſt nos quærere aliquid de deo: cum in pote-
ſtate non ſit quærētibus inuenire. Vnde bene dixeram, hoc primo quæren-
dum eſſe, ſi eſt aliquid in arbitriȝ poteſtate. Tum SIMON: Non poſſum, in-
quit, ne hoc ipſum quidem intelligere, quod dicis: ſi eſt aliquid in arbitriȝ po-
teſtate. At PETRVS: Videns quod ad partē ſe cōtentioſiorē declinat, ſupera
ri metuēs, ut quaſi in incertū cōfundat omnia. Reſpōdet: Quomodo ergo ſcis,
quia nō eſt in hominis poteſtate ſcire aliquid, cum hoc ipſe ſcias? Et SIMON:
Neſcio, inquit, ſi uel hoc ipſum ſciam: Vnuſquiſq; em̄ ſicut ei fato decernitur,
uel ſapit aliquid, uel intelligit, uel patitur. Tum PETRVS: Videte, inquit, fra-
tres in quæ abſurda deciderit Simon, qui ante meum aduētum docebat, quod
homines in poteſtate haberent & ſapere, & facere quæ uellent. Nūc in angu
ſtum redactus neceſſitate uerborum, negat eſſe in hominis poteſtate, aut ſcien
di aliquid, aut agendi, & tamen audet ſe doctorē profiteri. Sed dic, quomodo
ergo deus iudicat ſecundum ueritatem unumquemq; pro actibus ſuis, ſi age-

Fama uulgi prophetiæ ſpeciem habet.

Obſeruare mandata.

Argumentum Petri eſſe arbitrium aliquatenus liberum.

Simon negans arbitrium ad FATVM confugit.

C re aliquid in potestate non habuit? hoc si teneatur, conuulsa sunt omnia, frustra erit studiū sectandi meliora, sed & iudices seculi frustra legibus præsunt, & puniunt eos qui male agunt: non enim in sua potestate habuerunt, ut non peccarent. Vana erunt & iura populorū, quæ malis actibus pœnas statuūt: miseri erunt & hi qui seruant cum labore iustitiam: beati uero illi, qui in delicijs positi, cum luxuria & scelere uiuētes, tyrannidem tenent. Secundū hæc ergo, nec iustitia erit, nec bonitas, nec ulla uirtus: &, ut uis, nec deus, sed hæc. ô SIMON, cur dixeris scio, uolens profecto effugere quæstiones, ne possis manifestius conſutari, & ideo ais non esse in potestate hominis sentire aliquid, aut inuenire. Si enim uere hoc ita sensisses, non utique etiam ante aduentum meum apud populū te profitereris doctorem. Ego igitur dico sui esse arbitrij hominem. Et SIMON: Quid est sui arbitrij, dic nobis? PETRVS ad hæc: Si nihil potest disci, cur & audire uis? Et SIMON: Nihil habes ad hoc quod respondeas? Tum PETRVS: Dicam nō à te compulsus, sed ab auditoribus rogatus. Arbitrij potestas est sensus animæ, habens uirtutem, qua possit ad quos uelit actus inclinari. Tum SIMON conlaudans PETRVM super his quæ dixerat: Vere, inquit, magnifice & incomparabiliter exposuisti, bene enim dicenti tibi debeo testimoniū dare, hoc tamen quod te interrogo nunc, si exposueris mihi, in cæteris omnibus obtemperabo tibi: qđ ergo uolo discere, hoc est, Si quod deus uult esse, est: & si quod non uult esse, nō est: de hoc responde mihi. Et PETRVS: Si ignoras quod absurde & incompetenter interroges, ignoscens tibi ipse exponam: Si autem scis quod incōsequenter interrogas, nō recte facis. Tum SIMON: Iuro, inquit, ipsam quæcunqꝫ illa est, summam diuinitatem, quæ habet iudiciū & uindictam in eos qui peccāt, quia ignoro quid incompetenter dixerim, & quid in uerbis meis habeatur absurdū, in his duntaxat quæ proposui. Ad hæc PETRVS: Quoniam, inquit, te ignorare confessus es, disce. Interrogatio, tua duobus sibi inuicem contrarijs, unam sententiā postulauit: etenim omnis motus in duas partes diuiditur: ut quædam necessitate, quædam uoluntate moueantur: & ea quidem quæ necessitas mouet, semper in motu sunt: quæ uero uoluntas, non semper, ut uerbi gratia dicam. Solis motus necessitate ducitur, ut statutū compleat cursum, omnisꝫ status cœli, & ministeria necessarijs motibus constant. Homo uero actuū suorū motus uoluntarios gerit. Et ideo alia sunt, quæ ob hoc creata sunt, ut in ministerijs suis necessitate deseruiant, nec facere aliud qđpiam possint, nisi quod eis statutū est: Cum autem expleuerint ministerium, creator omnium qui ita constituit ea, prout uoluerit, conseruat ea. Alia uero sunt ubi potestas est uoluntatis, & in quibus agendi quæ uelint, liberū habetur arbitriū: Hæc, ut dixi, nō semper in eo ordine, quo creata sunt, permanēt, sed prout uoluntas duxerit, & animi iudiciū declinauerit, siue bonis, siue malis studebunt: & ideo bene agentibus munera posuit, male agentibus pœnas. Ais ergo tu, si deus uult aliquid esse, & est: & si non uult, non est: scilicet ut si responderē quia quod uult, & est; quod autem non uult, non est, diceres, ergo ipse

Sublato libero arbitrio quanta fenestra aperiatur peccatis

LIBERVM ARBITRIVM *quid.*

D

Duæ partes motus.

A ipse uult esse mala quæ in hoc mundo geruntur, quia omne quod uult, hoc & est: quod autem non uult, non est. Si uero respondissem non esse hoc, ut quod uult deus, sit: & quod non uult, non sit. Tum retorto sermone diceres, ergo impossibilis est deus, si quod uult, nō potest, & existeres petulantior, ut qui nihil rectū dixeris, uicisse te crederes. Et ideo ignoras ô Simon, & ualde ignoras, quomodo in singulis quibusqꝫ uoluntas sit dei: quædā enim uoluit, ut diximus, ita esse, ut aliud esse non possent, quàm id quod ab ipso instituta *Bruta.* sunt, & his neque præmia, neqꝫ supplicia statuit. Ea uero quæ ita esse uoluit, ut in sua potestate habeant, agere quod uelint, his pro actibus ac uolūtatibus suis statuit, ut aut remunerationes mereantur, aut pœnas. Cum ergo in duas, *Homines.* ut edocui, partes diuidantur cuncta quæ mouētur, secundū eam quam supra diximus distinctionem. Omne quod uult deus, est, quod autem non uult, nō est. Et SIMON ad hæc: Nonne, poterat nos omnes facere tales ut essemus boni, & aliud esse non possemus? PETRVS respondet: & hoc absurde interrogas. Si enim nos inconuertibilis naturæ fecisset, & immobiles à bono, non essemus uere boni, quia aliud esse non possemus, & non erat nostri propositi, quod eramus boni, nec nostrū erat quod agebamus, sed necessitatis naturæ. Quomodo ergo hoc bonum dicetur, quod ex proposito nō agitur? ob hoc autem & prolixioribus indiguit mundus iste temporibus, donec animarum, quæ prædestinatæ sunt, ad expletionem eius numerus impleretur. Et B tunc istud quidem uisibile cœlū reuolueretur ut liber. Illud uero quod est superius, appareret, & animæ beatorū corporibus suis redditæ, inducerētur in lucem. Impiorū uero animæ, pro immundis actibus suis, spiritu flammeo circundatæ, in profundum ignis inextinguibilis mergerentur, per seculū expensuræ supplicia. Hæc autem ita esse, uerus nobis propheta testatus est, de quo si uis agnoscere, quia propheta sit, innumeris adsertionibus edocebo. Ex his enim quæ ab eo dicta sunt, & nunc singula quæ dixit implētur, etiam ea quæ futura dixit, credūtur implenda, fides enim futuris, ex his quæ iam gesta sunt, datur. At SIMON cui compertum erat, Petrum de prophetiæ titulo dilucide adsignare rationem, ex quo quæstio omnis absoluitur, sermonem de hoc fieri declinauit. Et respondens ait: Ad ea quæ uolo, responde mihi, & dic si uisibile istud, ut ais, cœlum resoluetur, cur ex initio factum est? Respondit PE- *Quamobrem factum illud uisibile cœlū sit.* TRVS: Propter hominum præsentem hanc factum est uitam, ut esset interiectio quædam & diuisio. Ne quis forte indignus habitationem cœlestiū, & dei ipsius sedem uideret, quæ his solis qui mundi corde sunt, uidenda præparantur. Nunc autem, id est agonis tempore, inuisibilia esse placuit, ea quæ uincentibus ad præmium destinata sunt. Et SIMON ait: Si conditor bonus est, & mundus bonus, quomodo bonus bona dissoluet aliquando? Si autem quasi malum resoluit & destruit, quomodo non uidebitur malus qui malum fecit? PETRVS ad hæc: Quoniam, inquit, spopondimus tibi, ne blasphemantem te fugiamus, ipse enim reddes pro his quæ loqueris rationem, patienter feramus. Audi ergo nunc. Cœlū istud quod uisibile est, & pertransit, siquidem

C propter semetipsum factum esset, haberet fortasse quod dicis aliquid rationis, quia resolui minime deberet. Si uero propter aliud quid factum est, & non propter se, necessario soluetur: ut illud, p quo factum uidetur, appareat, Sicut uerbi gratia dixerim, testa uouorum quamuis pulchre facta, & diligenter formata uideatur, necesse est tamen eã frangi, & resolui, ut inde pullus procedat: & illud, pro quo totius oui forma expressa uidetur, appareat. Ita ergo & huius mundi necesse est transire statum, ut status ille sublimior regni cœlestis, effulgeat. Et SIMON: Non mihi uidetur, quia resolui possit cœlum, quod à deo factum est. Ab æterno enim æterna fiunt, à corruptibili, temporalia & caduca.

Corrumpũtur quæ propter aliud facta sunt

D Et PETRVS: Non ita est, sed à mortalibus quidem omnimodis corruptibilia fiunt, & temporalia: ab æterno uero non semper corruptibilia, neq; semper incorruptibilia, sed prout uoluerit creator deus, ita & erũt illa quæ creat. Neq; em̃ sublege est uirtus dei, sed lex creaturis suis VOLVNTAS eius est. Respondit & SIMON: Reuoco te, inquit, ad primã quæstionem, dixisti deũ nunc quidem nulli esse uisibilem, cum uero resolutum fuerit cœlum istud, & supernus ille status regni cœlestis obfulserit, tunc eos qui mundi sunt corde, etiam deum uisuros, quæ sententia cõtraria est legi, ibi enim scriptum est deũ dixisse: Nemo uidebit faciem meã & uiuet. Et PETRVS respondit: His qui legem, non ex traditione Moysi legunt, contrarius uidetur sermo meus, sed audi quomodo non sit contrarius. Deus uidetur mente, non corpore, spiritu nõ carne. Vnde & angeli qui sunt spiritus, uident deum, & homines ergo, donec homines sunt, deum uidere non possunt. Ex resurrectione autem mortuorũ, cum facti fuerint sicut angeli, uidere poterunt deum. Et hoc modo non est sermo meus legi cõtrarius: neque illud quod magister meus dixit: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Futurum enim tempus ostendit, in quo ex hominibus, angeli fient, qui in spiritu mentis deum uidebũt. Post hæc autem uerba multaq; alia his similia, cũ iuramẽtis pluribus adfirmare SIMON cœpit, dicens: De hoc mihi solo rationem redde, si immortalis est anima, & obsequar in omnibus uoluntati tuæ, sed crastino, inquit, nam hodie iam tardum est. Vbi ergo cœpit dicere PETRVS: Simon egressus est, & cum ipso perpauci ex sodalibus eius, & hoc præ uerecundia: Cæteri uero omnes ad Petrum conuersi, genibus positis prosternebant se ante eum, ex quibus aliquanti diuersis languoribus adstricti, aut dæmonibus incursati, oratione Petri sanabantur, & discedebant gaudentes, quasi ueri dei doctrinã, simul & misericordiam consequuti. Cum ergo abscessissent turbæ, & soli familiares eius remansissemus cum eo, stratis humi redditis, adcubuimus, solitũ unusquisq; recognoscens locum: sumptoq; cibo, cum gratias egissemus deo, quieuimus. Sequẽti uero die, PETRVS ex more ante lucẽ surgẽs, iam nos inuenit uigilantes, & paratos ad audiendũ. Atq; ita is exorsus est. Deprecor uos fratres, & cõserui mei, ut si quis forte uestrum non potest uigilare, non sibi extorqueat, erubescens præsentiam meam, quia difficilis est subita permutatio. Longo autẽ tempore si paulatim adsuefiat, labori non erit quod ex usu uenit. Nõ enim omnes

Virtus dei non est sub lege.

Exodi 33.

Mente uidetur deus.

Discipuli Simonis deficiũt ad Petrum.

eiusdem

A eiusdem institutionis fuimus, licet processu temporis in unam temperari consuetudinem poterimus, aiunt enim, quod secundum naturæ locum obtineat consuetudo. Testem autem deum inuoco, quod non indignor, si quis forte nõ potest uigilare. Sed hoc magis, si cum totam quis noctem dormiat, per diem non replet id quod omisit in nocte. Necessarium nanq; est, doctrinæ studijs intente & indesinẽtur operam dare, ut mens nostra dei solius memoria repleatur, quia mentem quam repleuerit memoria dei, maligno in ea nõ dabitur locus. Cum hæc diceret ad nos PETRVS, unusquisq; nostrũ solicite satisfaciebat ei, qd olim breui somno satiati, uigilaremus, sed uereremur excitare eum, quia nec deceret, discipulos magistro imperare, quod tamẽ penè, ô Petre, autripudians, somnum penitus fugaret ab oculis. Sed iterum affectus erga te nosster obstitit, & uiolenter te à nobis non tulit excitari. Tum PETRVS: Quoniam igitur audiendi, inquit, desiderio libenter uos adseritis uigilare, uolo uobis ea tantum, quæ hesterno sparsim dicta sunt, repetens, diligentius & cũ suo ordine explicare. Quod & per singulas quasq; disputationes diurnas facere dispono: ut per noctem ubi secretum loci, & temporis datur, si quid forte, utpote in certamine, minus plene dictum est, id integro ordine, & linea directæ explanationis aperiã: Et post hæc cœpit nobis ostendere, quomodo he-

Vide humanitatem Petri.

Indesinenter opera danda sacris.

B sterno haberi debuerit disputatio, & propter contentionem, uel imperitiam contradicentis haberi non potuit: Et ideo sola professione usus sit, atq; ea quæ ab aduersario dicebantur, tantum destruxerit. Sua uero neq; omnia, neque manifeste exposuerit, & singula nobis repetẽs integro ordine, & plena ratione disseruit. Cum uero iam albesceret dies, egressus ad turbas post orationem, solito ad disputandum constitit loco, & uidens Simonem in medijs turbis stantem, ex more prius salutato populo, ait: Dolori mihi esse fateor, de nonnullis hominibus, qui cum ita ad nos ueniunt, ut discant aliquid, ubi eos docere cœperimus, ipsi rursus magistros se esse profitentur. Et interrogãt quidẽ, ut ignorantes, cõtradicunt autẽ ut scientes. Sed fortasse dicat aliquis, quia qui interrogat, ob hoc quidem ut discat interrogat, ubi uero id quod audierit, nõ ei recte dictũ uidetur, necesse est ut respõdeat, & hæc ei uidetur esse cõtradictio, quæ nõ est cõtradictio, sed rei interrogatio. Audi ergo ad hæc, totius doctrinæ disciplina, certum habet ordinẽ, & sunt quedã quæ prima tradenda sunt: alia uero quæ secundo in loco, & alia tertio, & sic singula quæq; per ordinẽ, quæ utiq; si per consequẽtiam tradantur, manifesta fiunt. Extra ordinẽ uero si proferãtur, etiã contra rationẽ dicta uidebũtur. Et ideo in primis ordo seruandus est, si tamen hoc, ppositio quæramus, ut possimus quod quærimus inuenire: Etenim qui rectum initium uiæ acceperit, etiam secundum locum consequẽter aduertet, & ex secundo tertium facilius inueniet: & quanto ultra processerit, tanto magis ei uia agnitionis apertior fiet, usq; quo ad ipsam quo tendit & desiderat urbem perueniat ueritatis. Qui uero imperitus est, & quærendi uiam nescit, sicut peregrinus uiator, ignorans & errans, si ciue & indigena nolit uti duce;

TERTIVS conflictus Petri cum Simone.

Ordine omnia facienda.

C sine dubio cũ aberrauerit à uia ueritatis, extra uitæ ianuas remanebit, & ita no
ctis atræ tenebris inuolutus, per semitas perditionis incedet. Quia ergo si per
ordinem quæ quærenda sunt inquirantur, inueniri facillime possunt. Ordinẽ
uero requirẽdi imperitus ignorat, rectum est ut scienti cedat ignarus, & pri-
Ordo quærendi primo discẽdus. mo quærendi ordinem discat: ut ita demum interrogandi, & respondendi in-
ueniat disciplinã. Et SIMON ad hæc: Non ergo omniũ est ueritas, sed eorũ
tantummodo qui artem nouerint disputandi, quod utiq; absurdum est, cum
æqualiter sit deus omnium, nõ omnes æqualiter posse uoluntatem eius agno-
scere. Et PETRVS: Aequales, inquit, omnes ab eo facti sunt, & æqualiter
cunctis dedit capaces esse ueritatis. Verum quod nullus eorum, qui nati sunt,
eruditus natus sit, sed posterior sit natiuitate eruditio, nulli dubium est. Cum
igitur natiuitas hominũ in eo teneat æquitatem, ut omnes similiter percipien-
dæ disciplinæ capaces sint, non est in natura, sed in eruditione diuersitas. Aut
quis nescit, quod ea quæ unusquisq; didicit, priusquam disceret, ignorabat. Et
Priusq; doceas discendũ erit. SIMON: Vere, inquit, dicis. Tum PETRVS: Si ergo in his artibus, quæ usus
cõmunis habet: primo discitur, deinde docetur, quãto magis oportet eos qui
eruditores se profitentur animarum, primo discere, & ita docere. Ne cum sint
ipsi imperiti, ridiculum uideatur, si alijs se præstituros scientiam repromittãt.
Tum SIMON: In artibus, inquit, his quæ usus cõmunis habet, uerũ est, qd
D unusquisq; nisi didicerit, nesciat. In uerbo uero scientiæ, statim ut audierit quis
didicit. Et PETRVS: Si quidem per ordinem, & consequenter audiat, potest
scire quod uerum est, sed qui emendationis uitæ regulam, conuersationisq; ca
BENE VIVERE sequela est scientiæ ueritatis. stioris suscipere recusat, quæ utique sequela est scientiæ ueritatis, scire se, quod
scit, non uult fateri. Sicut etiam nonnullos uidemus, qui artibus, quas à puero
didicerant, derelictis, ad alios se actus conferunt, & ut excusatio sit eis desidiæ
suæ, culpare incipiunt artẽ, uelut infructuosam. Et SIMON: Deberẽt omnes
audientes credere uerum esse, quod audiunt? Tum PETRVS: Qui audierint
Eligere est nostri arbitrij. per ordinem sermonem ueritatis, contradicere omnino non possunt, sed sciũt
uerum esse quod dicitur, si tamen libenter etiam uitæ iustituta suscipiant. Hos
uero quos audientes ad bona opera conferre se piget, male agendi libido ad-
quiescere his quæ recta iudicant, non sinit. Vnde ostenditur positum esse in
auditorum potestate, eligere utrum malint. Quod si omnes qui audiunt,
obedirent, naturæ magis esset necessitas, quæ una omnes ageret uia. Sicut eñ
suaderi quis non potest, ut fiat breuior, aut longior, quia non sinit uis naturæ.
Ita & ad ueritatem, si omnes uerbo conuerterentur, aut omnes non conuer-
terentur, naturæ esset uis, quæ cogebat uerbo omnes cõuerti, aut nullũ omni-
no conuerti. Et SIMON: Doce ergo nos, quid primo oportet discere eũ, qui
ueritatem scire desiderat? Et PETRVS: Ante omnia, inquit, quæri oportet,
Primo quærendum quid sit in nostra potestate. quid sit homini quærenti inuenire possibile. Necesse est enim iudicium dei
in hoc stare, si potuit homo bonum facere, & non fecit: & ideo quærẽdum est
hominibus, si habeant in potestate sua quærentes inuenire, quid est bonum,
& cum inuenerint facere, hoc enim est pro quo iudicandi sunt. Amplius autẽ
his

A his solum scire fas est prophetã, & merito: quid enim opus est hominibus sci-
re, quomodo factus sit mundus? Hæc enim discenda necessario uiderentur, si
Quæstiones inutiles omittẽdæ sunt. simile ineundum nobis esset artificium. Nũc autem sufficit nobis ad cultũ dei,
ut sciamus, quia ipse fecit mundum, quomodo autem fecerit, quærendum non
est, quia ut dixi, nõ nobis imminet, tanquam simile aliquid facturis, artis ipsius
scientiam discere, sed neque pro hoc iudicandi sumus, quum non didicerimus
quomodo factus sit mundus: sed pro hoc tantum, si ignoremus conditorem
eius. Sciemus autem conditorem mundi iustum, & bonum deum, si eum se-
mitis iustitiæ requiramus. Nam si hoc tantum sciamus de eo quod bonus est,
Satis est scire deũ esse bonũ & iustum. huiusmodi scientia nõ sufficit ad salutem. In præsenti enim tempore, bonitate
eius, & beneficijs perfruuntur, non solum digni, sed etiam indigni. Si uero nõ
tantum bonum, sed etiam iustum eum credamus, & secundũ hoc quod de deo
credimus, in omni uita nostra iustitiam teneamus, etiam bonitate eius in æter
num fruemur. Denicq; Hebræis, qui de deo ita opinabãtur, quod solũ bonus
esset, dicebat magister noster, ut & iustitiam eius quærerent, hoc est, ut scirẽt
eum præsenti quidem tempore bonum esse, ut omnes in bonitate eius uiuant. *Matth. 6.*
Iustum uero eum futurum in die iudicij, ut dignis præmia æterna restituat, à
quibus excludet indignos. Et SIMON: Quomodo potest unum atq; idem, &
bonum esse, & iustum? PETRVS ait: Quia sine iustitia, bonum quodãmo-
do uidebitur: boni est enim, solem suum & pluuiam, ex æquo iustis & iniustis *Matth. 5.*
B præbere: sed hoc uideretur iniustũ, si bonos malosq; æquali semper sorte cẽ-
seret, & nisi frugum caussa hoc faceret, quibus perfrui æqualiter omnes, qui in
hoc mundo nati sunt, conueniret. Sed sicut data à deo pluuia, ex æquo & fru-
ges nutrit, & lolium: messis autem tempore, frumenta quidem congregãtur *Matth. 13.*
in horreum, paleæ uero uel lolium igni consumũtur. Ita in die iudicij cum iu-
sti introducentur in regnum dei, iniusti autem abijcientur foras, tunc etiã iu-
stitia dei ostẽdetur. Nam si æqualis permaneret perpetuo malis & bonis, iam
hoc non solum bonum non esset, sed & iniustum atq; iniquum uideretur, ut
iusti, & iniusti uno apud eum haberentur ordine meritorũ. Et SIMON: Vnũ
est de quo mihi uelim satisfieri. Si immortalis est anima. Nõ eñ possum onus
subire iustitiæ, nisi prius de immortalitate animæ sciam, quæ utiq;, si immorta
lis non est, nec prædicationis tuæ poterit stare professio. Tum PETRVS:
Quæramus, inquit, prius, si iustus est deus, quod si claruerit, integer profecto
religionis ordo constabit. Et SIMON: Videris mihi tu, qui te iactas disputan-
di ordinem nosse, nunc contra ordinẽ respondisse: Me enim rogante ut osten
das, si immortalis est anima, tu ais: primo nos quærere oportet, si iustus est de-
us. Et PETRVS ait: Valde consequenter, & recte se habet. SIMON: Velim *IVSTITIA Dei.*
discere. PETRVS: Audi, inquit, nonnulli hominum blasphemãtes deum, &
omnem uitam suã iniustitiæ uoluptate ducentes, in lectulis suis defuncti sunt,
consequuti finem uitæ inter suos, & honorabilem sepulturam. Alij uero deũ
colentes, & cum omni iustitia & sobrietate, uitam suam in parsimonia conser-
uantes, pro iustitiæ obseruãtia, in desertis interiere. Ita, ut ne sepultura quidem

C haberentur digni: Vbi est ergo iustitia dei, si anima immortalis non est, quæ uel si impie egerit, pœnas in futuro, uel si pie & iuste, præmia consequatur? Et SIMON ait: Hoc utiq; est, quod nos incredulos facit, quia multi bene agentes, male pereunt: & rursum, multi impie agentes, longi temporis cum beatitudine uitam finiunt. Et PETRVS: Hoc ipsum, inquit, quod te ad incredulitatem trahit, nobis certam fidem facit, quia iudicium erit. Etenim cum certũ sit, deum iustum esse, necessarium & consequens est, aliud esse seculũ, in quo unusquisq; pro meritis recipiens, iustitiam dei probet. Quod si nunc omnes homines pro meritis suis reciperent, uere nos fallere uidebamur, dicentes futurum esse iudiciũ. Et ideo hoc ipsum quod in præsenti uita nõ redditur unicuiq; pro actibus suis, fidem indubitabilem facit, scientibus deum esse iustum, quia iudiciũ erit. Et SIMON: Quur ergo mihi non persuadetur? PETRVS ait: quia uerum prophetam non audisti, dicentem: Quærite primo iustitiam eius, & hæc omnia adponentur uobis. Et SIMON: Indulge, inquit, mihi no lenti primo iustitiã quærere, antequam sciam si immortalis sit anima. Et PETRVS: Et tu mihi hoc unum indulge, quia non possum facere aliter quàm me propheta ueritatis edocuit. Tum SIMON: Certum est, inquit, non posse te adserere quod immortalis sit anima, & ob hoc cauillaris, sciens quia si mortalis probetur, radicitus conuellatur religionis istius, quam conaris adserere,

D tota professio. Et ideo laudo quidem prudentiam tuam, non tamẽ probo persuasionem: multis enim persuades suscipere religionẽ, & libidinis subire continentiam, sub spe futurorum bonorum, quibus euenit, ut neque præsentibus perfruantur, & decipiãtur futuris. Simul enim ut mortui fuerint, etiam anima pariter extinguetur. PETRVS uero hæc audiens, dentibus frendens, frontemq; adterens manu, & profundo dolore suspirans, ait, Astutia serpentis antiqui, ad hominũ decipiendas animas, armatus adsistis, & ideo ut serpens sapientior cæteris bestijs, ab initio doctorem te esse professus es. Et rursus, ut serpens multos introducere deos uolebas, super quo confutatus, nullum omnino nunc esse adseris deum. Nam per occasionem, nescio cuius ignoti dei, conditorem mundi deum negasti, sed eum uel malum esse, uel multos habere sibi æquales, uel omnino, ut diximus, non esse deum confirmabas. Post hæc cũ etiam in hoc superatus fuisses, animam nunc adseueras esse mortalem. Vtí ne futurorũ spe recte, iusteq; uiuatur. Nam utiq; si desperantur futura, quid nisi abscidatur misericordia, luxuriæ indulgeatur, & uoluptatibus? ex quibus omnem consurgere iniustitiam constat. Et cum tantæ impietatis doctrinã, miseræ huic introducas mortalium uitæ, teipsum pium, me impium uocas, quasi qui homines non sinam sub spe futurorũ bonorũ arma corripere, & impugnare se inuicem, diripere ac subuertere uniuersa, & moliri omnia quæ libido dictauerit. Et quis erit iste uitæ status, qui à te introducitur, ut pugnent homines, & impugnentur, ut irascantur, & perturbẽtur, & semper in metu uiuãt? Necesse est enim eos qui alijs inferunt mala, etiam ipsos sperare similia. Vidés ne te ducẽ perturbationis, & non pacis; iniquitatis, & non æquitatis existere?

Quia boni aliquãdo male pereunt, argumẽto est esse aliã uitã post hanc.

Matth. 6.

Spes futuræ uitæ quid boni adferat.

Verum

A Verum ego, non quasi qui ostendere non possim immortalem esse animam, simulaui iracundiã, sed misereor animabus hominũ, quas tu decipere conaris. Dicam ergo, sed non quasi te cogente: scio enim quomodo dicã, & solus eris qui de hoc non tam persuasione indigeas, quàm cõmonitione, eos, hoc qui uere ignorant, docebo ut conuenit. Tum SIMON: Si irascaris, inquit, nõ interrogabo, nec audire uolo. Et PETRVS: Tu, siquidem nunc occasionem quæris subterfugiendi, habes licentiam, & sine occasionẽ cuiusquam. Omnes enim audierunt te nihil rectè dicentẽ, nec potuisse aliquid confirmare, sed ob hoc tantũ interrogasse, ut cõtradiceres, quod quiuis facere potest. Quid enim difficile est post euidẽtes adsertiones respondere, nihil dixisti. Vt autem scias quia possum tibi uno sermone ostendere, quod immortalis est anima. Interrogo te uerbum, quod omnes norũt, responde mihi, & uno sermone immortalem esse comprobabo. Tum SIMON: qui iam occasionem sibi uisus fuerat inuenisse ex iracundia Petri ut discederet, restitit, pro eo quod mirũ ei aliquid promittebatur: & ait. Interroga me, ut tibi respondeam quod omnes norũt, & audiã uno ut pollicitus es sermone, quomodo anima immortalis sit. Et PETRVS: Dicam ita ut præ cæteris omnibus tibi magis probetur. Responde ergo mihi, quid est quod incredulum magis suadere potest, uisus, an auditus? Et SIMON: Visus. Tum PETRVS: Quomodo ergo à me uis discere uerbo, quod tibi re ipsa probatur & uisu? Et SIMON: Nescio, inquit, quomodo dicas. Et PETRVS: Si nescis, perge nunc in domũ tuam, & ingressus in-

B terius cubiculum, uidebis imaginem positam, continentẽ pueri uiolenter necati effigiem, purpura coõpertam, ipsum interroga & docebit te, uel responsione, uel uisu. Quid enim opus est audire ab eo si immortalis sit anima, cũ adstare eam uideas præsentẽ? Si enim nõ esset, nec uideri utiq; poterat. Quod si nescis quam dico imaginẽ, hinc è uestigio cũ alijs decem uiris, ex his qui præsentes sunt, eamus ad domum tuam. At SIMON hæc audiens, & conscientia percussus, colore mutato, exanguis effectus est, extimuit enim ne forte si negaret, perscrutaretur domus eius: aut ne indignans PETRVS manifestius eum proderet, & omnibus quis esset, innotesceret, ita respondit: Obsecro te Petre per illum bonum deum qui in te est, ut uincas maliciam quæ in me est, suscipe me ad pœnitentiam, & habebis me adiutorem prædicationis tuæ. Nũc enim uere rebus ipsis didici, quia dei ueri propheta es, & ideo secreta hominum solus atq; arcana cognoscis. Et PETRVS ait: Videtis fratres Simonem pœnitentiam quærentẽ, paulo post uidebitis eum rursus ad infidelitatem suam reuerti. Putãs enim me prophetam esse, pro eo quod publicaui mala eius, quæ in secretis habebat & in occultis, pœnitentiam se acturum promisit: Me enim mentiri fas non est: neque ut infidelis hic saluetur, aut nõ saluetur, ego fallere debeo. Testor enim cœlum & terram, quia non prophetice dixi, quæ dixi, uel quæ, quantum possibile erat, turbis audientibus indicaui, sed à quibusdam, qui tunc ei socij fuerant in operibus suis, nunc autem conuersi sunt ad fidem nostrã, quid ei in secreto gestum sit, didici; cognita ergo, nõ præcognita

Visus maximẽ fidem facit.

Victus Simon simulat se pœnitentiam actu rum.

Mentiendum nõ est in gratiã proximi.

C loquutus sum. SIMON uero ut hæc audiuit maledictis his,& cõuicijs adgre
ditur PETRVM,dicẽs: O nefandissime omniũ,&dolosissime,cui uictoriam
Simulata pœnitentia Simonis magi. fortuna, non ueritas dedit. Verum ego non pro penuria scientiæ pœniten-
tiam petij, sed ut tu,putans me per pœnitentiam discipulũ tuum fore, omnia
secreta professionis tuæ concrederes mihi: ut ita demum te, cunctis agnitis,
cõfutarem. Sed ut callidus intellexisti quam ob caussam pœnitudinẽ simulas-
sem,&adquieuisti,tanquam meum non intellegens dolum. Vt prius me apud
populum exponeres,quasi imperitum: tum deinde præuidens, quod ego ita
populo expositus,necesse habeo indignari & confiteri me non uere pœnitu-
dinem gerere, præueneristi ut diceres me ad infidelitaetm meam post pœniten
tiam regressurum,ut omni ex parte uicisse uidereris,& si permanerem in pœ
nitentia quam professus fueram,& si non permanerem,ut tu sapiens crederes-
ris,qui ista præuideris. Ego autem deceptus uiderer,quia tuum non præuidi
dolum,tu uero meum prænidens: calliditate usus circumscripsisti me. Sed,ut
dixi,fortunæ est, non ueritatis ista uictoria, scio tamen quur ego ista nõ præ-
uiderim,qui adstans loquutus sum tibi per bonitatem meam,& patienter egi
tecũ. Nũc autem tibi ostendã diuinitatis meæ potentiã,ut repente procidas,
& adores me. Ego sum PRIMA VIRTVS, qui semper & sine initio sum.
Ingressus autem uterũ RACHEL,natus sum ut homo ex ea,quo ab hominis
bus uideri possem,ego per aërem uolaui,igni commixtus unum corpus effec-
D tus sum,statuas moueri feci, animaui exanima, lapides panes feci, de monte
in montem uolaui,transmeaui,manibus angelorum sustentatus,ad terras des-
cendi.Hæc non solum feci,sed &nunc facere possum,ut rebus ipsis probem
omnibus, quia ego sum filius dei, STANS in æternũ,& credentes mihi, simili
ter stare in perpetuum faciam. Tua aũt uerba uana sunt omnia, nec ullum po
tes opus ostendere ueritatis,sicut & ille qui misit te magus,qui nec seipsum po
tuit liberare de crucis pœna. His dictis à Simone, PETRVS respondit: Ne
agas aliena,tu enim qd' sis magus,ex ipsis quæ gessisti,cõfessus es,&manifesta
tus. Noster autem magister,qui est filius dei &hominis,manifeste bonus est.
Quod autem uere sit filius dei,quibus oportuit,dictum est & dicetur. Tu au-
tem si non uis confiteri,quod magus es,cum omni hac turba pergamus ad do
mum tuam, & tunc apparebit quis sit magus. Hæc autem Petro dicente SI-
MON blasphemijs,& maledictis,agere cœpit,ut seditione facta, perturbatis
omnibus, argui non posset, & Petrus, quasi blasphemiæ caussa secedens,
uictus uideretur. Sed perstitit & arguere eum uehemẽtius cœpit. Tũc popu
lus indignatus, Simonem atrio eiectum,extra ianuam domus pepulit,eumq;
Simon desertus ab omnibus ejicitur ex atrio. depulsum,unus sequutus est solus. Facto autem silẽtio, PETRVS adloqui po
pulum hoc modo cœpit: Patienter,fratres,malos ferre debetis,scientes,quia
Patienter sunt mali ferendi. deus cum possit eos excidere, patitur tamen durare usq; ad præstitutã diem,
in qua de omnibus iudicium fiet: quomodo ergo nos non patiemur,quos pa-
titur deus? Quur aũt nõ forti animo inlatas ab eis toleramus iniurias, cũ suas
ille,qui potest omnia,non ulciscatur? ut & ipsius bonitas,& malorũ noscatur

impietas

A impietas. Verũ si non inuenisset Simonem malignus ministrũ sibi, inuenisset
alium sine dubio. Necesse est enim seculo huic uenire scandala, uæ tamen illi *Matth.18.*
per quem ueniunt. Et ideo magis deflendus est SIMON,quod uas electionis
factus est maligno,qd' utiq; nõ fuisset, nisi potestatem in eum ꝓ peccatis prio
ribus accepisset. Nam inde quid dicam,quod & IESV nostro crediderat,& *Credidisse aliquando Christo Simonẽ, ex actis constat apostolorum capite 8.*
quod immortales esse animas,sibi ipse persuasit,quamuis in eo ludatur à dæ-
monibus, tamen persuasit sibi, quod pueri uiolenter necati habeat animam
ministrantem sibi ad quæcunq; uoluerit. In quo uere,ut dixi,à dæmonibus
inluditur,& ideo ego secundum ea quæ ipsi uidebantur,loquutus sum ad eũ,
nam & à Iudæis didicit,quia sit iudicium,& ultio proferenda aduersum eos,
qui contra ueram fidem ueniunt, nec pœnitudinem gerunt, sed isti sunt qui-
bus malignus, tanquam perfectis in sceleribus,apparet,ut decipiat eos, ne ali-
quando ad pœnitentiam conuertantur. Vos ergo quia ad dominum cõuerti-
mini per pœnitentiam,curuate ei genua. Hæc cum dixisset, omnis multitudo
genua flexit deo. Et PETRVS respiciens ad cœlum,cũ lachrymis orabat su-
per eos, ut deus pro sua bonitate susciperet eos dignaretur cõfugientes ad se.
Et postquam orauit,& præcepit ut postera die maturius conuenirent,multi-
tudinem missam fecit. Cum deinde,secundum consuetudinem,cibo sumpto,
quieuimus. Igitur PETRVS solita noctis hora consurgens, inuenit nos ui-
gilantes,& cum ex more salutans cõsedisset,primus NICETA ait. Si permit
B tis,mi domine Petre,habeo quod rogẽ. Et PETRVS: Permitto, inquit, non
solum tibi,sed et omnibus: & non solum modo,sed & semper, ut unusquisq; *Petri facilitas.*
quod eum mouet, & partem quam dolet in animo, fateatur, ut possit conse-
qui medicinã. Quæ enim silentio conteguntur,nec innotescunt nobis: uelut
multi temporis uicia difficile curantur: & ideo quoniam tacentibus non faci
le potest medela opportuni & necessarij sermonis adhiberi, proferre debet
unusquisq;,in quo animus per ignorantiam languet: tacenti uero dare reme *Scrutator est enim cordium & renum. Hiere. 20.*
diũ,solius est dei,possumus autẽ & nos,sed circuitu multi temporis. Necesse
est enim ut sermo doctrinæ ab initio per ordinẽ currens,& singulis quibusq;
quæstionibus obuians,cuncta aperiat,& cuncta dissoluat,& perueniat etiam
ad hoc quod unusquisque in animo suo requirit,sed hoc, ut dixi,per multum
tempus fieri potest. Nunc autem quod desideras roga. Et NICETA ait:
Vberes tibi gratias ago ô clementissime PETRE, uerũ hoc est quod dicere
cupio. Quur SIMON,qui aduersatur,facere tanta hæc,& talia potuit? Non
enim mentitus est aliquid ex his, quæ se fecisse professus est. Ad hæc beatus
PETRVS ita respõdit: Deus,qui unus & uerus est,primo germini suo ami
cos bonos & fideles instituit præparare,sciens aũt,quia boni esse nõ possunt,
nisi habeant in potestate sensum, quo fiant boni,ut ex suo proposito hoc sint,
qd' uolũt: alioqui nõ possunt esse uere boni,si nõ ꝓposito, sed necessitate tene
rẽtur in bono: potestatẽ dedit unicuiq; arbitrij sui, ut hoc esse possit,qd' uult.
Et rursum præuidens quia ista potestas arbitrij, alios quidẽ faceret eligere bo
na,alios uero mala: & per hoc in duos ordines necessario propagandũ esset *Duo ordines hominum.*

C hominũ genus, unicuicꝫ ordini concessit & locũ, & regem, quẽ uellet, eligere:
Rex bonorum Christus, malorum diabolus. bonus em rex, bonis gaudet: & malignus, malis. Et quamuis hæc tibi ô CLEMENS in hoc tractatu, quẽ de præfinitione & fine differuerã, plenius exposuerim: tamen & nunc requirenti Nicetæ manifestare me cõuenit, quæ sit ratio, qđ SIMON, qui cõtra deũ sentit, tanta facere mirabilia potuit. Igitur primo omniũ, malus esse iudicaꝫ apud deũ is, qui requirere nõ uult, qđ sibi expedit. Quomodo eñ talis iste aliũ diliget, qui semetipsum nõ diligit? aut cui nõ iste inimicus erit, qui sibi ipsi amicus esse nõ potuit? Vt ergo distinguerent, qui bona, & qui eligunt mala, deus quod utile est occultauit hominibus, id est
Vtilia occultat nobis deus. possessionem regni cœlorũ, eamꝫ uelut thesaurum secretũ reposuit & abscõdit, ut ad eam non facile quis possit uirtute, & scientia peruenire propria, famã tamen eius, diuersis nominibus & opinionibus, per generationes singulas ad omnium perduxit auditum, ut si qui forte essent amatores boni, audientes qđ sibi esset utile & salutare, requirerent & inuenirent. Requirerent autem nõ à
Vnde requirenda ueritas. semetipsis, sed ab eo qui occultauit, dariꝫ sibi accedendi aditum, & uiam scientiæ precarentur, quæ illis solis panditur, qui eam super omnia mũdi huius diligerent bona. Nec alio quis pacto uel intelligere eam possit, etiamsi prudentissimus uideretur. Hi uero qui neglexissent, quod sibi utile et salutare esset, & inquirere, tanquam seipsos odio habentes, & sibimetipsis inimici, fraudarentur eius bonis, uelut qui diligerent mala. Oportet ergo bonos diligere eam su-
D per omnia, id est super diuitias, gloriam, requiem, parentes, propinquos, amicos, & omne quod in hoc mundo est. Qui uero perfecte diligit possessionem
Deus præ omnibus diligẽdus. hanc regni cœlorũ, abiꝫciet sine dubio omnem malæ consuetudinis usum, negligentiã, desidiã, malitiã, iram, cunctaꝫ his similia. Nam si quid horũ prætuleris ei, tanꝫ qui plus dilexeris, ppriæ libidinis uitia quàm deũ, ad possessionẽ regni cœlestis peruenire nõ poteris: quia & uere stultũ est, aliquid plus amare cpꝫ deũ. Siue enim parẽtes sunt, moriuntur: siue ppinqui, nõ permanent: siue amici, mutanť. Solus est aũt deus æternus, & indemutabilis parens. Qui ergo nõ uult inquirere qđ sibi utile est, malus est, intantũ ut malitia sua ipsum impietatis principẽ superet. Ille eñ bonitate dei abutitur ad ppositũ malitiæ suæ, & sibi placet. Hic aũt salutis suæ bona negligit, ut perditione sui malo placeat. Propter hos ergo, qui salutis suæ neglectu placent malo, & eos qui studio utilitatis suæ placere cupiunt bono, paria quædã ad tentationẽ præsenti huic seculo statuta sunt decẽ, secundũ numerũ decẽ plagarũ, quæ inlatæ sunt Aegy-
X. paria ad numerum X. plagarum constituta. pto. Cũ enim Moyses secundũ præceptũ dei peteret à Pharaone, ut emitteret populũ, & ad testimoniũ cœlestis imperij signa ostenderet, proiectã in terrã uirgã, conuersa est in serpentẽ. Cumꝫ ob hæc PHARAO non uellet adquiescere, utpote habẽs arbitrij libertatẽ, rursum magi similia signa facere uisi sunt, permittente deo, ut propositũ regis, pbaretur ex arbitrij libertate, si magis cederet signis Moysi, qui à deo missus est, quàm his quæ magi uidebãtur potius facere, quàm faciebant: quos ipso uticꝫ nomine intelligere debuerat, non esse operarios ueritatis, quod non à deo missi, sed magi appellabantur, sicut & ratio

A tio indicat, Deniꝫ usque ad aliquem locũ, uisi sunt habere certamen, & post hæc cõfessi de se, cessere meliori. Inducitur ergo plaga ultima, interitus primitiuorum, & tunc Moyses iubetur populũ conspersione sanguinis consecrare, *Exo. 29.* atque ita magna cum prece, oblatis etiam muneribus, cum populo rogatur abscedere. Simili ergo modo etiam nunc per me uideo geri. Sicut enim tunc Moyse hortante regem, ut crederet deo, obsistebant magi quasi ostentatione similium signorum, & à salute incredulos prohibebant. Ita & nunc cum ego exierim docere omnes gentes, ut credant uero deo, SIMON magus resistit, eadem agens aduersum me, quæ & illi tunc egerunt aduersum Moysen, ut si qui sunt ex gentibus, qui nõ recto iudicio utuntur, appareant. Saluentur autem qui signorum rectũ discrimen habuerint. Hæc dicente Petro, NICETA respondit: Obsecro te, ut si quid ad memoriã uenit, permittas mihi proferre. Tum PETRVS delectatus super studio discipulorũ. Dic, inquit, quod uis. Et NICETA ait: Quid peccauere Aegyptij, si non crediderunt Moysi, cum & magi similia signa fecerint, etiamsi uiderentur potius fieri, quàm ueritate fierent? Nã et si ego fuissem tunc, ex eo quod magi similia faciebant, nónne aut Moysen magum credidissem, aut magos quæ ostendebant, diuinitus facere putassem? quia non mihi uerisimile uideretur, licet per phantasiam, eadem tamen effici à magis posse, quæ ille qui à deo missus est, perpetrabat. Et nunc ergo quid peccant hi qui Simoni credũt, cum uideant eum tanta facere
B mirabilia? aut nõ est mirabile per aërem uolare? igni admixtũ, unum corpus effici? facere statuas ingredi? canes æreos latrare? & alia his similia, quæ uticꝫ discretionem nescientibus, satis mira sunt, sed & de lapidibus usus est panes facere, quod si peccat qui signa facientibus credit, quomodo nõ peccasse uidebitur & is, qui domino nostro pro signis & uirtutibus credidit? Et PETRVS ait: Libenter accipio quod de ueritate adamussim requiris, & impedimenta fidei in anima tua latere non pateris. Vnde & medelam consequi facile potes. Meministi, quod peius omniũ esse dixi, cũ quis negligit quod sibi expedit discere. Et NICETA respondit: Memini. PETRVS: Et rursum quod deus occultauit ueritatem suam, ut eam his qui se fideliter sectantur, aperiat. Et NICETA: Ne hoc quidẽ oblitus sum. Tum PETRVS: Quid ergo putas, quia in terram defossam absconderit deus ueritatem, & mõtes ei superposuerit, ut ab his qui in profundũ fodere ualent, tantũmodo inueniri possit? Non ita est, sed sicut montes & terram cœli ambitu circumdedit, ita & ueritatem charitatis suæ uelamine contexit, ut ille ad eam solus peruenire possit, qui prius ianuã dilectionis diuinæ pulsauerit. Etenim qđ prius dicere cœperã, paria quædã huic mũdo destinasse deũ. Ille qui primus ex paribus uenit, à malo est. Qui secundus, à bono. In quo unicuicꝫ hominũ iusti occasio iudicij datur, siue simplex ille sit, siue prudẽs. Nã si simplex est, & crediderit illi qui primus uenit, signis enim & prodigijs motus, necesse est eadem ratione, ut etiã illi qui secũdo uenerit, credat: signis enim & prodigijs suadebitur, & nunc sicut prius. Cum uero crediderit huic secundo discet ab eo quod primo illi qui à malo uenit, cre

Veritas charitatis dei uelamine tecta est. PARIA quædam mundi.

dere nõ debeat,& ita prioris error ſecundi emendatione corrigitur. Si uero quia primo credidit,ſecundũ recipere noluerit, merito ut iniuſtus cõdemnabitur: iniuſtũ enim eſt, ut cũ primo propter ſigna crediderit,ſecũdo, eadem aut etiam potiora ferenti ſigna,non credat. Si uero non credidit primo, conſequens eſt,ut uel in ſecundo moueatur ad credendũ. Neq; enim intantum animo ſtertit,ut ingeminatis mirabilibus non ualeat ſuſcitari. Si uero prudẽs eſt, diſcretionem poteſt capere ſignorũ. Et ſiquidẽ primo credidit,augmentis uirtutum mouebitur ad ſecundũ,& ex cõparatione quæ ſint potiora deprehendet, quamuis manifeſta habeantur indicia apud eruditos quoſq;,ſicut per ordinis conſequentiã demonſtrauimus. Si uero tanquam ſanus quis, & qui medico non indigeat,non eſt cõmotus ad primũ, rei ipſius perſeuerantia ſuſcitabitur ad ſecundũ: diſtinctionemq; ſignorũ & mirabiliũ faciet, in hunc modum. Ille qui à malo eſt, ſigna quæ facit,nulli proſunt: illa uero quæ facit bonus,hominibus proſunt. Nã, dic quæſo,quæ utilitas eſt oſtendere ſtatuas ambulantes? latrare æreos aut lapideos canes? ſalire montes? uolare per aërem? & alia his ſimilia, quæ dicitis feciſſe Simonẽ. Quæ autem à bono ſunt, ad hominum ſalutem deferũtur,ut ſunt illa quæ fecit dominus noſter,qui fecit cæcos uidere, fecit ſurdos audire, debiles, claudos erexit, languores & dæmones effugauit,mortuos fecit reſurgere, & alia his ſimilia,quæ etiam per me fieri uidetis. Iſta ergo ſigna quæ ad ſalutem hominũ proſunt,& aliquid boni hominibus conferunt,malignus facere nõ poteſt, niſi in fine mundi tantũ. Tunc enim admiſcere ei conceditur aliqua etiã de dextris ſignis,id eſt, ut uel dæmones fuget,uel ægritudines ſanet,& propter hoc,tanquam qui exceſſerit terminos ſuos,& in ſemetipſum diuiſus ſit, ac ſemetipſum impugnauerit, deſtruetur. Et propterea dominus prædixit,in nouiſſimis temporibus tentationẽ futuram,talem in qua decipiantur,ſi fieri poteſt,etiam electi,confuſis ſcilicet indicijs ſignorũ,perturbari neceſſe eſt,etiam eos qui in diſcernendis ſpiritibus, ac diſtinguendis uirtutibus uidẽt eruditi. Decem ergo, quæ diximus paria, huic mũdo deſtinata ſunt ab initio ſeculi, CAIN & ABEL unũ fuit par. Secundũ uero Gigantũ,& Noë. Tertiũ Pharaonis & Abraham. Quartũ Philiſtinorũ & Iſaac. Quintũ Eſau & Iacob. Sextũ magorũ & legislatoris Moyſi. Septimũ tentatoris & filij hominis. Octauũ Simonis & meũ Petri. Nonum omnium gentium, & illius qui mittetur ſeminare uerbum inter gentes. Decimũ Antichriſti, & CRISTI, de quibus paribus aliâs uobis per ſingula latius exponemus. Et cum hæc diceret Petrus, AQVILA ait: Vere adſidua doctrina opus eſt, ut de ſingulis poſſit quis ſcire rationem. At PETRVS: Quis eſt, qui adſiduus ſit erga doctrinã, & ſtudioſe ſingula quæq; perquirat? niſi qui animam ſuam diligit ad ſalutem,& omnibus renũciat huius mundi negocijs, ut ſoli uerbo dei uacat, quem ſolum prudentem iudicat, uerus propheta, uenientem omnia quæ ſua ſunt,& ementem unam ueram margaritam,& intelligentem quæ ſit differentia à temporalibus ad æterna, paruis ad magna, hominibus ad deum. Intelligit enim quæ ſit æterna ſpes apud uerũ & bonum deũ: quis

Amußis ad quã prodigia exigere conuenit, an ex deo ſint.

Signa diaboli qualia.

Matth. 24.

X. paria totius mundi collata inter ſe.

Matth. 13.

A quis autem eſt,qui diligit deum niſi qui ſapientiam eius cognouit? quomodo autem quis agnoſcere poterit ſapientiã dei, niſi adſiduus ſit ad audiendũ uerbum eius? ex quo accidit,ut amorem eius concipiat,& digno eum honore ueneretur, hymnis & orationibus ad eum fuſis,& in his libentiſſime requieſcẽs, ſummumq; deputans detrimentum, ſiquando aliquid aliud,uel ad momentũ temporis loquatur,aut agat,quia reuera nec poteſt anima, quæ dei amore repleta eſt, aliud aliquid intueri,niſi quod ad deũ pertinet,nec ſatiari poteſt præ amore eius,ea quæ ipſi ſcit eſſe placita, meditãdo. Hi uero qui affectũ eius minime concepere,nec inluminatã charitatem eius gerunt mente, uelut in tenebris poſiti,lucem uidere non poſſunt. Et ideo etiam prius quàm incipiant requirere de deo,quaſi labore oppreſſi,ſtatim deficiunt,ac tædio repleti, continuo à propria conſuetudine rapiuntur ad ea uerba quibus delectantur. Nam de deo audire aliquid talibus tædioſum eſt & moleſtũ, p eo,ut dixi,quia mens eorũ nullam dulcedinem diuinæ charitatis accepit. Hæc PETRO dicente, dies exortus eſt,& ecce ueniens quidam ex diſcipulis Simonis clamabat, dicens. Obſecro te PETRE,ſuſcipe me miſerũ, à mago Simone deceptum, cui ego uelut cœleſti deo intendebam,pro his quæ ab eo fieri mirabilibus uidebam. Auditis tamen ſermonibus tuis,cœpit iam mihi homo uideri,& quidẽ malus. Veruntamen cum hinc exiret,ego eum ſubſequutus ſum ſolus: nõdũ enim ad liquidũ impietates eius agnoueram. Cum autẽ uidiſſet me ſubſequen
B tem,beatũ me dicens,perduxit ad domum ſuam: circa mediũ uero noctis ait ad me: Omniũ te hominũ faciam meliorem,ſi uolueris uſq; ad finem perſeuerare mecum, cui cũ promiſiſſem,exigit à me iuramentũ perſeuerantiæ,eoq; accepto,impoſuit ſuper humeros meos polluta quædam & execrabilia ſecreta ſua,ut portarem,& ſequi me iuſſit. Vbi uero uentũ eſt ad mare, nauigium quod forte aderat, ingreſſus,id à ceruicibus meis quod portare me iuſſerat, ſumpſit. Et paulo poſt egreſſus,nihil extulit,certũ quod in mare id iecerat: rogabat autem me,ut cum ipſo proficiſcerer, dicens ſe Romam petere,ibi enim in tantũ placiturum,ut deus putetur, & diuinis publice donetur honoribus. Tunc,inquit,te omnibus diuitijs repletũ, ſi huc redire placuerit, & pluribus fultum miniſterijs,mittã. Hæc ego audiens,& nihil in eo, ſecundũ hanc profeſſionem uidens,ſed magũ & deceptorem eſſe intelligens,reſpondi: Quæſo te ignoſce mihi,quia pedes doleo,& propterea exire à Cæſarea non ualeo,præterea eſt mihi uxor, ſunt paruuli liberi, quos relinquere omnino nõ poſſum. At ille hæc audiens,& ignauiæ meæ incuſans, profectus eſt cõtra Doram, dicens. Cum audieris quanta mihi gloria erit in urbe ROMA, pœnitebit te. Et poſt hæc ipſe quidem,ut aiebat, ROMAM petit, ego aũt confeſtim redij huc, orans,ut me ſuſcipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus ſum. Cum hæc dixiſſet is,qui à Simone regreſſus eſt, iuſſit eũ PETRVS in atrio reſidere. Procedens autem ipſe,& turbas plurimas uidens, multo plures quàm ſuperioribus diebus,ſtetit in loco ſolito,& oſtendens eum qui à Simone uenerat,ſermonem facere hoc modo cœpit. Iſte, fratres, quem oſtendo uobis, paulo ante ue

Nemo diligit deũ, niſi qui ſapientiã eius cognouerit.

Simon artis ſua myſteria in mare proiecit.

Simon Romã proficiſcitur.

C nit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuncians, quo modo ipsam scelerís
sui officinam proiecerit in profundū: non quasi pœnitentia ductus, sed metu-
ens, ne deprehensus publicis legibus subiaceret. Rogabat autem hunc, ut di-
cit, munera immensa pollicens, secum manere. Quem cū suadere minime po-
tuisset, tanquam ignauum increpans, dereliquit, ipse uero Romam petens.
Cūq; hæc PETRVS indicasset turbis, ipse qui regressus à Simone fuerat, pu-
blice stās, singula quæq; cœpit populo exponere, de sceleribus Simonis. Et cū
Mala præteri-ta boni consu-lenda. grauiter ferrent, de his quæ audiebant, per artes magicas gesta à Simone, ait
PETRVS: Nolite fratres grauiter ferre de his quæ transacta sunt, sed obser
uate de futuris: quæ enim transierunt, iam finita sunt, quæ uero imminent, peri
culosa sunt his qui incurrerint, scandala enim nunquam deerūt huic mundo,
donec permittitur inimico agere pro uoluntate sua, ut prudentes quiq;, & in-
tellegentes astutias eius, suscitatos sibi ab eo superent agones. Hi uero qui ne-
gligunt discere quæ ad salutem pertinent animæ suæ, iustis ab eo deceptio-
nibus capiantur. Quia ergo, ut ipsi audistis, SIMON egressus est, aures genti
lium qui ad salutem uocati sunt, præuenire, necesse est & me uestigia eius in-
sequi, ut si quid forte ab illo dissipatum fuerit, corrigatur à nobis. Sed quoniā
iustum est de uobis maiorem solicitudinē geri, qui iam intra muros uitæ con-
tinemini, quia quod adquisitum est, si pereat, damnum infert. Quod aūt non-
D dum, siquidem inueniri potuerit, lucrū est, si minus, hoc solū damni est, quod
lucrum factū non est. Vt ergo & uos magis ac magis in ueritate firmemini, &
gentes quæ ad salutem uocantur, non usq; quaq; possint nequitia Simonis
Zachæus ordi-natus epíscо-pus apud Cæsa-reā à Petro. præueniri: cogitaui Zachæum uobis ordinare pastorem, ego uero ipse tres
uobiscum permanere menses, & ita proficisci ad gentes, ne amplius moranti-
bus nobis, & sceleribus Simonis usq; quaq; grassantibus, insanabiles fiant.
Hæc illo dicēte: uniuersus populus fleuit, audiens quod profecturus esset. At
PETRVS compassus eis, etiam ipse lachrymas fudit, & in cœlū respiciens, ait:
Tibi deus qui cœlū terramq; fecisti, & omnia quæ in eis sunt, precem supplí-
cem fundimus, ut confugientes ad te in tribulatione sua soleris: propter affe-
ctum enim quem habent erga te, diligunt me, qui ueritatē tuam adnunciaui
eis, propter quod miserationis tuæ dextera custodi eos: nō enim Zachæus,
nec alius quisquam hominum custos esse eis idoneus potest. Hæc autē & his
Manuū impo-sitio. similia cum dixisset Petrus, manibus superpositis Zachæo, orauit ut inculpa-
biliter episcopatus sui seruaret officium. Post hæc duodecim presbyteros or-
dinauit, & diacones quattuor, & ait: Zachæum hunc uobis ordinaui episco
Quales debe-ant esse epíscо-pi. pum, sciens eum timorem dei habere, & eruditū esse in scripturis. Quem qua-
si CHRISTI locum seruantem, honorare debetis, obedientes ei ad salutem
uestram, & scientes, quod siue honor, siue iniuria, quæ ei defertur, ad CHRI-
STVM redundat, & à CHRISTO ad deum. Audite ergo eum adtentius, &
ab ipso suscipite doctrinam fidei: Monita autem uitæ à presbyteris, à diaco-
nibus uero ordinem disciplinæ. Viduarum religiosam curā gerite, pupillos
enixius iuuate: pauperibus misericordiam facite, iuuenes pudicitiam docete.
Et ut

Et ut breuiter totum dicam, alterutrum uos in quibus res poposcerit, susten-
tate. Deum colite qui creauit cœlum & terram, CHRISTO credite, inuicem
Compendium præceptorum Petri ad disci-pulos suos. diligite, misericordes estote ad omnes, non uerbo solo, sed & opere & rebus
implete charitatem. Et cū hæc atq; his similia præcepisset, pronūciauit ad po-
pulum, dicens: Quoniam tres menses statui facere uobiscum, si quis uestrum
desiderat, baptizetur, ut exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus
hæres bonorum cœlestium, ex gestis proprijs fiat. Accedat ergo qui uult ad
ZACHAEVM, & ipsi det nomen suum, atque ab eo mysteria audiat regni
cœlorum. Ieiunijs frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omni
bus probet, ut tribus his mensibus consummatis, in die festo possit bapti-
zari. Baptizabitur autem unusquisque uestrum in aquis perennibus, no-
mine trinæ beatitudinis inuocato super se, perunctus primo oleo per ora-
Oleo in baptis-mo usi sunt in primitiua eccle-sia. tionem sanctificato, ut ita demum per hæc consecratus, possit percipere de
sanctis. Et cum multa dixisset de ratione baptismi, dimissis turbis, ad soli-
tam se recepit mansionem: Ibiq; adstantibus sibi duodecim, id est: ZA-
CHAEO, & Sophonia, Iosepho, & Michæa: Eleāzaro, & Phinees: La-
zaro, & Helisæo: me CLEMENTE, & Nichodemo: Niceta, & Aqui-
la, hoc modo proloquutus est. Consideremus fratres quod iustum est: debe-
mus enim auxilium aliquod ferre gentibus, quæ ad salutem uocatæ sunt. Ipsi
audistis quod SIMON præcedere uolens iter nostrum profectus est, quem
B oportuerat & è uestigio insequi, ut sic ubi aliquos subuertere tentaret, con-
tinuo confutaretur à nobis. Sed quoniam iniustum mihi uidetur, ut derelí-
ctis his qui iam conuersi sunt ad deum, eorum qui adhuc longe sunt curam
præferamus, rectum puto, tribus mēsibus permanere me cū his, qui in hac ci-
uitate conuersi sunt ad fidem, & firmiores eos efficere: nec tamen illos, qui ad
huc longe sunt, penitus neglegere, ne forte si diu uenenis pessimæ doctrinæ
inficiantur, difficilius reuocentur. Et ideo uolo, si tamen etiam uobis iustum ui
detur, ut pro Zachæo, quem hic ordinauimus episcopum, subijciatur in nu-
mero Beniamin filius Saba, & pro CLEMENTE, quē decreui mecū semper
esse, quia ex gentibus ueniens, audiendi uerbi dei grande desideriū gerit, Ana-
nias filius Safra. Pro Niceta uero, & Aquila, qui nuper conuersi sunt ad fidem
CHRISTI, Rubelus Zachæi frater, & Zacharias structor. Istis ergo qua-
tuor pro his quatuor substitutis, expleri uolo duodecim numerum, ut me in
ipsis semper secū esse sentiat Simon. Sequestratis igitur me CLEMENTE, &
Niceta & Aquila, ad illos duodecim ait: Volo uos post diem crastinum pro-
ficisci ad gentes, & uestigia Simonis insequi, ut omnia quæ agit, manifesta mi-
hi faciatis, sed & propositum singulorum diligenter requirite, & me adfuturū
sine mora eis adnunciate, & ne multa uobis dicam, per omnia instruite genti-
les expectare aduentum meum. Cumq; hæc atque his similia dixisset, etiā uos,
inquit, fratres, si quid uobis ad hæc uidetur, dicite: ne forte non sit rectum qđ
mihi soli placet. Tum omnes una uoce conlaudantes eum. Rogamus magis,
aiebant, ut pro arbitrio tuo cuncta disponas, & quod tibi ipsi uidetur iubeas;

C hoc enim putamus esse opus integrum pietatis, si quæ tu iusseris, impleamus. Igitur statuto die cum stetissent ante PETRVM, ne arbitreris, aiūt: Petre, parum nobis indici mœrorem, quod fraudamur non audientes te per menses tres, sed quoniam hoc expedit agere quod tu iubes, obediemus promptissime, semper ergo uultum tuum in nostro corde retinētes, sicut iussisti, alacres proficiscimur. At ille oratione pro eis ad dominū fusa, emisit eos. Et cum profecti fuissent illi duodecim, qui præmissi sunt, PETRVS ingressus, ex more in loco disputationis stetit. Conuenerat autem populi multitudo, copiosior numerus quàm solebat, & omnes cum lachrymis intuebātur eum, pro eo, quod pridie ab eo audissent, profecturum se Simonis gratia. Sed & ipse lachrymantes eos uidens similia patiebatur, licet conaretur occultare, & inhibere lachrymas: prodebatur tamen ex tremore uocis, & interruptione sermonis, quod simili angeretur affectu. Veruntamen manu confricans frontem, æquo animo, inquit, estote fratres & misericordes animas uestras consilij ratione solamini, referentes omnia ad deum, cuius solius implenda, & omnibus præferenda uoluntas est. Nam si uerbi gratia ponamus, quod pro affectu quem erga uos gerimus, contra uoluntatem eius agentes, resideamus uobiscum, nunquid non potest missa in me morte, profectionem mihi à uobis inducere longiorē? Et ideo melius est, ut hanc breuiorem cum uoluntate ipsius impleamus, utpote quibus definitum est, in omnibus obedire deo, unde & uos debetis simili obedientia parere ei, quippe qui etiam me, non alia ex caussa, nisi pro ipsius amore diligatis. Vt ergo amici dei, uoluntati eius obtemperate, sed & uos ipsi probate quod iustum est. Nunquid nō impium uidebatur, si cum uos Simon deciperet, ego nō uenissem ad uos, detentus à fratribus qui erāt in Hierusalem, & quidem cum haberetis apud uos ZACHAEVM, uirum bonum, & insermone expeditum? Ita ergo & nunc impium iudicate, si cum exierit SIMON ad gētes impugnādas, quibus nullus omnino defensor est, ego nō subsequar, detētus à uobis. Propter quod obseruemus, ne forte affectu iniusto, uoluntatem maligni faciamus. Interim tribus, ut dixi, mensibus permanebo apud uos: estote adsidui ad audiendum uerbum. & consummatis his, si *qui possunt*, & uolunt sequi nos, permittitur eis salua pietate. Quod autem dico salua pietate, hoc est, ne quem discessu suo contristet qui contristari non debet, uel parentes relinquens, quos nō oportet, uel uxorem fidelem, uel si quæ sunt huiusmodi personæ, quibus propter deum deferri solatium conuenit. Interea per dies singulos disputans & docens, propositū tempus in doctrinæ labore com pleuit. Et cū aduenisset dies festus, super decem milia baptizati sunt. In illis autem diebus epistola mittitur à fratribus qui præcesserant, in qua Simonis scelera continebantur, quomodo per ciuitates deciperet turbas, & Petrum per singula laceraret, ut cum forte aduenisset, nullus ei adcommodaret auditum, Adserebat enim eum magum esse, & sine deo, iuiuriosum, callidum, imperitū, & impossibilia profitentem. Mortuos enim resurrecturos adserit, quod est, inquit, impossibile. Si qui uero eum cōfutare uelit, occultis ab eo insidijs perimitur

XII. discipuli Petri mittūtur ad prædicādū.

Christiani debent omnia referre ad deum.

Nō facile relinquendi sunt parentes aut uxores Euangelij prætextu.

Plusquàm X. M. sunt baptizati uno die.

A mitur per satellites eius, propter quod, inquit, & ego cum eum superassem, & triumphassem, insidias eius ueritus, fugi, ne forte maleficijs me perimeret, aut mortem meam per insidias elocaret, indicabāt autem maxime eum apud Tripolim demorari. Igitur PETRVS, epistolam recitari populo iubet, & post lectionem adloquutus eos, de omnibus plenissime instruxit. Præcipue tamen ut obedirent Zachæo, quem eis ordinauit episcopum. Sed & presbyteros & diaconos populo, & ipsis nihilominus populum commendauit, simulq; denuncians, quod apud Tripolim hyematurus esset. Cōmendo uos, inquit, gratiæ dei, crastino cum uoluntate domini profecturus: per totos aūt tres menses quos apud Cæsareā doctrinæ caussa exegimus, quæcūq; apud populū disserebat per diem, hæc nobis secreto lucubrantibus secum, plenius & perfectius explanabat, tanquam fidelioribus, ac sibi liquido probatis. Simul & imperat mihi, quia intellexit me studiosius quæ audirē memoria cōmendare, libris singula quæq; quæ memoratu digna uidebantur, cōprehendere, & mittere ad te mi domine Iacobe, sicut & feci parens eius præceptis. Primus ergo liber ex his quos prius misi ad te, continet de uerbo Prophetæ, & de proprietate intelligentiæ legis, secundum id quod Moysei traditio docet. Secundus de principio continet, utrum unum sit principium, an multa, & quod nō ignoret Hebræorum lex, quid sit immensitas. Tertius de deo, & his quæ ab eo instituta

B sunt. Quartus, quod cum multi dicantur dij, unus sit uerus deus secundū testimonia scripturarum. Quintus, quod duo sint cœli, quorū unum sit istud uisibile firmamentum, quod & transibit, aliud uero æternum & inuisibile. Sextus de bono & malo, & quod bono cuncta subijciantur à patre, malum aūt quare, & quomodo, & unde sit, & quod coöperetur quidem bono, sed non proposito bono, & quæ sint signa boni, quæ uero mali, & quæ sit differētia dualitatis & coniugationis. Septimus, quæ sint quæ prosequuti sunt duodecim apostoli apud populum in templo. Octauus de uerbis domini quæ sibi uidētur esse contraria, sed non sunt, & quæ sit horum absolutio. Nonus, quia lex à deo posita est, iusta sit, & perfecta, & quæ sola possit facere pacem. Decimus de natiuitate hominū carnaliū, & de generatione quæ est per baptismū, & quæ sit in homine carnalis seminis successio, & quæ animæ eius ratio, & quomodo in ipsa est libertas arbitrij, quæ quoniam nō est ingenita, sed facta est, immobilis à bono esse non poterat. De his ergo singulis quæ apud Cæsareā dissertа sunt à Petro, iubente, ut dixi, ipso, decem cōscripta ad te trāsmisi uolumina. Nos autem die postera, ut statutum fuerat, cum aliquantis qui Petrū sequi decreuerant fidelibus uiris, à Cæsarea proficiscimur.

Negociū scribendi à Petro Clementi iungitur.

LIBRI RECOGNITIONVM.

LIBRI TERTII FINIS.

RECOGNITIONVM

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER QVARTVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

C Dora.

PROFECTI à Cæsarea, ut Tripolim pergeremus, apud Dorã breue oppidũ, primã fecimus mansionem, quia nec longe aberat. Et omnes penè, qui per sermonem PETRI crediderant, diuelli ab eo satis ægre habebant, sed pariter incedentes, dum iterũ uidere, iterum complecti iuuat, iterum conferre sermonem, ad diuersorium peruenimus. Sequenti uero die uenimus Ptholomaidam, ubi decem dies demorati. Cum aliquanti uerbum dei recepissent, nonnulli eorum qui adtentiores uidebantur, & diutius detinere nos doctrinæ gratia cupiebãt, Tripolim, si hoc uelint, ut sequerẽtur indicauimus. Similiter & apud Tyrum ac Sydonam & Berythum fecimus, & his qui plenius desiderabant audire sermonem, apud Tripolim nobis hyemandum denũciauimus. Igitur cum ex singulis ciuitatibus studiose quicq; comitarentur PETRVM, electorũ multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuo autẽ ante portas ciuitatis fratres, qui præmissi fuerant, occurrunt, & suscipientes nos abducunt per hospitia quæ præparauerant. Commotio autem & concursus pluri mus fiebat in ciuitate, desiderantium uidere PETRVM. Et cũ uenissemus ad domum MARONIS, in qua Petro fuerat præparatũ, conuersus ad turbas, post diem crastinum sermonem se ad eos promisit facturum. Igitur qui præmissi fuerant fratres, omnibus qui nobiscum uenerant hospitia diuidunt. PETRVS uero Maronis domum ingressus, cum rogaretur cibum sumere, nequaquam se facturum respondit, nisi prius scisset, si omnes qui eum fuerant comitati, hospitijs requiescerent. Comperit autem à fratribus qui præmissi sunt, quia à ciuibus, pro desiderio quod erga Petrum conceperant, non solum hospitijs, sed & omni humanitate susceptí sint, in tantum, ut & contristarentur aliquanti, quibus defuere quos susciperent. Ita enim omnes paratos fuisse, ut si multo plures uenissent, adhuc tamen susciendos magis quàm susciptentes fuisse defuturos. Super his PETRVS ualde delectatus, conlaudauit, & benedixit eos, ac secum manere iussit. Ipse uero cum lauisset in mari, cibo sumpto, quieuit in uespera. Et ex more, pullorum cantibus surgens, uespertino adhuc lumine perdurante, cunctos inuenit uigilantes, eramus aũt omnes cum eo sedecim, Petrus & ego Clemẽs, Niceta & Aquila, & illi qui præcesserant duodecim

D Maro.

Ptholomais.

Tripolis. Tyrus. Sydon. Berythus.

Petrus non cæpit cibũ priusquã cognouisset fratribus esse hospitijs prospectum.

decim, salutans itaq;, ut solebat PETRVS ait: Hodie quia alijs occupati non sumus, nobis simus. Et ego quidem uobis, quæ apud Cæsareã, post digressum uestrum gesta sunt, enarrabo. Vos autem mihi quæ hic à Simone perpetrata sunt, indicate. Et cum de his ab alterutro sermo cederetur, inlucescente die, ingressi quidam de familiaribus, nunciant Petro, quod Simon ubi eum didicisset ingressum, per noctem profectus esset, Syriam tendens. Turbæ autem diem hanc, inquiunt, quam interposuisti eis, desiderio tui longissimum sibi esse tempus opinantur, denicq; non ferentes stant ante ianuam, inter se inuicem de his quæ audire cupiunt, conferentes, & te ante præfinitum tempus omnimodis se uisuros sperant, quantoc̃q; magis dies clarescit, multitudines colliguntur, & audituros se sermonem tuum, nescio unde præsumentes, certissime confidunt. Nunc ergo quod tibi uidetur, iube ut dicamus eis, absurdum nanq; est tantam multitudinem conuenisse, & discedere cũ mœstitia, quippe si responsa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt, quod ipsi statutũ non expectauerint diem, sed quod à te magis uideantur esse contempti. Tum PETRVS admirans, ait: Videtis fratres, quomodo unusquisq; sermo domini propheticè dictus, impletur. Memini enim dixisse eum: messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut eiciat operarios in messem suam. Ecce ergo nunc quæ in mysterio prædicta sunt, adimplẽtur. Sed & quod dixit, multi uenient ab oriente, & occidente, à septentrione, & meridie, & recumbent in sinibus Abraham, & Isaac, & Iacob, etiam hoc pariter, ut uidetis, expletur. Propter quod deprecor uos conseruos, & adiutores meos, ut disca tis adtentius prædicandi ordinem, & absolutionum uias, ut possitis saluare animas hominum, quæ occulta dei uirtute, quẽ debeant diligere, prius etiã quàm doceantur, agnoscunt. Videtis enim eos, quasi bonos seruos, desiderare eum quem sibi sperant aduentum sui domini nunciare, ut possint uoluntatem eius, cum didicerint, implere. Desiderium ergo audiendi uerbi dei, & uoluntatem eius quærendi, ex deo habent: & hoc est initium doni dei quod gentibus datur, ut possint per hoc doctrinam recipere ueritatis. Sic enim & Hebræorum populo ex initio datũ est, ut diligerent Moysen, & crederẽt uerbo eius. Quod ergo fuit proprij muneris à deo erga Hæbræorũ gentem, hoc nũc uidemus dari etiam his qui ex gentibus conuocantur ad fidem. Operum uero ratio, potestati & arbitrio uniuscuiusq; permittitur, & hoc ipsorũ est proprium, hoc à patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est, ut uoluntatem eius, cuius amorem & desiderium, deo largiente, cõceperis, facias. Ne dicatur ad te ille sermo eius quem dixit. Quid autem dicitis mihi domine domine, & non facitis quæ dico? Est ergo proprij muneris à deo cõcessi Hebræis, ut Moysi credãt, Gentibus autem, ut IESVM diligant. Hoc enim indicabat & magister, ubi ait: Cõfiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia occultasti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, per quod uticq; declaratur, quia Hebræorum populus qui ex lege eruditus est, ignorauit eum. Populus autem gentiũ agnouit IESVM & ueneratur, propter quod & saluabitur, nõ solum agno-

Simon reformidans Petri conspectum dilabitur in Syriam.

Matth. 9.

Matth. 8.

Proprium Hebræorum munus factum est & gentibus cõmune.

Matth. 7.

Matth. 11.

C scens eum,sed & uoluntatem eius faciens.Debet autem is qui ex gentibus est,
Saluantur non qui agnouerint deũ,sed qui uoluntatem eius fecerint. & ex deo habet, ut diligat IESVM, proprij habere propositi, ut credat &
Moysi.Et rursus Hebræus qui ex deo habet, ut credat Moysi, habere debet,
& ex proposito suo,ut credat in IESVM, ut unusquisque eorum habens in se
aliud diuini muneris,aliud propriæ industriæ,sit ex utroq; perfectus. De tali
Matth. 13. enim dicebat dominus noster uiro diuite,qui profert de thesauris noua & ue
tera. Sed de his satis dictum: urget enim tempus, & populi religiosa deuotio
inuitat nos, ad ipsos facere sermonem. Et cum hæc dixisset, requirebat ubi
opportunus esset locus ad disputãdum.Et MARO ait: Est mihi ædes amplis-
sima, quæ plus quàm quingentos recipiat uiros, est & hortus intra domum,
aut si in publico aliquo placet loco, hoc magis omnes desiderant, nemo enim
est, qui non cupiat uel faciem tuam uidere tantũ. Et PETRVS: Ostende mi-
hi, inquit,ædem uel hortum. Et cum uidisset ædem ingrediebatur,ut & hor-
tum perspiceret,& subito omnis multitudo,quasi ab aliquo euocata, cum fe-
Concurrit populus ad Petrũ nullo uocante. stinatione ingressa est domum,atq; inde ad hortum prorupit, ubi iam stabat
Petrus, considerans quis esset aptus ad disputandũ locus. Vt autem uidit tur-
bas uelut ingẽtis fluuij inundasse lenem meatũ,ascendens supra basim quan-
dam,quæ forte iuxta horti parietem stabat, primo,religionis more,populum
salutauit, quidam autem ex his qui aderant, & multo tempore à dæmonibus
fuerant fatigati,in terrã proruunt, obsecrantibus spiritibus immũdis,ut uel
D uno die indulgeretur eis in obsessis corporibus permanere,quos PETRVS
increpãs,iussit abscedere,& sine mora discesserũt. Post hos alij longis afflicti
languoribus, rogabant Petrum,ut reciperent sanitatem, pro quibus se suppli
caturum domino pollicetur, cum prius sermo doctrinæ fuisset expletus. Sed
statim ut promisit,languoribus resoluti sunt, & iussit eos seorsim residere cũ
his qui à dæmonibus fuerant curati. quasi post laboris fatigationem. Interea
dum hæc aguntur, plurima multitudo conuenit, quos non solum desiderium
Petri,sed & sanitatũ,quæ perpetratæ fuerãt,fama pertraxerat. At PETRVS
manu quiescere populum docens,& turbas in tranquillitate componens, hoc
Oratio Petri. modo fecit exordium. Incipienti de uero dei cultu facere sermonem, necessa-
rium mihi uidetur,eos qui nondum de hoc aliquid scientiæ consequuti sunt,
Principiũ Christianismi est, credere prouidentiã diuinã, eamq; inculpabilem. primo omnium docere,per omnia inculpabilem ponẽdam esse diuinam pro-
uidentiam,per quam mundus regitur & gubernatur. Hunc autem nobis ex-
ordij titulum dedit præsentis operis ratio,& eorum quos dei uirtus sanauit oc
casio, ut ostendamus quod recta ratione quamplurimi à diuersis dæmonibus
obtinentur,ut per hoc appareat iustitia dei. Inuenietur enim omniũ penè ma
Ignorãtia mater malorum omnium. lorum mater esse IGNORANTIA,sed iam ueniamus ad causam. Deus cum
fecisset hominem ad imãginem & similitudinem suam, operi suo spiramen
quoddam, & odorem suæ diuinitatis inseruit,ut per hoc participes facti mor
tales unigeniti eius,per ipsum etiã amici dei & filij adoptionis existerent,unde
& qua uia id possint adipisci,ipse eos, ut propheta uerus, edocuit, sciens qui-
bus actibus hominum delectaretur pater. Vnus itaq; apud homines tunc dei
cultus

A cultus erat, MENS PVRA ET SPIRITVS INCORRVPTVS. Et ob
Præcipuus cultus dei consistit in mente pura. hoc,omnis creatura humano generi fœdus inuiolabile conseruabat. Ob re-
uerentiam nanq; creatoris,nulla ægritudo in eos,nullũ uicium corporis,nul-
la ciborum dominata corruptio est,ex quo fiebat,ut mille annorũ ætas in fra-
gilitatem non incideret senectutis. Sed ubi uita laboris expers,bonorum per-
seuerantiam non putauit diuina largitione,sed rerum forte concessam, & sine
ullo sudore diuinæ amœnitatis delicijs perfrui, naturæ debitum,& non dei
bonitatis munus accepit,in contrarias per hæc homines & impias cogitatio-
nes, ocio docente,perueniunt, putantes deorum sibi uitam,nullis laboribus,
nullisq; meritis natã. Hinc proficiunt in deterius,ut neq; prouidẽtia dei mun
dum regi crederent,neq; uirtutibus esse aliquem locum, quandoquidem se-
metipsos scirent,nullis prius bonis operibus adsignatis,ocij ac deliciarũ sum-
mam tenere,& amicos dei absq; ullis laboribus haberi. Iustissimo itaque dei
Adflictiones dantur aliquando pro remedio. iudicio,in huiusmodi cogitationum uanitate languẽtibus,labores & adflictio-
nes pro remedio conferuntur. Vbi ergo adfuit labor ac tribulatio, deliciarũ
& amœnitatis excluſi sunt loco. Terra autem cœpit nihil eis sine labore pro-
ducere,& tunc conuersa in hominibus cogitatio,creatoris sui requirere com-
monetur auxiliũ, & orationibus ac uotis præsidia inuitare diuina. Et ita factũ
est, ut cultum dei quem pro bonis neglexerant,recuperarent pro malis,& co
gitationes in deum,quas peruerterat indulgentia,emendaret adflictio. Sic er-
go diuina prouidentia hoc esse utilius hominibus uidens,uias benignitatis &
B habundantiæ,tanquam quæ læderent,subtrahit ab hominibus,& uexationis
iter ac tribulationis inducit. Sed ut ostenderet,quia hæc pro ingratis agerẽ-
tur,unum quendam ex illis,qui primitus cœperant esse mortales,quod eum
gratiæ suæ non immemorem uidit,& quia sperauit inuocare nomen domini,
Enoch. ad immortales transtulit. Cæteris,qui in tantum ingrati extitere,ut nec labo-
ribus & tribulationibus emendari & corrigi possint, grauissima morte da-
mnatis. Inuenit tamen & inter ipsos unũ quendam cũ domo sua iustum, quẽ
Noë. reseruaret, præcepto ei dato, ut fabricaret arcam,& in ea,cum diluuio cuncta
necarẽtur,ipse cum his quibus præceptum fuerat, posset euadere, quo impijs
inundatione aquarum peremptis,purificationem mundus acciperet,& is qui
ad prosperitatem generis fuerat reseruatus,per aquam mundus effectus, mun
dum denuo repareret. Sed his omnibus gestis, rursus homines ad impietatẽ
uertuntur, & propter hoc à deo ponitur lex quæ uiuẽdi modum doceret,sed
Lex uiuendi à deo data post diluuium. processu temporis,dei quidem cultus & iustitia,ab infidelibus & impijs cor-
rumpitur,sicut paulo post apertius ostendemus. Peruersæ autem & erraticæ
religiones introducuntur,quibus se plurima pars hominum per occasionem
feriarum,& solennitatum dederunt. Potus instaurantes, & conuiuia, tibiasq;
ac fistulas,& citharas,ac diuersa genera musicorum sectãtes,& semetipsos per
omnia temulentiæ,ac luxuriæ propinantes. Hinc omnis error accepit origi-
Festi dies Ethnicorum. nem,hinc lucos,& aras,hinc coronas & uictimas reperere,& post ebrieta-
tem,quasi limphaticis motibus agi,ex hoc iam potestas dæmonijs data,ingre-

C diendi huiuſcemodi mentes, ut choros ducere inſanos,& Bacho furere uide-
rentur,hinc fremere dentibus,& mugire de profundis uiſceribus inuentum,
Bachi numen. hinc terribilis uultus,& ferus in hominibus aſpectus, ut is quem temulentia
ſubuerterat,ac dæmon inſtigauerat,numine repletus à deceptis & errãtibus
crederetur. Vnde cum tam multæ in hunc mundum falſæ & erraticæ reli-
giones eſſent introductæ,miſſi ſumus nos,deferentes uobis tanquam boni ne-
Apoſtoli tanquam boni negociatores uerum deicultum nobis deferũt. gociatores,à patribus traditum & conſeruatum ueri dei cultum, cuius quaſi
ſemina quædam uobis hæc uerba reſpergimus,&in ueſtro iudicio ponimus
quod rectum uidetur eligere. Si enim recipiatis quæ noſtra ſunt, non ſolũ ipſi
incurſiones dæmonis effugere, ſed & ex alijs eas effugare poteritis, ſimul &
æternorum bonorum premia conſequemini. Qui autem contempſerint reci
pere quæ dicuntur à nobis, in præſenti quidem uita diuerſis dæmonibus &
ægritudinum uicijs ſubiacebũt: poſt exceſſum autem corporis, etiam animæ
Deus non ſolũ bonus ſed & iuſtus eſt. eorum cruciabuntur in perpetuum. Deus enim non ſolum bonus, ſed & iu-
ſtus eſt, nam ſi ſemper bonus ſit & nunquam iuſtus, ut reddat unicuicp̃ pro ge
ſtis ſuis, bonũ inuenietur iniuſtum. Iniuſtum nanque eſt, ſi ita apud eum ha-
beatur impius, ſicut & pius. Igitur dæmones, ſicut paulo ante diximus, cũ oc-
caſionibus acceptis, ingerere ſe potuerunt per malos & turpes actus corpori-
bus hominum, ſi multo tempore permaneant in eis per negligentiam ipſorũ,
quia animæ ſuæ quod eſt utile, non requirunt, neceſſario cogunt eos habitan
tium in ſe dæmonum de reliquo facere uoluntates. Quod autem eſt omnium
D deterius, in conſummatione ſeculi, cum dæmon ille igni tradetur æterno, ne
ceſſario & anima quæ ei paruit, cum ipſo æternis ignibus cruciabitur, unà cũ
corpore ſuo quod polluit. Dæmones autem habere deſiderium immergendi
Quamobrem dæmones gaudeant immergi humanis corporibus. ſe corporibus hominum hæc cauſſa eſt. Spiritus ſunt habentes propoſitũ con
uerſum ad malitiam, per cibos ergo & potus immoderatos, ac libidinem per-
urgent homines ad peccatum: eos tamen qui peccandi propoſitum gerũt, qui
dum uidẽtur neceſſaria naturæ uelle complere, non tenentes modum per ni-
mietatem, ingrediendi in ſemetipſos dæmonibus faciunt locũ. Donec autem
naturæ menſura ſeruatur, & modus legitimus cuſtoditur, dei clementia ingre
diendi in homines non eis tribuit facultatem. Vbi uero aut mens ad impietatẽ
declinauerit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus adimplebitur, tanquam
uoluntate & propoſito eorum qui ſe ita negligũt, inuitati, quaſi aduerſum eos
qui à deo poſitam legem ſoluerint, accipiunt facultatem. Videtis ergo quantũ
ualeat agnitio dei, & diuinæ religionis obſeruantia, quæ non ſolum defendit
credentes ab incurſionibus dæmonij, uerum & imperare eos facit his qui cæ
teris dominantur. Et ideo neceſſarium uobis eſt qui eſtis ex gentibus, confuge
re ad deum, & obſeruare uos ab omni immũditia, ut expulſis dæmonibus, dei
habitatio fiat in uobis. Simul & orationibus commendate uos deo, & interpel
late eum aduerſum impudentiam dæmonum: credentes enim, quæcũcp̃ petie
Matth. 21. ritis, accipietis. Sed & ipſi dæmones quanto uiderint fidẽ creſcere in homine,
tanto ab eo refugiunt, in ea ſolum parte reſidentes, in qua adhuc aliquid infi-
delita-

A delitatis reſederit: ab his uero qui plena fide credunt, abſcp̃ ulla remoratione
diſcedũt. Anima enim cum uenerit ad fidem dei, cœleſtis aquæ uirtutem cõ
ſequitur, per quam dæmonem tanquam ſcintillam ignis extinguat. Eſt ergo ſi *Fides dæmones fugat.*
dei menſura, quæ ſi integra ſit, ex integro de anima dæmonem fugat: ſi uero
minus aliquid habeat, reſidet adhuc aliquid de portione dæmonis in portio-
ne infidelitatis,& eſt plurimus labor, ut intelligat anima, quando, aut qualiter,
ſi plene, aut minus plene ex ſe fugatus ſit dæmon. Si enim in aliqua parte reſe-
derit, cum tempus inueniet, cogitationes ſubijcit cordibus hominum,& illi ne-
ſcientes unde hæc ueniãt, ſuggeſtionibus dæmonũ, quaſi animæ ſuæ ſenſibus
credunt: ſuggerunt ergo alijs, occaſione corporeæ neceſſitatis delicias ſequi,
aliorũ iracundiam excuſant per abundantiam fellis, aliorum inſaniam nigri *Vicia in naturam aliquando conferimus.*
fellis uehementia colorant, ſed & ſtultitiam quorundã pro multitudine phle-
gmatis extenuant. Quod & ſi ita eſſet, tamẽ hæc ſingula moleſta corpori eſſe
non poſſent, niſi ex ciborum potuũcp̃ nimietate, qui cũ iuſto amplius ſumun-
tur, abundantia eorum quam decoquere naturalis non ſufficit calor, crude-
ſcit in uenenum quoddam, idcp̃ uiſceribus ueniſcp̃ omnibus ſentinæ in modũ
redundans, motus corporis inſanos reddit & turpes. Propter quod in omni-
bus eſt obtinẽda parſimonia, ut necp̃ dæmonibus locus detur, necp̃ anima ab
eis obſeſſa, unà cum ipſis tradatur æternis ignibus crucianda. Eſt & alius error
dæmonum, quem ſubijciunt ſenſibus hominum, ut putent ſe ab his qui dicun
B tur dij, perpeti quæ patiũtur, quo per hæc, ſacrificia offerẽtes & munera, quaſi
repropitiantes eos, cultum falſæ religionis adfirment, nos uero refugiant qui
pro ſalute eorum ſatagimus, ut ab errore liberentur: ſed hoc, ut dixi, faciunt,
ignorantes quod dæmones iſta ſibi ſuggerãt ne ſaluẽtur. Eſt ergo in poteſtate
uniuſcuiuſque, quia liberi arbitrij factus eſt homo, utrum nobis uelit audire ad
uitam, an dæmonibus ad interitum. Alijs etiã dæmones in uiſu per diuerſas
imagines apparentes, interdum minas intendunt, interdum ſanitates incom-
moditatibus pollicẽtur ut his quos decipiunt, deorum nihilominus de ſe inſe-
rant opinionem,& quod ſint dæmones ignoretur. Sed nos nõ latent, ſcientes
myſterium creaturæ,& quam ob cauſſam dæmonibus hæc agere in præſenti
ſeculo permittatur, ut uel transformari eis liceat in quas uolunt imagines, uel *Dæmonũ præſtigiæ.*
ſuggerere prauas cogitationes, uel inſerere ſe per cibos & potũ ſibi conſecra-
tũ mẽtibus uel corporibus eorũ, qui ex eo ſumpſerint, uel ad idoli alicuius ue
nerationem ſomnia uana cõfingere. Et tamen quis ita ſine ſenſu inuenitur, cui
perſuaderi debeat, ut idolum colat, ſiue illud ex auro, ſiue ex quolibet metallo
factum ſit, cui non palàm eſt id eſſe illud metallum quod artifex uoluit? Quo-
modo ergo ineſſe ibi diuinitas putanda eſt, quod ſi noluiſſet artifex, omnino
non eſſet? aut quomodo inde futura ſibi adnunciari ſperant, ubi nec præſen-
tium aliquis intellectus eſt? Quamuis etiamſi aliquid diuinarent, non cõtinuo
dij haberi poſſint: quia aliud eſt diuinatio, aliud diuinitas. Nam & Phytones
diuinare uidentur, & non cõtinuo dij ſunt, denique à Chriſtianis hominibus *Phytones diuinatorij ſpiritus*
effugantur, & quomodo deus eſt, qui fugatur ab homine? Sed dicis fortaſſe,

C quid quod sanitates efficiunt,& quomodo quis curetur ostendunt? Hac ra-
tione colendi sunt etiam medici ut dñ,multos enim sanant, & quanto quis pe-
ritior fuerit,tanto plures sanabit. Vnde constat, istos cum sint dæmonici spiri-
Dæmones multo citius aliqua intelligunt q̃ homines. tus, & multo citius scire aliqua,& multo perfectius: non enim ad discendum
tarditate corporis degrauantur. Et ideo quæ medici longo tempore,& labo-
re plurimo adsequuntur, hæc illi,tanquam spiritus,absq; mora ulla, & absq;
difficultate cognoscunt. Non ergo mirũ est,si plus aliquid quàm homines sci-
unt,sed hoc intuendum est,quod ea quæ sciunt,non ad salutẽ,sed ad deceptio-
nem proferũt animarum,ut per hæc eas cultum falsæ religionis edoceant. Sed
deus,ne tantæ deceptionis error lateret,& errãtibus ipse causſa uideretur exi-
stere,qui tantum eis licere permisit,ut per diuinationes,& per curationes,per
somnia decipere homines possint,clementiæ suæ remedium prouidit homi-
nibus,& distinctionem falsi uericq; scire cupientibus,in propatulo posuit. Est
Verum à falso quomodo discernatur. ergo ista distinctio ,quod à uero deo dicitur, siue per prophetas, siue per uir-
siones diuersas,semper uerũ est. Quod aũt à dæmonibus prædicitur,nõ sem-
per uerũ est. Est ergo euidẽtis indicij,non à uero deo dici ea in quibus aliquan
do mendaciũ est , in ueritate enim nunquam mendaciũ est: in his aũt qui men
tiuntur,potest aliquãdo & ueritatis aliquid admisceri,per quod mendacia cõ
diantur. Quod si dicat aliquis: quid enim opus erat hoc ipsum,ut eis permit-
teretur,uel aliquando uerum dicere,& per hoc tantũ errorem mortalibus in-
troduci? Audi ad hæc: si eis nunquã fuisset indultũ ueri aliquid dicere, omni-
D no nec prædicerent aliquid,non prædicentes autem,nec quod essent dæmo-
nes,cognoscerent. Quod si ignorarẽtur esse dæmones in hoc mundo,agonis
nostri & certaminis nos causſa latuissent,& pateremur palàm,quæ geruntur
in occulto: quippe si agendi tantũ aduersum nos,& nihil loquendi facultas eis
cõcessa uideretur. Nunc aũt ubi aliquando uera, aliquando falsa dicũtur, de-
bemus agnoscere,ut superius dixi,dæmonum,& non dei esse responsa,apud
quẽ mendaciũ nunquam est. Quod si curiosius quis progrediens dicat. Quid
eñ opus erat huiusmodi mala à deo fieri,quibus ad subuertendas mentes hu-
manas tanta esset intẽtio? Hæc opponenti respõdebimus,requirendũ esse pri-
mo omnium,si est aliquid in substãtia malum. Et quamuis sufficeret dicere ad
eum,quia non est conueniens, ut creatura iudicet creatorem,sed illius est iu-
Iniquũ est creatorem à creatura iudicari. Rom. 9. dicare opus alienum,qui aut similis artificij,aut similis potentiæ est, tamen cir
cuitionibus utamur,absolute dicimus in substantia nihil esse mali. Quod si ita
est,substantiarum conditor frustra culpatur. Sed occurres mihi & dices: Etiãsi
ex arbitrij libertate in hoc uentum est,nunquid ignorabat ille qui creabat eos,
quod in malum declinaturi essent quos creabat? oportuit ergo nec creari eos,
quos deuiaturos ab itinere iustitiæ præuidebat. Audiãt ad hæc qui ita propo-
nũt,qđ huiuscemodi adsertionibus illud uolũt ostendere,cur nõ malitia eorũ
qui nondũ erant, bonitatem uicerit creatoris. Si eñ uolẽs implere numerũ &
mensurã creationis suæ,extimuisset eorũ qui futuri erãt malitiam,& quasi qui
aliã nullã inuenire uiam remedij ac medicinæ potuisset, nisi hoc solũ ut retra-
heret

A heret se à proposito creandi,ne sibi adscriberetur malitia eorũ qui futuri erãt.
Quid aliud per hæc doceretur,nisi indigna passio,& indecora fragilitas cõdi-
toris? quia ita pertimuit eorũ actus qui nondũ erant,ut à proposita conditione
cessaret. Sed his procul amotis,illud animo contemplemur,quia deus uniuer
sitatis conditor, cõditionis suæ futuras differentias præuidens,unicuiq; crea-
turæ secũdũ proprios motus,quos ex arbitrij libertate proferebat, prospexit,
& præuidit diuersos ordines, atq; officia differẽtia,& cũ unius essent substan-
tiæ omnes secundũ creaturæ rationẽ,esset tamẽ diuersitas in ordinibus & offi-
cijs secundum proprios animorum motus, ex arbitrij libertate proferendos.
Præuidebat ergo futuras in creaturis culpas,& iustitiæ eius ratio poscebat,ut
emendationis causſa culpas pœna sequeretur. Oportuit ergo esse & pœnarũ
ministros,quos tantũ libertas arbitrij in hunc ordinem traheret, præter hæc Dæmones ministri pœnarũ.
autẽ & debuerunt habere quos uincerent hi,qui agones susceperant,cœlestiũ
præmiorum. Si ergo nec ea quæ putantur mala,uacant ab utilitate,dum uicti
his à quibus uincũtur,licet inuiti, præmia æterna conquirunt. Sed de his ista
sufficiant, processu enim temporis etiã secretiora pandentur. Nũc ergo quo-
niam nondũ intelligitis quanta uos ignorantiæ caligo circũstet, interim uobis
uolo exponere,unde colendi idola exordium mundo huic datũ sit. Idola autẽ IDOLA.
dico exanima simulacra quæ colitis,siue lignea,siue fictilia,siue lapidea,uel æ-
rea,uel ex quibuscũq; alijs sumpta sunt metallis, horum ergo initium tale est.
B Angeli quidã,relicto proprij ordinis cursu, hominũ fauere uicijs cœpere, &
libidini eorũ quodãmodo indignũ præbere ministeriũ,quo illorũ opera, suis
magis uoluptatibus morẽ gererent, quicq; ne sponte inclinati uiderent ad indi
gna ministeria,docuerũt homines,quod dæmones artibus quibusdam obe- Magicæ illusiones unde natæ.
dire mortalibus, id est magicis inuocationibus,possent, ac uelut ex fornace
quadã & officina malitiæ totum mundũ,subtracto pietatis lumine, impietatis
fumo repleuerũt. Pro his & alijs nonnullis causſis diluuiũ mundo introductũ
est, sicut iam in alijs dictũ est & dicemus: & omnes qui erant super terras,de-
leti sunt,excepta Noë familia,qui cum tribus filijs,eorũq; uxoribus superfuit,
ex quibus unus Cham nomine, quidam ex filijs suis, qui Mesraim appella- Non multo secus Berosus scribit.
batur,à quo Aegyptiorũ & Babyloniorum & Persarũ ducitur genus,male cõ
pertam magicæ artis tradidit disciplinam, hunc gentes quæ tunc erant Zo-
roãstren appellauerũt,admirantes primũ magicæ artis autorẽ,cuius nomine Zoroãstris libri demagia.
etiã libri super hoc plurimi habentur. Hic ergo astris multũ ac frequẽter intẽtus,
& uolens apud homines uideri deus,uelut scintillas quasdã ex stellis produce-
re,& hominibus ostentare cœpit. Quo rudes atq; ignari,in stuporẽ miraculi
traherentur,cupiẽsq; augere de se huiusmodi opinionẽ, sæpius ista molieba-
tur,usquequo ab ipso dæmone,quem importunius frequentabat,igni succen
sus concremaretur. Sed stulti homines qui tunc erant, cum debuissent utique
opinionem, quam de eo conceperant abijcere, quippe quam pœnali morte
eius uiderant confutatam, in maius eum extollunt. Extructo enim sepulchro Zoroãstres fulmine ictus, interijt.
ad honorem eius,tanquã amicũ dei, ac fulminis ad cœlũ uehiculo subleuatũ,

C adorare ausi sunt,& quasi uiuens astrum colere. Hinc em̃ & nomẽ post mortẽ eius Zoroaster, hoc est uiuũ sydus appellatũ est, ab his qui post unã generationẽ Græcæ linguæ loquela fuerãt repleti. Hoc denicꝫ exemplo, etiam nunc multi eos qui fulmine obierint, sepulchris honoratos tanquam amicos dei colunt. Hic ergo, cum quartadecima generatione cœpisset, quintadecima defunctus est, in qua turris ædificata est, & linguæ hominum multipliciter diuisæ sunt. Inter quos primus magica nihilominus arte quasi coruſco ad eum delato, rex appellatur quidam Nembroth, quẽ & ipsum Græci Ninum uocauerunt. Ex cuius nomine Niniue ciuitas uocabulum sumpsit. Sic ergo diuersæ & erraticæ superstitiones ab arte magica initium sumpsere. Etenim quoniã difficile erat humanum genus ab amore dei abstrahi, & absurda atque exanima simulacra deduci, idcirco excelsioribus usi sunt magi molitionibus, ut astrorum signis ac motibus, tanquam cœlitus & uoluntate dei delatis, ad suadẽdos cultus erraticos uerterentur. Et eius quem supra diximus, indignatione dæmonis, cui nimis molestus fuerat conflagrasse, busti cineres, tanquam fulminei ignis reliquias colligẽtes hi, qui erant primitus decepti, deferũt ad Persas, ut ab eis, tanquã diuinus è cœlo lapsus ignis, perpetuis conseruaretur excubijs, atcꝫ ut cœlestis deus coleretur. Simili exemplo etiam per cætera loca reliqui homines his, quos uel in artibus aliquibus, uel in uirtute fuerant admirati, uel certe in amore plurimo habuerant, templa construere, imagines conlocare, mysteria & cerimonias, ac sacrificia instituere, & per omnia deorũ de his famam posteris tradere gestierant, eò præcipue quod, ut supra diximus, phantasijs aliquibus magicæ artis fulti uidebantur, ut inuocatione dæmonũ agi ab his aliquid ad deceptionẽ hominum, moueriꝫ uideretur. His adijciũt & solennitates quasdam, ac temulenta conuiuia, quibus & homines libentius indulgerent, & dæmones crapulis, tanquam uehiculis inlati, ipsis eorum uisceribus miscerentur, in quibus conlocati ad omnem uoluntatem suam actus hominum, cogitationesꝫ deflecterent. Huiusmodi igitur ex initio erroribus introductis, eisꝫ libidine & temulentia, qua carnales homines maxime delectantur, adiutis, religio dei, quæ per continentiam sobrietatemꝫ constabat, rarescere inter homines, atque aboleri propemodũ cœpit. Nam cum ex iniatio homines, utpote iustum, & omnia cõtuentem deum colentes, necꝫ peccare auderent, neque iniuriã facere proximis suis, certi quod uniuscuiusꝫ actus & motus aspiceret deus. Vbi religionis cultus ad simulacra exanima conuersus est, tanquam de quibus certi essent, quod necꝫ uiderent, neque audirent, necꝫ mouerentur in aliquo, licenter peccare, & in omne facinus progredi cœpere, quippe qui nihil pati uererentur ab his, quos colebant ut deos. Hinc bellorum rabies exarsit, hinc prædæ, rapinæ, captiuitates, & libertas in seruitutẽ redacta, prout quisꝫ potuit, libidini & cupiditati suæ satisfecit, quamuis satisfacere cupiditati nulla uis possit. Sicut enim ignis quanto magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur, & inualescit, ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur auctior & uehementior efficitur. Propter quod incipite iam meliore

Fulmine icti habiti pro dijs

Nemroth in historijs Ninus uocatur.

Niniue.

Vnde Persis ignis quẽ tãto pere coluerint

D

Idololatria origo omnium peccatorũ fuit.

Crapulæ sunt dæmonum uehicula.

A meliore intellectu uobismetipsis resistere, in his quæ non recte cupitis, si quo forte modo reparare in uobis ac restituere possitis illam, quæ ex initio mortalibus à deo tradita est, religionis puritatem, & innocentiam uitæ, ut per eam uobis etiam spes bonorum immortalium reparetur, & agatis gratias largitori omnium patri, per eum quem posuit regem pacis, & thesaurum ineffabiliũ bonorum, ut in præsenti quidem tempore diluantur peccata uestra per aquã fontis, aut fluminis, aut etiam maris, inuocato super uos trino beatitudinis nomine: ut per hoc non solum fugẽtur, si intra uos habitant spiritus maligni, uerumetiã cum destiteritis à peccatis, & tota fide, totaꝫ mentis puritate deo credideritis, etiam ex alijs uos malignos spiritus & dæmones effugetis, atcꝫ à passionibus & languoribus alios liberare possitis. Ipsi enim dæmones sciunt & agnoscunt eos qui se tradiderint deo, & interdum sola eorum præsentia propelluntur, sicut paulo ante uidistis, quomodo cũ uocem tantum salutationis fecissemus ad uos, continuo dæmones propter honorem religiones nostræ, exclamare cœperũt, & ne parum quidem temporis potuerũt ferre præsentiam nostram. Nunquid nos alterius sumus naturæ superioris alicuius, & propterea nos dæmones timẽt? Vnius eiusdem uobiscũ naturæ sumus, sed religione differimus. Quod & si uos esse uultis nõ inuidemus, quin potius & hortamur, certosꝫ esse uos uolumus, quod cum fuerit in uobis eadem quæ in nobis est

B fides & religio, ac uitæ innocentia, remunerante deo fidem uestram, erit par uobis atque eadem etiam cõtra dæmones potestas & uirtus. Sicut enim is qui acceperit sub se milites, etiãsi ipse inferior, & illi superiores sint uiribus: tamen dicit huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: & alij fac hoc, & facit. Hoc autem potest non propria uirtute, sed Cæsaris metu. Ita & fidelis quisꝫ dæmonibus imperat, etiãsi uideãtur illi multo esse hominibus fortiores, nõ propter suã uirtutem, sed propter dei qui eos subiecit potestati. Nã & quod diximus, ut Cæsar apud omnes milites, & in omnibus castris, atque in omni regno timeatur, cum sit unus & fortassis exiguus uiribus, non nisi potestate dei agitur, qui timorem dat omnibus ut uni obtemperent. Hoc sanè scire uos uolumus, quod dæmon, nisi quis uoluntatibus eius se sponte subdiderit, potestatem aduersum hominem nõ habet. Vnde & ipse qui est princeps malitiæ, ad hũc, quem diximus à deo destinatum regẽ pacis accessit, tentans, & polliceri ei cœpit omnẽ gloriã mundi, quod cum alijs obtulisset decipiẽdi caussa, adoratũ se nouerat. Impius & immemor sui quod est propriũ & speciale malitiæ, adorandum se ab eo presumebat, à quo se nouerat destruendũ. Dominus ergo noster unius dei cultum confirmans, respondit ei: Scriptum est, dominum deum tuũ adorabis, & illi soli seruies, qua responsione deterritus, & metuens ne unius & ueri dei repararetur uera religio, festinat continuo emittere in hũc mundũ pseudoprophetas, & pseudapostolos, falsosꝫ doctores, qui sub nomine quidem CHRISTI loquerentur, dæmonis autẽ facerent uoluntatem. Propter quod obseruate cautius, ut nulli doctorum credatis, nisi qui Iacobi fratris domini ex Hierusalem detulerit testimonium, uel eius quicũꝫ post ipsum fuerit. Nisi

CHRISTVS rex pacis & thesaurus ineffabiliũ bonorũ

Dæmones exhorrescunt uere credentes.

Matth. 8.

Matth. 4.

Pseudoprophetæ à diabolo.

C enim quis illuc ascenderit,& ibi fuerit probatus quod sit doctor idoneus,& fi-
delis ad prædicandum CHRISTI uerbũ,nisi,inquam,inde detulerit testimo-
nium,recipiendus omnino nõ est ,sed neq; propheta , neq; apostolus in hoc
tempore speretur à uobis aliquis alius præter nos . Vnus enim est uerus pro-
pheta , cuius nos duodecim apostoli uerba prædicamus : Ipse enim est annus
dei acceptus , nos apostolos habens duodecim menses. Qua autem caussa uel
mundus ipse factus sit,uel diuersitates,quæ sunt in eo acciderint,& quur ad re
parationem eius ueniens dominus noster,elegerit nos duodecim apostolos,et
miserit,aliâs latius explanabitur. Interim nos iussit exire ad prædicandum,&
inuitare uos ad cœnam regis cœlestis,quam præparauit pater in nuptijs filij
sui,& ut demus uobis indumenta nuptialia,quod est, gratia baptismi,quã qui
fuerit consequutus, tanquam uestimentũ mundũ,cum quo ei ingrediendum
est ad cœnam regis : obseruare debet,ne peccato aliqua ex parte maculetur,
& ob hoc tanquam indignus & reprobus abijciatur. Caussæ aũt quibus ma-
culetur istud indumentũ hæ sunt,si quis recedat à patre,& conditore omniũ
deo,alium recipiens doctorem præter CHRISTVM,qui est solus fidelis ac
uerus propheta : quicq; nos duodecim apostolos misit ad prædicandũ uerbũ.
Et si quis de substantia diuinitatis,quæ cuncta præcellit,aliter quàm dignũ est
D sentiat : hæc sunt quæ usque ad mortem baptismi polluunt indumentũ. Quæ
uero in actibus polluunt,ista sunt,homicidia, adulteria,odia, auaritia, cupidi-
tas mala. Quæ autem animam simul & corpus polluunt,ista sunt,participare
dæmonũ mensæ,hoc est immolata degustare,uel sanguinem, uel morticinũ,
quod est suffocatũ,& si quid illud est quod dæmonibus oblatũ est . Hic ergo
uobis sit primus gradus ex tribus, qui gradus triginta ex se gignit mãdata. Se-
cundus uero qui sexaginta . Tertius qui centũ, sicut aliâs uobis de his plenius
exponemus. Et hæc cum dixisset, ac præcepisset ut die postera ad eundem lo
cum maturius cõuenirent,turbas dimisit,quibus recedere nolentibus, ait PE
TRVS: Donate mihi hanc gratiã , propter hesterni itineris labores, & nunc
discedentes,die crastina maturius cõuenite,& ita cum lætitia discessere.
At PETRVS paululũ me secedere præcipiens orationis caussa,
iubet post hæc in loco horti,quem umbra contegebat,accu-
bitum sterni,& unusquisq; ex more recognoscens pro-
prij ordinis locum , cibum sumpsimus. Tum de-
inde quia supererat adhuc aliquãtulum diei,
de mirabilibus domini cõloquutus no
bis, cum uespere facto ingres-
sus in cubiculum
quieuit.

LIBRI QVARTI FINIS.

Christus annus est, cuius XII. mẽses sunt apostoli.

Vestis nuptialis in Euangelio gratiam baptismi significat.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRA-
trem Domini, LIBER QVINTVS, Rufino To-
rano Aquileiense interprete.

A SEQVENTI autem die,paulo citius quàm solebat consurgens PETRVS, inuenit nos dormientes, quod ubi sensit, quasi ipse adhuc dormire uolens, silentium sibi fieri iussit, ut nobis quiescendi facultatem daret. Vbi aũt refecti somno exurreximus, inuenimus eum oratione facta,intra cubiculũ orientem nos. Et cum iam esset crepusculum , salutans ex more,breuiter adloquutus est, & cõtinuo ad consuetum locum docendi gratia procedit,ubi cum uidisset ad audiendum plurimos conuenisse , primo religionis ritu pace eis inuocata,dicere hoc modo cœpit : Deus creator omnium,ex initio ad imaginem suam hominem fecit,eiq; dominationem terræ,mariscq;,& aëris ipsius dedit,sicut & uerus nobis propheta narrauit,& ipsa rerum ratio docet, solus enim est rationabilis,& consequens est, ut ratio in irrationabilibus dominetur. Hic ergo ab initio cum adhuc iustus esset,cunctis uicijs, & omni fragilitate superior erat: ubi autem peccauit,sicut hesterno die docuimus , & factus est ser-
B uus peccati,simul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcirco scriptũ est,ut sciant homines,quia sicut ex impietate passibiles facti sunt , ita per pietatẽ possunt esse impassibiles, uerum & parua in deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim uerus propheta nobis promisit,dicens: Amen dico uobis,quia si habueritis fidem sicut granum sinapis,dicetis mõti huic,transi hinc, & transibit. Huius uocis etiam uos ipsi documẽta accepistis,hesterno enim die uidistis quomodo adstantibus nobis , dæmones cũ passionibus quas hominibus inuexerant,transierũt & fugati sunt. Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes sanant , caussa sine dubio uel patiendi,uel curandi noscenda est, quæ nõ alia esse, quàm patientibus quidem infidelitatis, curantibus uero fidei demonstratur. Infidelitas enim dum non credit futurũ iudicium dei,peccandi licentiam præbet,peccatum uero hominẽ passionibus obnoxium facit. Fides autem futurum esse dei iudicium credens,continet homines à peccato, nõ peccantes uero non solum liberi sunt à dæmonibus & passionibus, uerũ & aliorum dæmones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat,& ipsa sit malorum omnium mater,quæ incuria quidem & ignauia gignitur, negligentia uero alitur & au-

Homo in statu innocentiæ superior erat omni fragilitate Matth. 7.

Ignorantia mater omniũ malorum.

C getur, atq; in sensibus hominum radicatur, quam si quis forte doceat effugan-
dam, uelut antiquis & hæreditarijs sedibus, molestè & indignanter auellitur.
Ignorãtiæ præsumptio scientia resecanda est. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indagantes ignorantiæ præsum-
ptiones scientiæ ratione resecemus, in his præcipue qui in aliquibus minus re
ctis opinionibus præuenti sunt, per quas, quasi sub specie alicuius scientiæ,
ignorantia in eis uehemẽtius radicata est: nihil enim grauius quàm si id quod
ignorat quis scire se credat, & defendat uerum esse quod falsum est, quod tale
est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, so-
brium se tamen & ipse putet, & dici à cæteris uelit. Ita sunt ergo & hi qui igno
rantes quod uerũ est, speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mala quasi bo-
Agnitio ueritatis. na gerũt, atq; ad perniciem, quasi ad salutẽ festinant. Propter qd' ante omnia
properandum est ad agnitionem ueritatis, ut possimus quasi lumine nobis in-
de succenso, errorum tenebras depellere: grande enim malum est, ut diximus,
ignorantia, sed quia substantiam non habet, facile ab his qui studiosi sunt, effu
gatur. Non enim aliud est quidem ignorantia, nisi non agnouisse, quod expe-
dit, ubi autẽ agnoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet agni-
tio, quam nemo alius potest adsignare, nisi uerus propheta. Hæc enim porta
Christus PORTA est ad salutem. est uitæ, uolẽtibus ingredi, & iter operum bonorum, pergẽtibus ad ciuitatem
salutis. Si quis sanè audiẽs sermonem ueri prophetæ, uelit recipere aut nolit, &
D amplexiones eius, id est mandata uitæ, habet in sua potestate. Liberi eñ sumus
arbitrij, nam si hoc esset, ut audientes eum iam non haberet in potestate aliud
facere quàm audierant, uis erat quædam naturæ, per quam liberũ non esset
ad aliam migrare sentẽtiam. Aut si rursus ex audiẽtibus nullus omnino recipe
ret, & hoc naturæ uis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non
daret locum. Nunc aũt quia liberum est animo in quam uelit partem declina
re iudicium suum, & quam probauerit eligere uiam, constat euidenter inesse
hominibus arbitrij libertatem. Igitur priusquàm audiat quis, quod ei expedit,
certum est quia ignoret, & ignorans uult & desiderat quod non expedit age
re, propter quod pro hoc non iudicatur. Cũ uero audierit causas erroris sui,
& rationẽ ueritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus du-
dum præuentus, recte iam uocabitur ad iudiciũ pœnas daturus, cur uitæ eius
spatium, quod ad bene uiuendũ accepit, in ludibrijs cõsumpsit errorum. Qui
uero audiens hæc libenter accipit, & gratulatur bonorũ sibi doctrinam fuisse
delatam, requirit intentius, & discere nõ desinit usq; quo cognoscat, si est uere
aliud seculum, in quo bonis præmia præparata sunt: & cum certus de hoc fue
rit, gratias agens deo, quod sibi ueritatis lumen ostenderit, de cætero dirigit
actus suos in omnibus operibus bonis, quorũ sibi in futuro mercedem certus
est præparatam per omnia, demirans & stupens cæterorũ hominũ errores,
& quod ante oculos positam ueritatem nemo uideat. Ipse tamen gaudens su-
per diuitijs sapientiæ, quas inuenit, insatiabiliter eis perfrui cupit, & exercitio
bonorũ operũ delectatur, festinans ad seculum futurũ mundo corde, & pura
conscientia peruenire, ubi etiam uidere deum regem omniũ possit. His autem
omnibus

A omnibus carere nos & fraudari sola facit ignorantia. Dum enim ignorant ho
mines quantũ boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se nõ patiuntur ex-
cludi, nesciunt enim quanta sit in horũ permutatione diuersitas. Propter qd'
consilium do unicuiq; discentium, libenter præbere aurem uerbo dei, & cum
amore ueritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo semine susceptο, per bo
nos actus lætos adferat fructus. Nam si me docente ea quæ ad salutem perti-
nent, recipere quis abnuit, & animo prauis opinionibus occupato obsistere
nititur, nõ ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi caussam. Debet enim
iusto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere quia uerba loquimur ue-
ritatis. Vt cognitis his quæ sunt, ut sunt, & in bonis actibus dirigẽs uitã suam,
regni cœlorum possit particeps inueniri, subijciens sibi carnis desideria, & do
minus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium iucun
da possessio. Nam qui permanet in malo, & seruus est mali, non potest effici
portio boni, donec permanet in malo: quia ab initio, ut ante diximus, duo
regna statuit deus, & potestatem dedit unicuiq; hominum, ut illius regni fiat
portio, cui se ad obediẽdum ipse subiecerit. Et quia definitum est apud deum,
non posse unum hominem utriusq; regni esse seruum, omni studio date ope-
ram, in boni regis fœdus ac iura concurrere. Propter hoc denique uerus pro-
pheta cum esset præsens nobiscum, & quosdam ex diuitibus negligentes erga
B dei cultum uideret, huius rei ita aperuit ueritatẽ. Nemo potest, inquit, duobus
dominis seruire, non potestis deo seruire, & mãmonæ, mammona patria eorũ *Matth. 6.*
uoce diuitias uocans. Hic ergo est uerus propheta, qui in Iudæa nobis appa- *Mãmona quid significet.*
ruit, ut audistis, qui stans publice sola iussione faciebat cæcos uidere, surdos
audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis uitã. Cumq;
nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum peruidebat, quod nulli
est possibile nisi soli deo, hic adnũciauit regnum dei, cui nos de omnibus quæ
dicebat, tanquam uero prophetæ credidimus, firmitatem fidei nostræ, nõ so-
lum ex uerbis eius, sed & ex operibus adsumẽtes, quia & dicta legis, quæ ante
multas generationes de præsentia eius exposuerãt, in ipso consignabantur, &
imagines gestorũ Moysei, & ante ipsum patriarchæ Iacob, ipsius per omnia *Moyses & Iacob typũ Christi tulerunt.*
typum ferebant. Tempus quoq; aduentus eius, hoc est, ipsum in quo uenerat
prædictum ab eis constat, & super omnia quod esset à gentibus expectandus-
sacris literis cõprehensum est, quæ in eo pariter uniuersa cõpleta sunt. Quod
autem Iudæorum propheta prædixit eum à gentibus expectandũ, supra mo-
dum in eo fidem ueri confirmat. Si enim dixisset à Iudæis expectãdum nõ ali-
quid eximium prophetasse uideretur, quod à contribuli populo, & à propria
gente speraretur is cuius aduentus ad salutem mũdi fuerat repromissus, uide-
retur enim magis consequentiæ ratio esse, ut hoc fieret, quàm magnificentia
prophetalis. Nunc autem cũ prophetæ dicunt omnẽ illam spem quæ de salu-
te mundi repromittitur, & nouitatẽ regni, quæ instituẽda per CHRISTVM
est, atq; omnia quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferẽda, iam nõ secun
dum consequentiam rerũ, sed incredibili quodã uaticinationis euentu magni-

C ficentia prophetica confirmatur. Iudæi nanq; ex initio adfore aliquando hũc uirum, per quẽ cuncta repararentur ueriſſima traditione ſuſceperant, & quo-
tidie meditantes ac proſpicientes, quando eius fieret aduentus, ubi adeſſe eum
Inuidia Iudæorum erga Chriſtum. uiderunt, & ſigna ac prodigia, ſicut de eo ſcriptum fuerat, adimplentem, inui-
dia excæcati agnoſcere nequiuerũt præſentem, in cuius ſpe lætabantur abſen-
tis, intelleximus tamen pauci nos qui ab eo electi ſumus. Hoc autẽ prouiden-
tia dei factũ eſt, ut agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi qui nun-
quam de eo audierant, nec à prophetis didicerant, agnoſcerent eum. Illi uero
qui quotidianis meditationibus agnouerant, ignorarent. Ecce enim per uos
nunc qui præſentes eſtis, & deſideratis audire doctrinã fidei eius, & agnoſce-
re quis, & quomodo, & qualis ſit eius aduentus, ꝓphetica ueritas adimpletur.
Hoc eſt enim quod prædixerũt prophetæ, quia à uobis quærendus eſſet, qui
de eo nunquam audiſtis. Et ideo uidentes in uobis ipſis prophetica dicta com-
pleri, huic uni recte creditis, hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut
non ſolum expectetis eum, ſed & hæreditatem regni eius credentes conſequa-
Ioannis 8. mini, ſecundũ quod ipſe dixit, quia unuſquiſq; illius ſit ſeruus, cui ſe ipſe ſubie-
cerit. Propterea ergo euigilate, & dominũ, deumq; noſtrũ uobis adſcribite,
dominũ qui & cœli ac terræ dominus eſt, & ad ipſius uos imaginem ac ſimili-
Lucæ 6. tudinem reformate, ſicut ipſe uerus propheta docet, dicens: Eſtote miſericor-
des, ſicut & pater ueſter cœleſtis miſericors eſt, qui oriri facit ſolem ſuũ ſuper
D bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hũc ergo imitamini, & hũc
Matth. 4. timete, ſicut mandatũ datur hominibus: Dominũ deum tuũ adorabis, & ipſi
ſoli ſeruies. Expedit enim uobis huic uni domino ſeruire, ut per ipſum cogno-
ſcentes unum deum, à multis quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim
creatorem omniũ non timet deum, ſed eos timet quos ipſe manibus ſuis fecit,
Colentes ſimulacra exanima ſunt ipſis ſtatuis ſtupidiores. quid niſi uano & inutili ſemetipſum obnoxium facit timori? uilioremq; ſe &
abiectiorẽ reddit, quàm ſunt illa ipſa, quorũ timorem mente concepit. Quin
potius per bonitatem eius, qui uos inuitat, redite ad priorẽ nobilitatem ueſtrã,
& ex bonis actibus, quod ipſius creatoris ueſtri imaginem portetis, oſtendi-
te, ut ex contemplatione ſimilitudinis ipſius etiam filij eius eſſe credamini. Inci-
pite ergo à ſenſibus ueſtris abijcere uanas idolorũ ſpecies, atq; inutiles & ina-
nes timores, ut ſimul etiam conditionẽ poſſitis iniquæ ſeruituris effugere. Do-
mini etenim ueſtri effecti ſunt illi, qui ne ſerui quidẽ utiles uobis eſſe potuiſ-
ſent. Quomodo enim ſimulacra exanima, uel ad ſeruitutem uobis uiderentur
idonea, cum neq; audiant, neque uideant, neq; aliquid ſentiant? niſi quod ipſa
ſaltem materia ex qua facti ſunt, ſiue auri, ſiue argenti, uel etiam æris aut ligni,
cum poſſit uobis ad uſus neceſſarios prodeſſe, uos ex ea formando deos, ocio-
ſam per omnia eã atq; inutilẽ reddidiſtis. Nos ergo adnunciamus uobis uerũ
Similes erimus deo, ſi opera eius imitamur. dei cultũ, ſimulq; monemus & hortamur cultores, ut per bonos actus imiten-
tur eũ quem colũt, & ad imaginẽ ac ſimilitudinẽ eius, ut ſuperius diximus, re-
dire feſtinent. Velim autem dicerent mihi hi qui idola colunt, ſi optant ſimiles
fieri his quos colunt, uult'ne aliquis ueſtrũ ſic uidere, quomodo illi uident? & ſic

A ſic audire quomodo illi audiũt, ſic habere ſenſum quomodo illi habent? Ab-
ſit hoc ab unoquoq; audientiũ, hoc enim maledictũ potius & conuicium cre-
dendũ eſt homini, qui imaginem dei in ſe gerit, etiãſi ſimilitudinem perdidit.
Quales ergo dij habendi ſunt iſti, quos imitari execrabile ſit cultoribus ſuis,
quorum ſimilitudinem habere contumelia eſt? Quid ergo? ſoluite ſimulacra
inutilia, & facite uaſa utilia, ſoluite ocioſam pigramq; materiã, & facite huma-
no uſui apta miniſteria. Sed non ſinunt, inquit, leges humanæ. Bene, quia hu-
manæ leges, & non ipſorum uirtus. Quomodo ergo dij ſunt qui humanis legi
bus & non ſuis uiribus defenduntur? ſicq; & à furibus, canũ uigilijs, & clau *Dij gentium ocioſi.*
ſtrorum munitionibus conſeruantur, & hoc ſi fuerit argentea, uel aurea, uel
etiã ærea: nam lapidea & fictilia, ipſa ſui uilitate muniuntur, nemo emẽ lapideũ
aut fictilem deum furatur. Vnde miſerabiliores uidẽtur hi quibus precioſius
metallum pericula uiciniora conquirit: qui ergo furari poſſunt, qui ab homi
nibus cuſtodiri, qui conflari & appendi, & malleis cædi, iſti hominibus ſen-
ſum habentibus dij debent uideri? O in quantam miſeriam mortaliũ decidit
intelligentia. Nam ſi mortuos timẽre ſummæ ſtultitiæ ducitur, quid iudice-
mus de his qui deterius aliquid quàm ſunt mortui timent? Iſta enim ſimula-
cra nec in mortuorũ numero habenda ſunt, quia nunquam uixerunt, præfe-
renda ſunt eis etiam ſepulchra mortuorũ, quoniam licet nunc mortui ſunt, ha
buerunt autem aliquando uitam. Iſti autem quos colitis, nec eam quidẽ, quæ
B opus eſt de his plura memorare, cum ſufficiat dicere ei qui adorat ea: Non ui- *Ranæ præferendæ dijs gentilium.*
des quia quem adoras non uidet? audi, quia quem adoras, nõ audit: & intel-
lige, quia non intelligit? opus enim mortalis manus eſt, & neceſſario ſenſu ca
ret. Tu ergo adoras inſenſibilem, cum unuſquiſq; habens ſenſum, nec ea quidẽ
credat adoranda quæ à deo facta ſunt, & habent ſenſum, id eſt ſolem, & lunã,
uel ſtellas, omniaq; quæ in cœlo ſunt, & ſuper terram. Iuſtum enim putant,
non ea quæ pro mundi miniſterio facta ſunt, ſed ipſorũ, & mundi totius crea-
torem debere uenerari: gaudent enim etiam hæc, cum ille adoratur & coli- *Honor creatoris non debet creaturæ deferri.*
tur, nec libenter accipiunt, ut honor creatoris creaturæ deferatur. Exceptus
enim eſt dei ſolius cultus, qui ſolus increatus eſt, omnia autem cætera factura
eius ſunt. Sicut ergo proprium eſt eius qui ſolus non eſt factus deum eſſe, ita
omne quod factum eſt, deus uere non eſt. Ante omnia ergo intelligere debe-
tis deceptionem ſerpentis antiqui, & callidas eius ſuggeſtiones, qui quaſi per
prudentiã decipit uos, & uelut ratione quadã ſerpit per ſenſus ueſtros, atque
ab ipſo uertice incipiens, per interiores dilabitur medullas, lucrũ magnũ com
putans deceptionẽ ueſtrã. Interſerit ergo ſenſibus ueſtris opiniones quorũ- *Peccata noſtra ſolatio ſunt dæmonibus.*
cunq; deorũ, tantũ ut uos ab unius dei reuocet fide, ſciens peccatũ ueſtrũ, ſuũ
eſſe ſolatiũ. Ille enim pro nequitia ſua, ab initio terrã edere condemnatus eſt, *Quare ſerpẽs cõdemnatus ſit terram comedere.*
propter eũ quem de terra adſumptũ, iterũ reſolui fecit in terrã, uſq; ad tempus
quo animæ ueſtræ per ignem traductæ reparentur, ſicut aliâs de hoc plenius
edocebimus. Ex ipſo ergo ſunt omnes errores & ambiguitates, quibus ab

C unius dei fide & credulitate conturbamini. Et primo omnium subiecit cogitationibus hominum, ut ne audiant uerba ueritatis, per quæ malorum ignorantiam fugent. Et hoc facit quasi occasione alterius scientiæ, adseuerans eis illam opinionem qua utuntur plurimi, ut putent se reos futuros nõ esse, si ignorãtia fuerint, nec reddituros esse rationem pro his quæ non audierint, & ideo à uerbo declinare eos suadet auditum. Sed accipite cõtra hæc, ipsa per semetipsam ignorantia, ualidissimum uenenum est, quod sufficiat animam, nulla extrinsecus quæsita adiectione, perimere. Et ideo nemo est qui ignorans, per hoc quod ignorat euadat, sed certũ est quod intereat. Naturaliter enim peccatorum uis interimit peccatorem. Sed quoniam iudicium rationabile erit, tam ignorantiæ, quàm uniuscuiuscq; peccati caussa & origo requiretur. Is ergo qui scire noluit, quomodo possit uenire ad uitam? sed maluit ignorare, ne per hoc reus fieri uideretur, ex hoc ipso iam quasi qui scierit & habuerit scientiam, iudicatur. Agnouit enim quid esset quod nolebat audire, & nihil ei cõferet ad excusationem serpentis artificio quæsita calliditas, cũ eo enim erit ei ratio quem non latet cor. Vt autem scias quia ignorantia per semetipsam generat interitũ, anima cũ discesserit à corpore, si talis exeat quæ ignoret eum à quo creata est, à quo in hoc mundo omnia quæ usibus suis erant necessaria, consequuta est, tanquã ingrata & infidelis à regni eius luce proiicitur. Subiicit iterũ nequissimus serpens aliam hominibus opinionem, quam plures uestrũ proferre solent. Vnum esse & nos dicimus deum, qui est omniũ dominus, sed & isti, in-

D quiũt, diĳ sunt. Sicut em̃ unus est Cæsar, & habet sub se multos iudices, uerbi gratia præfectos, consules, tribunos, & cæteras potestates, simili arbitramur modo, cum unus sit maior omniũ deus, etiam istos ad similitudinem earum, quas diximus, potestatũ ordinatos esse in hoc mundo deos, illi quidem maiori subiectos, nos tamen, & quæ in hoc mundo sunt, dispensantes. *Audite ergo ad hæc, quomodo in his ipsis quæ ad deceptionem proponitis, ueritatis rationibus confutemini.* Dicitis quia locũ Cæsaris teneat deus, iudicum uero eius & potestatum speciem seruent hi qui dicuntur diĳ: seruate ergo, ut proposuistis exemplũ Cæsaris, & scitote quia sicut nulli ex iudicibus, uel administratoribus Cæsaris, id est præfectis, uel proconsulibus, uel ducibus, uel tribunis, fas est Cæsaris nomen imponi, alioquin & ille qui susceperit, & illi qui detulerint, pariter interibunt. Ita & de hoc debetis aduertere, quod si quis nomen dei alicui quàm præter ipsum imposuerit, & ille receperit, unum eundemq; sortietur interitum, multo deteriore sorte quàm ministri Cæsaris. Hic enim qui delinquit in Cæsarem, interitum suscipiet temporalem: qui uero in unum, qui solus & uerus est deus delinquit, in seculũ luet pœnas, & merito, ut qui nomen quod est unicũ, iniuriosa conditione uiolauerit. Quamuis hoc ipsum DEVS non nomen sit dei, sed hominibus interim uocabulũ istud quasi pro nomine eius concessum est, quod tamen, ut dixi, cum contumeliose tractatur, ad ueri eius nominis refertur iniuriã. Deniq; ueteres Aegyptiorũ qui de cœlesti cursu, & astrorũ natura rationem sibi uisi sunt reperisse, obsidente sensus eorum dæmone,

Ignorantia nõ excusabit in die iudicij.

Loqui de deo per comparationes humanas nefas est.

Deus quale nomen.

A dæmone, omnibus nihilominus contumelijs nomen incõmunicabile subiecerũt. Nam alĳ eorũ bouem, qui Apis dicitur colendũ tradidere, alĳ Hircũ, alĳ Gattas, nonnulli Ibin, quidã Serpentẽ. Piscem quoq;, & Cœpas, & Cloãcas, Crepitus uentris, pro numinibus habendos esse docuerunt, & alia innumerabilia, quæ pudet etiam nominare. Hæc dicente PETRO, riserunt omnes qui audiebamus. Et PETRVS: Ridetis, inquit, uos aliorũ dedecora, quia longa consuetudine propria nõ uidetis. Nam Aegyptiorũ quidem stultitiam merito ridetis, qui muta animalia, ipsi cum sint rationabiles, colunt. Audite tamen quomodo & illi uos irrideant, aiunt enim: Nos uiuentia colimus animalia, licet moritura, uos uero quæ nunquam omnino uixere, hæc colitis, & adoratis. Addunt præterea etiam illud, figuras esse, & allegorias uirtutum quarundam, quibus adiutricibus regatur hominum genus, sed pudoris perfugio hæc & nonnulla his similia connectentes, errorem suum uelare nituntur, sed non est nunc tempus Aegyptijs respondere, & derelicta cura præsentiũ, absentiũ medicari languores. Certum nanque indicium est, uos ab huiusmodi ægritudine haberi alienos, qui eam non doluistis ut propriam, sed risistis ut alienã. Sed redeamus ad uos, quibus placet haberi deum ut Cæsarem, deos autem ut ministros, & procuratores Cæsaris, sequimini me attentius, & modo uobis ostendam latebras serpentis, in argumenti huius curuis anfractibus collocatas. Certum apud omnes esse debet, & indubitatum de deo, quia à nullo factus est, sed ipse fecit uniuersa, nihil ex facturis suis posse coæquari, neque enim

B ita quis irrationalis inueniri potest, qui putet quod conferri possit factura factori. Si ergo humana mens non solũ ratione, sed & naturali quodam motu, recte hanc opinionem tenet, illud dici deum, cui conferri aut exæquari nihil potest, sed quod cunctis emineat, & cuncta repellat. Quomodo nomen illud quod super omnia esse creditur, recte his creditur dari, quos ad ministerium & procurationem humanæ uitæ putatis esse dispositos? Sed & illud ademus, mundus hic sine dubio factus est, & est corruptibilis, sicut etiam postmodum latius ostendemus, interim & factum eum & corruptibilem constat. Si ergo mundus deus dici non potest, & recte non potest, quia corruptibilis est, quomodo partes mundi dei nomen accipient? quod enim totus non potest esse mundus, multo magis non erit pars eius. Igitur si redeamus ad exemplum Cæsaris, uidete quàm longe erretis, Cæsari eiusdem licet naturæ hominem cuius ipse est, conferri tamen neminẽ licet deo, qui hoc ipso quod à nullo factus, sed ipse fecit omnia, cuncta supereminet, cõferri debere aliquem creditis. Sed Cæsaris quidem nomẽ nulli alĳ audetis imponere, quia reum suum statim punit, dei uero audetis, quia reum suum punire propter pœnitentiam differt. Per alios item serpens ille proferre uerba huiusce modi solet. Nos ad honorem inuisibilis dei imagines uisibiles adoramus, quod certissime falsum est. Si enim uere uelitis dei imaginem colere, homini bene facientes, ueram in eo dei imaginem coleretis. In omni enim homine est imago dei, non in omnibus uero similitudo, sed ubi benigna anima est, & mens pura. Si ergo

Apis
Hircus
Gattæ
Ibis
Serpens
Piscis
Cœpe
Cloacæ
Crepitus uentris.
Animalia quæ sint uirtutum symbola melius est colere quàm statuas exanimas.

Vere colere imaginẽ dei est HOMINI *benefacere.*

C uere uultis honorare imaginem dei, nos uobis quod uerũ est aperimus, ut hõ
mini qui ad imaginem dei factus est bene faciatis, honorem & reuerentiã de-
feratis, esurienti cibum, sitienti poculũ, nudo indumẽtum, ægro ministerium,
peregrino hospitiũ, & in carcere posito necessaria ministretis, & hoc est qd'
uere deo delatum reputabitur. Hæc autem in tantũ ad honorem dei imaginis
cædunt, ut qui ista non fecerit, cõtumeliam imagini diuinæ intulisse credatur.
Quis ergo iste honor dei est, per lapideas & ligneas formas discurrere, & ina-
nes atq; exanimes figuras, tanquam numina uenerari, & hominem in quo ue-
re imago dei est spernere? imò potius certi estote, quod qui homicidium facit,
aut adulterium, & quicquid in hominũ pœnam, uel iniuriam geritur, in his
omnibus dei imago uiolatur. Magna enim impietas in deum est, lædere homi
nem: omne ergo quod ipse pati non uis, cum facis alij, imaginem dei iniquis
mœroribus fœdas. Intelligite ergo, quia latentis intrinsecus serpentis est ista
suggestio, quæ persuadet pios uos uideri posse, cum insensibilia colitis, & non
uideri impios, cũ sensibiles & rationabiles lædatis. Sed ad hæc alio nobis ser
pens ore respondet, & dicit, si nolebat hæc esse deus, utiq; non erant. Nondũ
uobis dico, quomodo ad uniuscuiusq; mentis probationẽ, in hoc mũdo per-
mittuntur esse multa contraria, sed illud est quod nunc interim conuenit dici,
si secundũ uos omne quod adorandum erat, esse non debuit, nihil penè futu-
rum erat in hoc mundo. Quid enim est quod reliquistis, quod non adoratis,
D solem, lunam, stellas, aquam, terram, montes, arbores, lapides, homines? nihil
horum est quod non adorastis. Oportuit ergo, iuxta uocem uestram, nihil ho
rum fieri à deo, ne haberetis quod possetis adorare, sed ne homines quidem
ipsos esse oportuit, qui adorarent. Vere hoc est quod desiderat ille qui intra
uos latet serpens, nulli uestrum parcit, nullum uult effugere de interitu, sed nõ
ita erit. Audite enim, quia non delinquit illud quod adoratur, sed ille qui ado-
rat. Iustum nanq; est apud deum iudiciũ, & aliter iniuriam patientem iudicat,
aliter inferẽtem. Sed dicis, oportebat ergo eos qui adorãt, quod nõ licet adora
Quis consiliarius eius fuit? Ro. 11. ri, statim perimi à deo, ne & alius hoc faceret. Sed nónne es tu prudentior deo
ut ei cõsilia suggeras? scit ille quid faciat. Omnibus etenim in ignorantia positis
patientiã præstat, quia misericors & pius est, & præuidet, quia ex impijs multi
efficiuntur pij, & ex ipsis qui impura figmenta, & pollutas imagines uenerantur, nonnulli conuersi ad deum, & reuocantes se à peccatis, & agentes bona
opera, perueniũt ad salutem. Sed debuimus, inquit, omnino nec ad cogitatio-
nem istam uenire, ut hæc faceremus. Ignoratis quid est libertas arbitrij, & la-
tet uos quia ille uere bonus est, qui suo proposito bonus est? Qui autem neces-
sitate retinetur in bono, bonus non potest dici, quia non est suum quod est.
Quia ergo in unoquoq; libertas est in electione bonorum uel malorum, ipse
sibi uel præmia, uel interitum quærit. Imò, inquit, quicquid cogitamus, deus
nobis adducit ad mẽtem. Quid agitis ó homines? blasphematis: si enim omne
Deus malorũ non est autor. quod cogitamus ipse nobis adducit ad mentem, ipse ergo nobis cogitationes
adulterij suggerit, & auaritiæ, & blasphemiæ, omnisq; luxuriæ? Desinite
quæso

Fuisse ergo Christianis legem hanc præcipuã, testatur Aelius Lamp. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris.

A quæso ab huiusmodi blasphemijs, & qui sit deo dignus honor intellígite. Nec
dicatis, ut solent quidam uestrũ, quia deus mortalium honore non indiget. Ille
quidem uere nullius indiget, sed uos debetis agnoscere, quia uobis prodest ho
nor, quẽ deo defertis. Quid enim tam execrabile, quàm si gratiã referre nesciat
homo proprio cõditori? Sed melius, inquit, facimus nos, qui & ipsi, & omni-
bus cum ipso gratias agimus. In hoc subuersionem salutis uestræ nõ intellígi-
tis? Tale est enim hoc, quale si quis æger ad medelam sui, medicũ pariter & ue-
nenarios inuitet, cum illi nocere quidem possint, curare non possint, uerus aũt
medicus, uenenis illorum recuset sua medicamenta miscere, ne aut pernicies
bono, aut sanitas nocentibus adscribatur. Dicis ergo, indignatur, aut inuidet
deus si cũ ipse benefaciat, alijs gratiæ referantur. Etiamsi non indignetur, non
uult tamen erroris autor existere, ut sui operis beneficio inani idolo fides de-
tur. Quid certe tam impium, tam ingratum, quàm à deo beneficiũ consequi,
& reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expergiscimini, & intel-
lígite salutem uestram, deus enim nullius indiget, neque aliquid requirit, neq;
in aliquo lædítur, sed nos sumus qui aut iuuamur, aut lædimur in eo quo gra-
ti, aut ingrati sumus. Nam deo quid confertur ex laudibus nostris? aut quid au
fertur ex blasphemijs? nisi qd' deus animam sibi gratias agentem, proximã sibi
& familiarẽ facit, ingratã uero, malus possidet dæmon. Sed & illud scire uos
uolo, quod aduersum huiusmodi animas, non ipse deus per se ultionẽ profert,
B sed uniuersa creatura eius insurgit. & pœnas de impijs sumit: & quamuis in
præsenti seculo dei bonitas æqualiter pijs & impijs, mũdi lucem ac terræ mi-
nisteria largiatur, tamẽ non ablq; dolore sui lucem sol impijs præbet, ceteraq;
elementa exhibent seruitutem. Denicq; interdum etiam cõtra bonitatem con-
ditoris, fatigata sceleribus impiorum uincuntur elementa, & inde est quod aut
terræ fructus corrũpitur, aut aëris temperies temeratur, aut supra modum ar-
dor solis incenditur, uel imbriũ, ac frigorũ uis immensa diffunditur. Inde lues
& fames, & mortis facies diuersa percurrit, festinat emẽ creatura in impios mo
uere uindictam. Dei tamẽ bonitas reprimit ea, & ab indignatione impiorum
refrenat, ac suæ misericordiæ obedire cogit, magis quàm peccatis hominũ &
sceleribus inflammari, expectat enim patientia dei, dum in hoc corpore sunt,
hominũ conuersionem. Quod si qui ad exitum uitæ in impietate perstiterint,
tum iam discedens anima quæ immortalis est, pro impietatis suæ perseueran
tia luet pœnas. Immortales nãq; sunt etiam impiorũ animæ, quas ipsi fortasse
uelint pariter cum corporibus suis finiri, sed non ita est, perfert emẽ ignis æter
ni sine fine supplicia, & ad perniciem sui naturã non habet moriendi. Sed for-
tasse dicetis mihi, terres nos PETRE. Et quomodo uobis dicemus quæ in re
sunt? nunquid tacentes adnũciare possumus ueritatem? quæ sunt, aliter quàm
sunt proferre nescimus? Quod si taceamus, causſam uobis pernitiosæ ignorã-
tiæ nos dabimus, & satisfaciemus latenti intra uos, & obsidenti sensus uestros
serpenti, qui hæc uobis callide suggerit, ut semper uos inimicos faciat deo. Sed
nos ad hoc missi sumus, ut prodamus uobis latebras eius, & absoluẽtes inimi-

Quomodo deus nostro honore nõ indigeat.

Nihil ingratius quàm gratiam ligno habere, quam debeas deo.

Creaturæ se ab impijs ulciscuntur.

Episcopis non est tacendum.

C citias,reconciliemus uos deo,ut ad ipsum conuertamini,& placeatis ei in operibus bonis. Inimicitiæ nanq; sunt homini ad deum, irrationabilis & impius sensus,prauumq; propositum, maxime cum uidetur sibi scire aliquid,& est ignorantia. Vbi autem abiectis his, eadē uobis placere cœperint,quæ deo placent,& eadem displicere uobis, atq; ea cœperitis uelle,quæ uult deus, tunc uere amici eius dicemini. Sed fortassis aliqui ex uobis dicent: nihil curæ est deo de rebus humanis,& cuius ne ad notitiam quidem possumus peruenire,quomodo ad amicitias perueniemus? Quod deus curam gerat humanarū rerum, ipsius mundi gubernatio testis est,cui sol quotidie deseruit, cui imbres ministrant,cui fontes, flumina, uentiq;,& omnia famulantur elemēta,quæ quanto potiora ab hominibus uidentur,tanto curam dei esse erga homines indicant. Nisi enim potestate excelsi,nunquam potiora inferioribus ministrarent:& per hoc non solum curam deus erga homines, sed & grandem quendam habere docetur affectū,quorū ministerio tam præclara mancipauit elementa. Quod autem etiam ad amicitias dei perueniāt homines,exemplo nobis sunt hi quorum precibus tantum indulsit, ut clauderet imbribus cœlum cum uellent,& rursum cum peterent, relaxaret, & multa alia uoluntatem suam facientibus, præstitit, quæ nō nisi amicissimis præstarentur. Sed dices,quid enim lædit deus si & ista colantur à nobis? Si quis uestrum honorem patri debitū,à quo plurima beneficia consequutus est, alij deferat, & alienum atque extraneum, quasi patrem colat, non tibi uidetur impius existere in patrem, & exhæredatione dignissimus? Alij dicunt, impium est si non colamus ea quæ nobis tradita sunt à patribus nostris, & religionem præuaricamur à maioribus data. Hac ratione si cuius pater latro fuit, aut si cuius leno,à patribus sibi tradita consuetudinem mutare non debet,nec ad meliorem uiam à paternis erroribus reuocari,& impiū ducitur,si quis non cum parentibus peccet,aut cū ipsis impius perseueret. Alij dicūt,nō debemus molesti esse deo,& ipsum semper aut miseriarū querelis, aut petitionū nostrarum necessitatibus onerare. Quàm stulta & absq; omni sale responsio,molestū deo putas,si ei pro beneficijs suis gratias agas? cui molestum non putas,si pro ipsius muneribus,lignis & lapidibus gratias referas? Et quomodo,cum forte imber longa serenitate suspenditur, omnes ad cœlum oculos tendimus,& ab omnipotente deo pluuiarum munera flagitamus, omnesq; cum paruulis ad deū fusis precibus,miserationes ipsius exoramus? Sed reuera ingratæ animæ cū impetrauerint,cito obliuiscuntur, collectis enim messibus aut uindemijs, continuo ad surda & muta simulacra primitias frugū deferunt,& pro his quæ deus cōcessit,in templis aut lucis uota persoluunt,& ibi sacrificia dæmonijs offerunt, atq; accepta gratia,permutant gratiæ largitorem. Sed quidam dicunt, hæc lætitiæ gratia, & ad releuandos animos instituta,& ad hoc inuēta,ut humana mens aliquantulum curis & mœroribus relaxetur. Videte quomodo ipsi accusatores estis eorū quæ geritis,si hæc leuandi mœroris & lætitiæ capiendæ caussa reperta sunt,quomodo in lucis & syluis inuocationes dæmonum fiunt? quomodo insani

Amicitiam cū deo quomodo adipiscamur.

Prouidentia diuina cognoscitur ex rerū ordine.

Dictum est hoc de Helia, de quo 3. Regū.

Maiorum insti tuta sunt imitāda,si Christo non repugnēt.

Festi dies gentilium.

A sani rotatus hominū,sectionesq; membrorū,& abscisiones uerendorū? quomodo in his furor rabidus concipitur? quomodo inuitatur insania? quomodo mulieres sparsis crinibus furibundæ iactantur? unde stridor & fremitus dentium? unde mugitus cordis & uiscerum,& omnia illa quæ uel simulata,uel etiā ministerio dæmonum compaginata,ad terrorem stultorum, & ignorantium hominum proferuntur? hæc leuandi animi gratia fiunt,an potius opprimendi? Nondum sentitis neq; intelligitis,latentis intra uos serpentis hæc esse consilia? qui uos per irrationabiles errorū suggestiones, à ratione ueritatis abducit? ut uos libidinis & cōcupiscentiæ,ac totius dedecoris seruos teneat ac ministros. Sed ego clara uos omnes prædicationis uoce contestor, quod è contrario religio dei ad sobrietatē uos reuocat & pudicitiam,à luxuria ac furore iundiæ,propriꝭ esse cōtentos, & uirtute parsimoniæ,ne egestate quidē compulsos aliena diripere, sed in omnibus seruare iustitiā. Ab idolorū uos immolatione penitus remouere: per hæc enim inuitatis dæmones ad uosmetipsos, & introëundi eis aditum sponte præbetis, & ex hoc iam uel furoris caussas, uel inliciti amoris accipitis. Hinc omnis impietatis origo descēdit, hinc homicidia,adulteria,furta,& seminarium malorū omnium flagitiorumq; concipitur, dum profanis libaminibus & odoribus indulgetis,ac locum dominandi in uos,& ius quodammodo obtinendi malignis spiritibus datis. Ingressi enim sensus uestros,quid nisi quæ libidinis,quæ iniustitiæ,quæ crudelitatis sunt operentur, & ad omnia uos quibus ipsi delectantur, subigant obedire? permitB tente reuera hoc deo pati uos ab eis iusto quodam iudicio, ut ex ipso decore actuū sensuumq; uestrorū, intelligatis quàm indignum sit dæmonibus, & nō deo esse subiectos. Hinc & ad indecoros, & fœdos actus per amicitias dæmonū peruenitur. Hinc usq; ad ipsius uitæ pernitiem,uel per flammā libidinis accenditur,uel per iracundiæ rabiem,aut nimietatē tristitiæ peruenitur, ut sæpe notum est, etiā manus sibi intulisse nōnullos,quod, ut diximus, iusta quadam dei sententia fieri ab his non prohibetur, ut & quibus se subdiderint intelligant,& quem deseruerint recognoscant. Sed dicet aliquis, passiones istæ interdum accidunt etiam his qui deū colunt. Nō est uerum,etenim nos illum dei dicamus esse cultorem,qui uoluntatem dei facit, & legis præcepta custodit. Apud deum enim, non ille qui apud homines Iudæus dicitur, Iudæus est: neq; qui gentilis uocatur,ille gentilis est,sed qui deo credens legem impleuerit,ac uoluntatem eius fecerit, etiamsi non sit circumcisus. Verus dei cultor est is, qui non solū ipse à passionibus liber est,uerū & alios ab eis liberos reddit,etiamsi sint ita graues, ut montibus coæquentur,per fidem qua credit deo, transfert eas,sed & montes uere cū arboribus suis,si necesse sit, per fidē transfert. Qui autem uidetur quidem colere deum,sed neq; fide plena, neq; operibus mandatorū munitur, sed est peccator,pro peccatis locum dedit in semetipso passionibus,quæ ad pœnam peccantiū cōstitutæ sunt à deo, ut ab eis per inlata supplicia,exigāt debita peccatorū,& purgatiores eos ad iudicium illud

Vera religio dei in quibus sita.

Rom.10.

Verus dei cultor, per fidem omnia potest.

C omnium generale perducant, si tamen castigationem eorum nō deserat fides. Nam infidelium castigatio in præsenti uita indiciū est, quo alieni existere incipiunt à futuris bonis: deū uero colentiū castigatio, cū pro peccatis quæ acciderint eis infertur, cōmissi ab eis exigit debitum: ut præuenientes iudicium, in præsenti seculo peccati debitū soluant, & liberentur uel ex parte media ab æternis, quæ illic præparatæ sunt, pœnis. Sed hæc ita esse nō recipit, qui non credit futurū esse iudicium dei, & ob hoc præsentis seculi uoluptatibus obligatus, ab æternis excluditur bonis. Et ideo nos non negligimus prædicare uobis, quæ saluti uestræ scimus esse necessaria, & qui sit uerus dei cultus ostendere, ut credentes deo, per opera bona possitis unà nobiscū futuri seculi hæredes existere. Quod si nondum apud uos certum est, uera esse quæ dicimus, interim pro hoc primo nō debetis ægre accipere & infesti esse, quia quæ putamus bona, hæc uobis adnunciamus, & quod uobis salutare esse credimus, hoc etiam uobis conferre non inuidemus, omni, ut dixi, studio laborātes, quo cohæredes uos bonorum, quæ ipsi nobis euentura credimus, habeamus. Vtrum aūt pro certo uera sint quæ adnunciamus uobis, nō aliter scire poteritis, nisi ut obedientes his quæ mandantur, ipso rerum exitu, & beatitudinis certissimo fine doceamini. Et ideo etiāsi latens intrinsecus serpēs, sensus uestros mille depraua-
D di artibus occupet, & impedimenta mille subijciat, quibus à salutari doctrina uestrum declinet auditū, eò magis obsistere ei debetis, & spretis eius suggestionibus ad audiendum à nobis uerbū, suscipiendamq; doctrinā frequētius conuenire, quia nemo potest discere aliquid qui nō docetur. Cumq; hæc dixisset, iussit sibi eos qui languoribus, uel dæmonibus urgebantur, offerri. Et impositis eis manus cum oratione, atq; ita turbas dimisit, admonens, ut ad audiendū uerbum, diebus quibus inibidem moraturus esset, frequentarēt. Ideo ubi turbæ abscessere, PETRVS aquis quæ in horto fluebant corpus diluens, unà cū cæteris uolētibus, humi sterni iussit sub arbore quadam, cuius umbra erat pluri-
ma, & recumbere nos secundū ordinem apud Cæsaream statutū præcepit. Atq; ita cibo sumpto, Hebræorū ritu gratias agens deo, quia adhuc aliquantulū diei supererat, iubet nos de quibus uelimus percontari. Cūq; essemus omnes cū eo uiginti, unicuiq; de quo quærere uoluit explanauit, quorum singula quæq; libellis comprehensa tibi ante iam misi. Vespere autem iam facto ingressi hospitium cum ipso, suis quiq; locis requieuimus.

Infidelium dānatio in hoc seculo incipit.

Libelli isti non extant.

LIBRI QVINTI FINIS.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM Domini, LIBER SEXTVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

A  BIuero rarescentibus tenebris primum dies cœpit proferre crepusculum, PETRVS orationis gratia hortum ingressus, exinde egrediens atque ingrediens, uelut excusare nobis uidebatur, quod tardius solito euigilans uenisset ad nos, aiebat ergo: Vbi ueris tempus longiorem fecerit diem, necesse est ut nox breuior fiat, si quis ergo studiorum caussa noctis aliquid occupare desiderat, non in omni tempore easdem horas obseruare debet ad uigilandum, sed eadem temporis spatia, siue breuior, siue longior sit nox dormiendo consumere, & curare magnopere, ne præsumens ex his spatijs quæ habere ad studendū solet, addat somno, & uigilandi tempus imminuat. Obseruandum nāq; & illud est, ne forte si nondum decoctis cibis interrūpantur somni, indigestum corpus adgrauet mentē, & crudos adhuc exhalans spiritus, interiorem sensum cōfusum reddat ac turbidū. Rectū ergo est, ut competenti etiam pars ista quiete foueatur, quo possit sufficienter his, quæ sibi debentur, corpus expletis, iustum in reliquis menti exhibere ministeriū. Et cum hæc dixisset, plurimis iam consueto in horti loco ad audiendum congregatis, præsidit PETRVS, & salutatis ex more turbis, dicere hoc modo cœpit. Quoniamquidem sicut terra cultore neglecta, spinas & tribulos necessario produ-
B cit, ita sensus uester longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falsæ scientiæ germinauit. Opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis uestræ, ut id sermo ueritatis, qui est uerus & diligens cordis colonus, adsiduis excolat disciplinis. Vestrū ergo est præbere ei obedientiam, & occupationes ac solicitudines superfluas amputare, ne bonū uerbi semen enecet noxium germen. Potest enim fieri, ut multi temporis negligentiam, breuis & adsidua reparet diligentia, incertū nanq; est uniuscuiusq; uitæ tempus, & ideo festinandū est ad salutem, ne forte cunctantē mors repentina præueniat. Et ob hoc acrius intendendū est, ut dū est temporis spatiū, collecta malæ consuetudinis uicia resecētur. Quod nō aliter facere poteritis, nisi ut iracamini quodāmodo aduersum uosmetipsos, pro his quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est iusta & necessaria iracundia, qua unusquisq; in his quibus errauit & perperam gessit, indignatur, & semetipsum incusat, ex qua

Indigestio uitanda.

Concio Petri.

Euangeliū colonus cordis nostri est.

C indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui uelut agro ſterili immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſſimæ uoluptatis, bono ſemini uerbi dei fœcundiorem cordis præparat glebam. Puto autem quod ſatis dignas habeatis cauſſas iracundiæ, ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coäleſcat, ſi conſideretis in quantos uos errores deduxit ignorantiæ malũ, quantoſq; lapſus, & quanta præcipitia ad peccandũ dedit, à quantis uos bonis abſtraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod eſt ſuper omnia grauius, quod uos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nónne pro his omnibus, ubi uobis ueritatis lumen obfulſit, ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur, & iracundiæ deo placitæ intra uos conſurgit incendiũ? quo conſummatur, & radicitus intereat omne germen, ſi quod forte intra uos malæ concupiſcentiæ pullulauit. Vnde & ipſe qui miſit nos, cum ueniſſet, & omnem mundũ uidiſſet ad malitiã declinaſſe, nõ continuo pacem ei in erroribus poſito dedit, ne eum confirmaret in malis, ſed ignorantiæ eius ruinis ſcientiam ueritatis oppoſuit. Vt ſi forte reſipiſcerent, & lumen ueritatis aſpicerent, deceptos ſe, & in præcipitia erroris abſtractos merito dolerent, & iracundiæ ſalutaris ignem aduerſum deceptricem ſui cõciperent ignorantiam. Ob hoc itaq; dicebat: Ignem ueni mittere in terram, & quem uolo ut accendatur. Eſt ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis eſt in hac uita, ſermo enim ueritatis & ſcientiæ, neceſſario ſeparat homines ab errore & ignorantia, ſicut ſæpe uidimus putrefactas & emortuas corporis carnes, à connexione uiuentiũ membrorũ ferro ſecante ſeparari. Tale

D ergo aliquid eſt quod agit ueritatis agnitio: neceſſe eſt enim, ut ſalutis cauſſa filius, uerbi gratia qui ſermonem receperit ueritatis, à parentibus ſeparetur incredulis: aut rurſum, pater ſeparetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos & cõſanguineos credentes, atq; incredulos, ſcientiæ & ignorantiæ, ueritatisq; & erroris pugna conſurgit. Et ob hoc iterũ dicebat qui nos miſit: Non ueni pacem mittere in terrã, ſed gladiũ. Quod ſi dicit aliquis, & quomodo iuſtũ uidetur ſeparari à parentibus? Audi quomodo, quia ſi cum ipſis in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipſi cũ illis pariter interibũt. Iuſtum igitur & ualde iuſtum eſt, ſeparari eum qui ſaluari uult, ab eo qui non uult. Sed & illud aduerte, quia nõ ex illis qui rectius intelligunt, uenit iſta ſeparatio, illi em̃ uolũt eſſe, pariter & prodeſſe eis, & docere meliora. Sed eſt iſtud proprium ignorantiæ uicium, ut confutantem ſe ueritatis lucem non ferat habere de proximo, & ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nã qui ſcientiã ueritatis accipiunt, quia bonitatis plena eſt, tanquã à bono deo datam, cupiũt eam, ſi fieri poteſt, cum omnibus habere cõmunem, etiam cũ his qui oderũt eos & perſequuntur, ſciunt enim, quia peccati ipſorum cauſſa ignorantia eſt. Propterea denicq; ipſe magiſter cum ab his qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat patrẽ pro interfectoribus ſuis, & dicebat: Pater remitte eis peccatum, neſciunt enim quid faciunt. Imitantes quoq; diſcipuli magiſtrum, etiam ipſi cum paterentur, ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabãt. Quod ſi diſcipli-
na nobis eſt, orare etiã pro interfectoribus, & perſequutoribus noſtris, quo-
modo

Ignẽ intra nos accẽdi eſt odiũ peccati ſubnaſci.

Vita militia eſt

Matth. 10.

GLADIVS euangelij.

Luce 23.

Diſciplina Chriſtianorũ eſt orare etiam pro perſequutoribus.

A modo non etiam parentũ & propinquorũ perſequutiones ferre, & pro conuerſione eorũ orare debemus? Tum deinde etiam illud diligentius conſideremus, quæ ſit nobis cauſſa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quod uitæ noſtræ uidentur autores. Autores quidem uitæ noſtræ parentes nõ ſunt, ſed miniſtri: non enim uitam præbent, ſed ingrediendi nobis ad hanc uitam exhibent miniſterium: autor autem uitæ, unus & ſolus eſt deus. Si ergo autorẽ uitæ diligere uoluerimus, illum nobis ſciamus eſſe diligendũ. Sed illum, inquit, cognoſcere non potuimus, iſtos autẽ & nouimus, & in affectu habemus. Eſto, non potueris cognoſcere quid ſit deus, quid tamen nõ ſit deus, perfacile ſcire potuiſti. Nam quomodo latere potuit hominem quod lignũ, aut lapis, aut æs, uel alia huiuſmodi materia, deus non ſit? Quod ſi in his quæ facile deprehendere potuiſtis, animũ ad diſcutiendũ noluiſtis intendere, certũ eſt quia in agnitione dei impediti eſtis, nõ impoſſibilitatis, ſed ignauiæ uicio, nam ſi uoluiſſetis, ex his ipſis inutilibus ſimulacris, profecto accepiſſetis intelligentiæ uiam. Certum eſt enim quia per ferrum facta ſunt ſimulacra, ferrum uero per ignẽ confectum eſt, qui ignis aqua extinguitur, aqua autem per ſpiritũ mouetur, ſpiritus autẽ à deo initium habet. Sic enim dicit MOYSES propheta: In principio fecit deus cœlum & terram, terra autẽ erat inuiſibilis & incõpoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus dei erat ſuper aquas; qui ſpiritus iuſſu dei, quaſi ipſa conditoris manu, lucem ſeparauit à tenebris, & poſt illud inuiſi-

B bile cœlum, iſtud uiſibile produxit, ut ſuperiora quidem habitaculũ faceret angelis, inferiora uero hominibus. Propter te ergo dei iuſſu, aqua quæ erat ſuper faciem terræ ſeceſſit, ut terra tibi produceret fructus, cui etiam humorũ uenas latenter inſeruit, ut tibi ex ea profluerent fontes, & flumina. Propter te produ cere iuſſa eſt animantia, & omnia quæ tuo uſui uoluntatiq; ſeruirent. Aut non propter te uenti ſpirant, ut ex ipſis concipiens fructus tibi terra parturiat? Nõ propter te imbres profluunt, & tempora uiciſſitudines mutant? Non propter te ſol oritur, & occidit, & mutationes luna perpetitur? Propter te mare exhibet famulatum ſuum, ut tibi ingrato cuncta ſubiaceant. Nónne pro his omnibus iſta erit ultionis pœna, quia horum omniũ largitorem, quem ante omnia & agnoſcere & uenerari debuiſtis, ſolum præ cæteris ignoraſtis? Sed & nũc eiſdem uos ad intelligentiam uiis duco: uidetis etenim quod omnia gignuntur ex aquis, aqua uero per unigenitum ex initio facta eſt, unigeniti uero omnipotens deus caput eſt, per quem tali ordine, quo ſupra diximus, peruenitur ad patrem, cũ autẽ peruenieris ad patrem, agnoſces hanc eſſe uoluntatem eius, ut per aquas quæ primæ creatæ ſunt, denuo renaſcaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquã, bonis operibus adimpletis, hæres efficitur eius à quo in incorruptione regeneratus eſt. Propter quod paratis animis accedite, quaſi filij ad patrem, ut peccata ueſtra diluantur, & cauſſa eorũ ſola ignorantia fuiſſe probetur apud deum. Nam ſi poſt agnitionem horũ permanetis in incredulitate, uobis iam perditionis ueſtræ cauſſa, & nõ ignorantiæ reputabitur. Nec putes quod etiamſi omnem pietatem colas, omnemq; iuſtitiam, baptiſmũ uero non

Parentes miniſtri ſunt nobis ad uitam.

Hoc eſt quod opinor impulit Dionyſiũ ſcribere de Theologia negatiua

Gene. 1.

Propter hominẽ omnia creata ſunt.

Baptiſmus neceſſarius.

C accipias, ſpem poſſis habere apud deũ, imò potius maiore pœna dignus erit, qui bona opera non bene operatur, confertur enim meritum homini ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut deus iubet. Deus autem iuſſit omnem colentem ſe baptiſmo conſignari, quod ſi tu reniteris, & tuæ uoluntati magis quàm dei obtemperas, contrarius ſine dubio & inimicus es uoluntati eius. Sed dices fortaſſe, quid confert aquæ baptiſmus ad dei cultũ? Primo quidem, quia qđ deo placuit impletur, ſecũdo quia regenerato ex aquis, & deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ tibi per hominem facta eſt, amputatur, & ita demum peruenire poteris ad ſalutem, aliter uero impoſſibile eſt. Sic enim nobis cũ ſacramẽto uerus propheta teſtatus eſt, dicẽs: Amen dico uobis, niſi quis denuo renatus fuerit ex aqua, non introibit in regna cœlorũ. Et ideo adcelerate, eſt enim in aquis iſtis miſericordiæ uis quædã, quæ ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſuppliciis futuris, quaſi donũ quoddã offerẽs deo, animas per baptiſmũ cõſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas, ſolæ ſunt eñ quæ poſſint uim futuri ignis extinguere, ad quas qui moratur accedere, conſtat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere, & ab ipſo prohiberi ad aquas quæ ſalutem conferũt, properare. Siue enim iuſtus ſis, ſiue iniuſtus, baptiſmus tibi per omnia neceſſarius eſt. Iuſto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneratur deo: Iniuſto uero, ut peccatorũ quæ geſſit in ignorantia remiſſio concedatur. Omnibus ergo feſtinandum eſt ſine mora renaſci deo, quia incertus eſt uniuſcuiuſq; exitus uitæ. Cũ aũt regeneratus fueris per aquã ex operibus bonis, oſtẽde in te ſimilitudinẽ eius, qui te genuit patris. Agnouiſti enim deũ, honora patrem, honor autem eius eſt, ut ita uiuas ſicut ipſe uult. Vult autẽ ita uiuere, ut homicidium, adulterium neſcias, odium, auaritiã fugias, iram, ſuperbiam, iactantiã reſpuas, & execreris inuidiam, cæteraq; his ſimilia penitus à te ducas aliena. Eſt ſanè propria quædam noſtræ religionis obſeruantia, quæ nõ tam imponitur hominibus, quàm proprie ab unoquoq; deum colente cauſſa puritatis expetitur. Caſtimoniæ dico cauſſa, cuius ſpecies multæ ſunt, ſed primo ut obſeruet unuſquiſq;, ne menſtruatæ mulieri miſceatur, hoc enim execrabile ducit lex dei. Quod etſi lex de his nõ admonuiſſet, nos ut cantari libenter uoluere mur in ſtercore? Debemus amplius aliquid habere animalibus, utpote rationabiles homines, & cœleſtium ſenſuum capaces, quibus ſummi ſtudij eſſe debet, ab omni inquinamento cordis conſcientiam cuſtodire. Bonũ eſt autem & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonũ uero dico, non quaſi principale illud in quo mens purificatur, ſed quod ſequela ſit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim & magiſter noſter quoſdam phariſæorum & ſcribarum, qui uidebantur eſſe cæteris meliores, & à uulgo ſeparati, increpabat: dicens eos hypocritas, quia ea ſolum quæ hominibus uidebantur purificabãt, corda uero quæ ſolus deus aſpicit, inquinata relinquebãt & ſordida. Ad quos dam ergo ex ipſis non ad omnes dicebat: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mundatis calicis & paropſidis quod deforis eſt, intus autem plena ſunt

Opera tũ ſunt bona ſi fiũt ita ut deus præcepit.

Caſtimoniæ multæ ſpecies. Leuitici 18.

Vetus exẽplar cantari habebat, in alio non erat omnino, ſuſpicor autem legendum canterij.

Ioann. 3.

Matth. 23

D

A ſunt ſordibus. Phariſæe cœce, emũda prius quod intus eſt, & quod deforis eſt, erit mundum. Vere enim ſi mens mundetur luce ſcientiæ, cum ipſa fuerit munda ac ſplendida, tunc etiam eius qui deforis eſt hominis, ipſa neceſſario curam gerit, id eſt carnis ſuæ, ut & ipſa purificetur. Vbi autem iſta quæ deforis eſt purificatio carnis negligitur, certum eſt ibi neque de puritate mentis, ac munditia cordis curam geri: ita ergo fit ut is quidem qui intrinſecus mundus eſt, mundetur ſine dubio & extrinſecus. Non ſemper autem is qui mundatur extrinſecus, etiam intrinſecus mundus eſt, uidelicet cum agit hæc ut hominibus placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, ut ne paſſim, & libidinis ſolius cauſſa feminis coëaẽ, ſed poſteritatis reparãdæ gratia. Quæ obſeruãtia cum in nõnullis etiam pecudibus inueniatur, pudoris eſt ſi non ab hominibus rationabilibus, & deum colentibus obſeruetur, in tantũ autem caſtimonia, uerum dei cultum tenentibus, per has quas ſupra diximus, aliaſq; horum ſimiles ſpecies, cõſeruanda eſt, ut etiam apud eos qui à diabolo adhuc in erroribus detinentur, adtentius obſeruetur: eſt eñ & apud illos nõnulla obſeruantia caſtimoniæ. Quid ergo quod errãtes cuſtodiebatis, hoc nõ obſeruabitis emendati? Sed fortaſſe dicet aliquis ueſtrum: Oportet ergo nos omnia quæ fecimus dũ coleremus idola cuſtodire? Non omnia, ſed quæcũq; bene fiebant, hæc etiam nunc conuenit obſeruari, quia ſi quid recte fit ab his, qui in errore ſunt, certum eſt id à ueritate ſumptũ. Quia & ſi quid in uera religione nõ recte fit, non eſt dubium quin ab errore mutuatum ſit, bonũ nanq; B etiamſi ab errantibus geſtum fuerit, bonũ eſt. Et malum, etiamſi ab his, qui ueritatem ſequũtur geſtum fuerit, malũ eſt. Aut nunquid ita deſipiemus, ut ſi uideamus eum qui idola colit, eſſe ſobrium, nos qui deũ colimus, ſobrij eſſe recuſemus, ne eadem facere quæ ille qui colit idola uideamur? Non ita eſt, ſed ſit nobis ſtudiũ, ut ſi illi qui errant, homicidiũ non faciunt, nos ne iraſcamur quidem, & ſi illi adulterium nõ admittunt, nos ne concupiſcamus quidem alienã mulierem, ſi illi amant proximos ſuos, nos diligamus etiam inimicos noſtros, ſi illi mutuo dant his qui habẽt unde reddant, nos etiam his demus à quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos qui æterni ſeculi hæreditatem ſperamus, debemus præcellere eos qui præſens tantũ ſeculum norũt, ſcientes quia ſi opera illorum noſtris operibus conlata, in die iudicij ſimilia inueniantur ac paria, confuſio nobis erit, quod æquales inuenimur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam ſpem futuri ſeculi habuerunt. Et uere digna confuſio eſt, ubi nihil amplius geſſimus ab his quibus amplius intelleximus. Qđ ſi confuſio nobis erit, æquales eis inueniri in operibus bonis, quid erit nobis ſi inferiores nos, ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipſe uerus propheta docuerit, ad eos enim qui negligunt audire uerba ſapientiæ, ita ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cũ generatione hac, & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ, audire ſapientiam SALOMONIS, & ecce pluſquàm Salomon hic, & non audiunt. Ad eos uero qui de malis actibus gerere pœnitentiam detrectabãt, ita ait: Viri Nini-

Studẽdum eſt, ut ſimus intus mundi.

Chriſtiani quibus modis ethnicos uincere debeant.

Lucæ 11.

C uitæ ſurgent in iudicio cũ generatione hac,& condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione IONAE, & ecce plus quàm Iona hic. Vides ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia ueniebant, & oſtendens eos nec illis æquales eſſe, qui in errore poſiti uidebantur, ex ipſa tantum comparatione cõdemnat. Ex quibus omnibus ſermo quem propoſuimus adprobatur, ut caſtimonia, quæ aliquatenus etiã ab his, qui in errore ſunt poſiti, cuſtoditur, multo purius & attentius per ſingulas quaſq;, ſicut ſupra oſtendimus, ſpecies à nobis, qui ueritatem ſequimur teneatur, eò magis quò apud nos obſeruãtiæ eius præmia æterna poſita ſunt. Hæc & his ſimilia cum dixiſſet, turbas dimiſit, & ex more cum familiaribus ſuis cibo ſumpto, quieuit. Hoc autẽ modo per tres cõtinuos mẽſes, cum uerbum dei doceret, & plurimos conuerteret ad fidem, ad ultimum

Clemens baptizatur à Petro.

ieiunare me iuſſit, & poſt ieiunium in fontibus, qui contigui habentur mari, perennis aquæ mihi baptiſmum dedit. Cumq; pro regenerationis gratia diuinitus mihi conlata, feriati cum fratribus & laycis læti egiſſemus. PE-

D TRVS eos qui ad præcedendum fuerant ordinati, proficiſci Antiochiam iubet, atque ibi tres alios expectare menſes, quibus profectis, ipſe eos qui fidem domini plene receperant, deducẽs ad fontes, quos mari contiguos ſupra diximus, baptizauit, & euchariſtiam frangens cum eis: MARONEM qui eum hoſpitio receperat, perfectũ iam in omnibus, conſtituit eis epiſcopũ, & duodecim cum eo presbyteros, ſimulq; diaconos ordinat. Inſtituit etiam ordinem uiduarum, atque omni eccleſiæ miniſteria diſponit. Vniuerſosq; admonet MARONI epiſcopo, in omnibus quæ præciperet obedire, & ita cunctis competenter diſpoſitis, cũ trium menſiũ tempus fuiſſet expletũ, ualedicentes his qui erant apud Tripolim, Antiochiam proficiſcimur.

Maro ordinatus eſt epiſcopus.

Miniſteria eccleſiæ diſpoſita à Petro.

LIBRI SEXTI FINIS.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER SEPTIMVS, Rufino Torano Aquileienſe interprete.

A EGRESSI tandem etiã Tripolim Phœnicis urbem, primã in Hortoſiade haud procul à Tripoli, facimus manſionem, ubi ſequenti quoq; die remorati, quia omnes penè qui domino crediderant, dum diuelli à PETRO nequeũt, illò uſq; ſequuti ſunt, inde Antharadũ uenimus. Sed quod multi nos comitarentur, ait PETRVS ad Nicetam ſimul atq; Aquilam: Quoniamquidẽ plurimæ fratrum turbæ nobiſcũ ſunt, & ingredientes ſingulas quaſq; urbes, nõ parum inuidiæ contrahimus, uidetur mihi prouidendum, ut neq; ipſis ingratũ ſit, ſi prohibeantur ſequi, neq; nobis pompæ alicuius excitet malignus inuidiã. Cenſeo itaq; te Nicetam atq; Aquilam præcedere nos cũ ipſis: ita, ut etiã uos in duas partes diuiſam multitudinem ducatis, ut ſparſim magis quàm ſub una cõgregatione iter agentes, ſingulas quaſq; introëamus gentium ciuitates. Scio autẽ quia triſte uobis uidetur, quod uidemini à me, duorum ſaltem dierum ſpatio ſeparari: credite mihi, quia qua mẽſura diligitis me, decuplo amplior mihi quoque erga uos affectus eſt, ſed ſi pro affectu, quem ad inuicem gerimus, non

B faciamus quæ conuenientia & honeſta ſunt, inrationabilis huiuſmodi amor uidebitur. Et ideo nequaquam titulo charitatis imminuto, quæ utilia uidẽtur ac neceſſaria procuremus, maxime cũ nullus dies poſſit intercedere, quo nõ diſputationibus meis intereſſe poſſitis. Per ſingulas enim quaſq; nobiliores prouinciarum ciuitates, propoſui, ſicut etiam uos ſcitis, ter nos docendi gratia reſidere menſes. Nunc ergo Laodiciam, quæ eſt urbs proxima, præcedite me, & ego poſt biduum aut triduũ, quantum ad propoſitum meum ſpectat, inſequar uos. Opperimini autem me ad proximum portæ ciuitatis ſtabulum, & inde iterũ ſimiliter, cum dies ibi aliquot tranſegerimus, præcedetis me ad ulteriores ciuitates, & hoc uos facere per ſingulas cupio, declinandæ quantum in uobis eſt, inuidiæ gratia. Et ut fratres qui nobiſcum ſunt, ueſtri prouidentia, per ſingulas ciuitates parata inueniẽtes hoſpitia, minus uagari uideãtur. Hæc dicente PETRO, neceſſario adquieſcunt, dicentes: Nõ ualde nos contriſtat hoc agere quæ à te iubemur, quia omnia & bene agere, & bene conſulere, per CHRISTI prouidentiam electus es, ſed & una die, aut ſi multum biduo, quãuis grande ſit, in hoc omni ſpatio non uidere dominũ noſtrũ PETRVM, tamen tolerabile eſt. Conſideramus enim quid patiantur illi duodecim fratres

C nostri, qui præcedunt nos, & mensem penè integrum ex tribus mẽsibus, quibus per unamquamq; urbem resides, tanto bono auditus tui, uisionisq; fraudantur, ut ergo iubes, quia recte omnia iubes, agere non morabimur. Et his dictis, præcessere, acceptis mandatis, ut extra urbem adloquerẽtur fratres qui secum iter agebant, ne constipati & quasi cũ tumultu, sed sparsim & in binos diuisi, ingrediãtur ciuitates. Verum ubi illi profecti sunt, ego CLEMENS uallde gauisus sum, quod me secum esse fecit, & aio ad eum: Deo gratias ago, quod me nõ præmisisti cum alijs, nam tristitia interissem. Tum PETRVS: Et quid fiet, inquit, si necessitas exegerit mittere aliquò doctrinæ gratia, separatus à me pro utilitate morieris? nec tibimetipsi imperabis ferre patienter quæ necessitas imposuerit? Aut ignoras, quia amici semper simul sunt, & licet corporibus separentur, memoria tamen iunguntur? sicut è contrario nõnulli corporibus unà positi, animis diuiduntur. Et ego respondi: non putes mi domine, hæc me inrationabiliter pati, sed certa & causſa & ratio est, huius erga te affectus mei. Te em̃ solum pro omnibus meis affectibus habeo, pro patre, pro matre, pro fratribus: super hæc aũt omnia est, qd' mihi salutis causſa, & agnoscendæ ueritatis tu solus existis. Sed & illud non mihi in postremo habetur loco, quod iuuenilis ætas quæ in me est, concupiscentiarũ insidijs subiacet, & uereor esse sine te, cuius solam præsentiam omnis luxuria, quamuis ratione careat, erubescit. Licet confidam de misericordia dei, quod etiam sensus meus, ex his quæ per doctrinam tuam concepit, aliud iam aliquid ad cogitationem recipere nõ possit. Præterea memini te apud Cæsaream dixisse, ut si quis uult me salua pietate comitari, comitetur. Salua autem pietate dicebas, ut neminem contristaret, cui secundũ deũ deberet adhærere, uerbi gratia, ne uxorem fidelem relinqueret, uel parentes, uel alias huiusmodi personas, à quibus ego uallde liber sum, & ideo aptus ad sequendũ te, atque utinã mihi concedas, ut tibi etiam serui ministeriũ exhibeam. Tum PETRVS ad hæc ridens, ait: Et quid putas CLEMENS, quod nõ te ipsa necessitas mihi faciat seruum? Nam quis mihi poterit alius sternere sindones, & stragula pulchra componere? Quis seruare anulos, & indumenta, quæ assidue mutare debeã præparabit? Quis etiam cocis imperabit, & diuersa atque electa pulmenta prouidebit, quæ artissima & uaria præparẽtur? & omnia illa quæ hominibus molliter institutis, imò potius cupiditati eorũ uelut immanissimæ cuidam bestiæ iniustis quæstis sumptibus conuectantur. Sed fortasse quamuis mecum positus uidearis, nõ agnoueris uitam meam, panis mihi solus cum oliuis, & raro etiam cum oleribus, in usu est. Indumentũ autem hoc est mihi quod uides, tunica cum pallio, et hæc habens, aliud nihil requiro, hoc mihi sufficit, quia mens mea non ad hæc præsentia, sed ad illa quæ æterna sunt aspicit, & ideo nihil me rerũ præsentiũ, uisibiliumq; delectat. Vnde tuũ quidem erga me bonũ animũ amplector & miror, ac te magis laudo, quomodo cum sis uir, ex consuetudine multæ abundantiæ ueniens, tam cito transferre & aptare te potueris, ad hanc uitam nostram, quæ solis necessarijs utitur? Nos em̃ à puero, id est ego & frater germanus meus

Cauet Petrus ne peregrinatio sua speciem ullã tumultus, id quod facile poterat fieri præberet.

Tenuitas & parsimonia Petri.

D

A nus meus, ANDREAS nõ solum orphani, sed & uallde pauperes creuimus, & necessitate operarij esse consueuimus. Vnde & nunc facile uexationes itinerũ ferimus, sed potius si mihi adquiescerem & permitterem, ego magis homo operarius facilius tibi possem serui implere ministeriũ. At ego hæc audiens, contremui, & lachrymæ mihi continuo proruperunt, quod talem mihi sermonẽ dixerit uir tantus, quo omnis mũdus habetur inferior. Tũ ille lachrymantem me uidens, causſam percontatur. Cui ego respondi: Quid tantũ in te peccaui, ut me tali sermone onerares? Et PETRVS: Si malũ est, inquit, quod dixi ut seruiam tibi, tu prior peccasti hoc mihi dicendo. Et ego: Non est, inquam, similе, me enim decet hoc tibi facere, tu autem qui dei summi præco ad saluandas animas hominum missus es, graue est ut hoc mihi dicas. Et PETRVS: Adquiescerem tibi, inquit, nisi dominus noster, qui ad salutem totius mundi uenit, & qui erat omni creatura nobilior, seruire passus esset, ut nos suaderet, nõ erubescere fratribus nostris seruorũ exhibere ministeriũ. Tum ego si puto quod possim te uincere, uallde stultus sum, uerũtamen ago gratias prouidentiæ dei, quod parentũ loco habere te merui. Tum PETRVS: Nemo enim, inquit, uere ex genere tibi superest? Respondi, sunt quidem multi potentes uiri ex Cæsaris prosapia uenientes, nam patri utpote ꝓpinquo suo, & unà educato, nobilis adæque familiæ Cæsar ipse iunxit uxorem, ex qua duos geminos ante me filios suscepit, nõ uallde, ut aiebat pater, sibi inuicem similes, ego enim eos nõ adeo sciebam, sed ne matris quidem uallde memor sum, sed quasi per somnium, ita tenuiter uultus eius speciem recolo. Mater ergo mea Mattidia, pater Faustinianus uocitatus est: fratrũ aũt meorũ alter Faustinus, alter Faustus dicebatur. Interea cũ ego quinq; uixdũ essem annorũ, mater sicut à patre dicebat somniũ uidit, quo moneretur, nisi cũ duobus filijs suis geminis, confestim urbem fuisset egressa, & abfuisset annis decem, ipsam pariter cum liberis interitu exitiabili periturã. Tum pater, qui tenere diligeret filios, adiunctis seruis & ancillis, ac sumptibus sufficienter præbitis, naui impositos cum matre filios, Athenas mittit erudiendos, me sibi solũ filiũ ad solatiũ retinens, & in hoc quidem gratias agens, quia nõ etiam me imperauit somniũ pariter cũ matre discedere. Anno aũt cõpleto, pater misit ad eos Athenas homines & sumptus, scire simul cupiens quid agant, nec tamen redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno, mœstissimus pater mittit alios cũ pecunijs, qui quarto anno regressi, nũciant neq; matrem se, neq; fratres uidisse, sed neq; Athenas eos omnino peruenisse, neq; usquam alicuius saltem qui cũ ipsis fuerãt, uestigiũ repertum. Pater hæc audiẽs, & multa tristitia obstupefactus, nesciẽs quo tenderet, aut ubi quæreret, unà mecũ descendit ad portũ, & requirere à nautis cœpit sic, ubi aliquis eorum uidisset aliquando ante quatuor annos corpus mulieris, cum duobus paruulis eiectum? Cum multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati eluceſceret, tam immensum pelagus perscrutantibus, prò multo tamen affectu pater quem erga suos gerebat, pascebatur uanis spebus, donec uisum est ei, ut me sub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret, annorũ cum essem duo-

Petri & Andreæ paupertas.

Matth. 10.

Clementis prò sapia.

B

Mattidia. Faustinianus. Faustinus. Faustus.

C decim, & ipse pergeret ad requirendum, flens itaque descendit ad portum, & nauem conscendens profectus est, ex eo usque in hodiernum, neque literas eius accepi, neque si uiuat, aut defunctus sit noui. Sed magis suspicor, quia & ipse obierit, aut tristitia uictus, aut naufragio, anni etenim uiginti elapsi sunt, quibus hæc geruntur, & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis uenit. PETRVS hæc audiens, ex affectu lachrymas fudit, & ad eos qui aderant familiares ait: Hæc si quis in dei cultu positus pertulisset, quæ huius pertulit pater, statim homines religioni adscriberent erumnarũ caussam, quæ cum accidũt miseris gentilibus, malorũ caussam fato adscribunt. Miseros aũt dico eos, quia & hic uexantur erroribus, & ab spe futura fraudãtur, dei enim cultores cum hæc patiuntur, ad purgationem peccatorũ cedit eis, quod perferunt patienter. Post hæc dicta, unus ex adstantibus Petrum rogare cœpit, ut die crastina maturius ad insulam proximam, quæ sex nõ amplius stadijs aberat, Aradum nomine pergeremus, uidendi in ea gratia mirũ aliquod opus, columnas uitreas magnitudinis immensæ: cui PETRVS, ut erat clementissimus, adquieuit, sed monuit nos, ut cum nauem descendissemus, non unà omnes concurrere ad uidendum: nolo enim, inquit, notari uos à turba. Cum ergo die postera nauis sub momento horæ uenissemus ad insulam, continuo ad locũ in quo erant columnæ mirabiles properamus. Erant autem in æde quadam positæ, in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur, quibus intento unusquisq; nostrũ detinebatur aspectu. PETRVS uero ubi solas columnas miratus est uitreas, nequaquam raptus picturæ gratia, egressus uidit pro foribus mulierculam quandam stipem ab introëuntibus deposcentem, quam attentius considerans ait: Dic mulier, quod tibi membrũ corporis deest, quod huic te iniuriæ subiecisti, ut stipem petas, & non potius manibus tuis, quas à deo accepisti operãs, cibum quæras? At illa suspirans ait: Vtinam mihi quidem essent manus quæ moueri possent, nunc autem species tantũ seruata est manuum, nam ipsæ sunt emortuæ, & meis morsibus debiles & sine sensu redditæ. Et PETRVS: Quæ inquit, fuit caussa, ut hoc tibi tantũ mali ipsa cõferres? Ignauia, inquit, nec aliud quicquam: si enim fuisset in me aliquid uirtutis, potui uel præcipitio uti, uel profundo maris injicere memetipsam, & finẽ dare doloribus meis. Tum PETRVS: Ecquid putas, ait, mulier, quod qui semetipsos perimunt, à supplicijs liberantur? nisi quia maioribus subiacẽt pœnis animæ eorũ, qui sibijpsis intulerint manus. At illa: Vtinam, inquit, istud mihi certũ fieret, quia uiuunt animæ in inferno, libenter amplecterer etiam pœnas ferre mortis inlatæ, tantum ut dulces mihi natos horam saltem unam uiderem. Et PETRVS: Quid tantum istud est, quod te tam graui afficit tristitia scire uelim? Si enim doceres me caussam, possem tibi & ego euidenter ostendere ô mulier, quod in inferno uiuant animæ, & pro præcipitio uel profundo, possem tibi dare medicamentum aliquod, ut sine cruciatu ualeas uitam finire. Tunc mulier promissione hac gratanter accepta, cœpit dicere: Genus quidem mihi & patria quæ sit, nec credi facile, nec dici necessariũ puto, sed caussam tantũ sufficit doloris exponere, cur

Religioni olim sicut & hodie imputata sunt incommoda, si quæ euenerãt.

In uetustissimo codice legitur Aradum, quæ lectio mihi probatur. Quãuis non ignorẽ, uel ex libro quinto Plinij posse & Antaradũ legi. Opera Phidiæ.

D

Iucunda egressio Clementis.

A re, cur morsibus meis meas ipsa debiles reddiderim manus. Ego generosis orta parentibus, & potentis adæque uiri sortita matrimoniũ, duos suscepi gemi nos liberos, & post hos unum alium. Sed frater uiri mei, inlicito in me amore uehementer exarsit: mihi autem cum super omnia chara esset pudicitia, & neque tanto sceleri adquiescere, necp uiro uellem flagitiũ fratris aperire, cogitaui quatenus & ego impolluta euaderem, & fratrem inimicũ & hostem nõ facerem fratri, ne genus omne, quod erat nobilis familiæ, in obprobrium darem. Patria ergo & urbe, cũ duobus meis gẽminis discedere statui, donec incestus amor cõquiesceret, quem forte præsentiæ meæ palparet & inflammaret aspectus, alius sanè filius, quatenus patri maneret ad solatiũ cogitaui. Sed ut hæc ita fieri possent, somniũ finxi, quasi adsistente mihi per uisum quodam numine, & dicente, ut cõfestim cum gemínis meis urbe discederem, & tam diu abessem, donec redire me ipse præciperet: quod si nõ facerem, cũ liberis omnibus me pariter perituram, & ita factũ est. Statim enim ut somniũ uiro enarraui, extimuit, & sociatis mihi duobus filijs, seruis quoq; & ancillis, pecunia etiã abundanti data, nauigare Athenas iubet, ubi simul & erudire liberos possem, manſura, inquit, ibi usquequo uisum fuerit ei qui præcepit exire, ut redeas ad nos. Interea nauigans unà cum meis natis, uentorum uiolentia ad hos infelix nocturno naufragio depulsa sum locos, & cum omnes interissent, adreptam me crudelem, supra saxum quoddam uehementior fluctus eiecit, ubi cum sederem ea sola spe, qua meos possem forte natos inuenire, in profundũ me non

B præcipitaui, tunc cũ adhuc perturbata anima, & doloribus ebria facere hoc & audebat & poterat. Verum ubi dies exortus est, & ego cũ clamore & ululatu infelicium natorum circumspicerem, si cubi uel eiecta possim uidere cadauera, miseratione commoti quidam ex his qui me uiderant, primo per pelagus, tum etiam circa littora requirunt, si quem forte de meis infantibus inuenirent. Sed ubi nusquam ullus inuẽtus est, miserantes me mulieres loci, consolari cœperunt, enarrantes singulæ suas quæq; miserias, ut ex similitudine calamitatum solatium caperem, quod me magis cõtristabat, non enim tale mihi erat ingenium, ut aliorum mala, mea esse solatia ducerem. Et cum me multæ hospitio cuperent recipere, una quædã paupercula hic habitans, extorsit mihi tugurio eius succedere, dicens, fuisse sibi uirũ nautã, eumq; in mari adolescentem defunctũ, sibiq; ex eo die cũ multi eam accipere in coniugiũ cuperẽt, amore uiri uiduitatẽ fuisse chariorẽ. Erũt ergo, inqt, nobis cõmunia, quæcũq; manibus nostris operantes, quærere poterimus, & ne longa ac minus utili narratione utar, libenter habitaui cum ea, propter affectum fidei quam seruauerat uiro. Sednõ multo post, mihi infelici laceratæ dudum morsibus, resolutæ sunt manus, & illa quæ me susceperat, incurrit paralysin, & domi in lecto iacet. Illarum autem mulierum quæ prius miserabãtur, refrixit affectus, nos ambæ debiles, ego, ut uides, sedeo stipem petens, & si quid forte quæsiero, sit unus duarum infeliciũ cibus. Ecce iam quæ mea sunt, sufficienter audisti, tu nunc, quid moraris implere quod promiseras, & dare medicamentum? quo possit absq;

Exemplũ pudicitiæ in matre Clementis.

Athenæ.

Naufragiũ mulierculæ.

110 C cruciatu,ut ais,utraq; noſtrum miſerabilis uitæ ſortem finire. Hæc dicẽte mu-
liere, multa PETRVS cogitatione diſtractus, uelut attonitus ſtabat, & ego
CLEMENS ſuperueniens, dudum inquam, per omnia diſcurrens, quærebã
te, & nunc quid facimus? At ille præcepit mihi ut ad nauiculam præcederem,
ibi me, inquit, operire: & quia contradici ei non poterat, quod iuſſit impleui.
Ipſe uero, ut mihi cuncta poſterius enarrauit, ſuſpicione quadam pulſatus, re-
quirebat à muliere genus, & patriam ſimul, & nomina filiorum, quæ ſi mihi,
inquit, dixeris, dabo continuo medicamentũ. At illa, quaſi uim ſuſtinens, quia
neq; fateri hæc uolebat, & medicamenti cupida erat, finxit alia ex alijs, & ait
ſe quidem eſſe Epheſiam, uirum aũt Siculũ, ſed & filiorum nomina, ſimiliter
immutauit. Tum PETRVS, putans eam uerũ reſpondiſſe, ait: Heu mulier,
putabam, inquit, grande aliquod gaudium hodierna nobis die oriturũ, ſuſpi-
cabar enim te eſſe quandam mulierem, de qua ſimilia quædã nuper ad fidem
didici. At illa adiurabat eũ, dicens: Rogo te, ut indices mihi quæ iſta ſit, ut ſciã,
ſi eſt ulla inter mulieres me infelicior. Tum PETRVS, fallere neſciens, & mi-
ſeratione commotus, cœpit dicere: Eſt quidam adoleſcens inter eos, qui me ſer-
quuntur, religionis & ſectæ gratia, Romanus ciuis, qui mihi enarrauit, quod
patrẽ habuerit, & duos geminos fratres, ex quibus nullus ei ſupereſt. Mater,
inquit, mea, ſicut à patre didici, ſomniũ uidit, ut Romana urbe ad tempus exce-
deret cum duobus geminis natis, ne forte exitiali interitu deperirent, quæ
D cum diſceſſiſſet, nuſquã terrarum ultra comparuit. Pater uero ſuus, poſt hæc
ad inquiſitionem uxoris ac filiorũ profectus, nec ipſe inuenitur. Hæc cum di-
xiſſet PETRVS, mulier ſtupore percuſſa corruit. Tum PETRVS contine-
re eam, & conſolari cœpit, ac requirere quid eſſet cauſſæ, aut quid pateretur?
At illa uix aliquando ſpiritũ reuocans, ac ſemetipſam ad gaudij, quod ſpera-
bat magnitudinem reparans, ſimulq; adfricans uultum, hic, inquit, eſt quem
dicis adoleſcens? At PETRVS, ubi rem intellexit: Dic, inquit, mihi tu prior,
nam uidere eum non poteris. Tum illa: Ego, inquit, ſum adoleſcentis mater. Et
PETRVS: Quod ei nomen eſt? At illa: CLEMENS ait. PETRVS: Ipſe eſt,
& ipſe erat, qui paulo ante mecum loquebatur, & quem iuſſi ad nauem præ-
cedere. Tũ illa, procidẽs ad pedes Petri, rogare cœpit, ut feſtinaret ad nauem.
Et PETRVS: Si mihi, inquit, ſeruas fidem, ut facias qd' dico. At illa: Omnia,
inquit, facio, tantũ mihi, inquit, oſtende unicum meum natum, puto enim me
per ipſum, & geminos meos uidere. Et PETRVS: Cum uideris, inquit, eum,
modo interim diſſimula paululũ, uſquequo egrediamur ab inſula. Ita, inquit,
faciam. Et tenens manũ eius PETRVS, adducebat eam ad nauem. Quẽ ego
uidens manũ dantem mulieri, ridere cœpi, accedens tamen honoris eius gra
tia, pro ipſo cœpi uelle ſubijcere manũ meã, & ſuſtentare mulierem: ſimul au-
tem, ut manum eius contigi, ululatu ingenti reddito, in amplexus meos inruit,
& maternis me conſectari oſculis cœpit. At ego ignorans omne negocium,
quaſi inſanientem mulierẽ repellebam, ſimul & cũ uerecundia licet, indigna-
bar tamen quodammodo aduerſum Petrum. At ille: Deſine, inquit, quid agis

Mater Clementis poſt diutinã peregrinationẽ, filiũ caſu reperit.

ô fili

A ô fili CLEMENS, noli repellere tuã matrẽ. Ego uero, ubi hæc audiui, cõtinuo
lachrymis ſuffuſus, concidi ſupra iacentem matrem, & oſculari eam cœpi. Si-
mul enim ut audiui, paulatim uultũ eius reuocabam ad memoriam, & notior
mihi intuenti tanto magis fiebat. Multitudo interim cõueniebat plurima, au-
diens quod mulier quæ ad ſtipem petẽdam ſedebat, recognita eſſet à filio ſuo,
uiro quodam bono. Et cum uelimus confeſtim enauigare ex inſula, mater ait
ad me: Fili dulciſſime, rectum eſt, ut ualedicam mulierculæ, quæ me ſuſcepit,
eſt enim egẽs, & paralytica, iacens in lectulo. Quibus auditis Petrus, & omnes
qui aderant, admirati ſunt bonitatem, ac prudentiam fœminæ, & cõtinuo iuſ-
ſit PETRVS abire quoſdã, & deferre mulierem in lectulo, ubi iacebat. Cũq; *Petrus ſanat paralyticam.*
fuiſſet adlata, & in medio turbæ adſtantis poſita, in conſpectu omnium PE-
TRVS ait: Si ueritatis ego ſum præco, ad confirmandam fidem horũ omniũ
qui adſiſtunt, ut ſciant, & credant, quia unus eſt deus, qui cœlum fecit, ac ter-
ram, in nomine IESV CHRISTI filij eius, ſurgat hæc mulier. Et ſtatim, ut
hæc dixiſſet, ſurrexit ſana, & procidit ad pedes Petri, atq; amicam ſuã, ac fami
liarem oſculis petens, percontabatur ab ea, quid iſtud eſſet negocij? At illa bre
uiter omnem ei ordinem agnitionis expoſuit, ita, ut etiam turbæ adſtantes mi-
rarentur. Tum PETRVS: De fide dei ac religionis inſtitutis, quod ad ſe per-
tinebat, in quantũ tempus patiebatur, loquutus ad turbas, addit etiã hoc, ut ſi
quis uellet de his diligentius noſcere. Antiochiam ueniret, ubi tribus, inquit,
menſibus ſtatuimus reſidere, ut quæ ad ſalutem pertinẽt, diſcat. Si emi, inquit,
B negociandi cauſſa, aut militandi patriam relinquunt homines, ac parentes, &
longas peregrinationes ſubire nõ metuũt, pro uita æterna tribus ſaltem men-
ſibus peregrinari, cur oneroſum uideatur ac difficile? Cumq; hæc & alia his
ſimilia dixiſſet, ego mulieri quæ ſuſceperat matrẽ, & ſanitatem receperat per
Petrum, mille drachmas donaui, & præſentibus cunctis, cõmẽdaui eam cuidã *Quæ ſumma paulo plus cõficit q̃ XXX. III. aureos Rhenenſes.*
uiro bono, primario illius oppidi, qui & libenter ſe facturũ, quod imperaba-
mus ſpopondit. Sed & alijs quibuſdam aliquantulũ pecuniæ diſtribui, & illis
mulieribus, quæ aliquando ſolatæ dicebantur in miſerijs matrem meam, qui-
bus & gratias retuli, & poſt hæc unà cum matre enauigabamus Antharadũ.
Cumq; ueniſſemus ad hoſpitium, mater requirere cœpit à me, quonam de-
ueniſſet pater? Cui ego: Ad te, inquam, requirendam profectus, ultra non re-
diit. At illa audiens, ſuſpirauit tantũ, grande emi pro me gaudium habens, reli
quos ſolabatur mœrores. Die autem poſtera ſedens unà cum uxore Petri, iter *VXOR PETRI unà erat in peregrinatione.*
agebat nobiſcum, & uenimus Balaneas, ubi triduo remorati, inde adceſſimus
Patho, & poſt hoc Gabala, & ſic Laodiciam peruenimus, ubi ante portas
occurrunt nobis Niceta & Aquila, & oſculantes, nos abducunt in hoſpitium.
PETRVS autem uidens amplam ciuitatem & ſplendidam: Dignum eſt, in-
quit, remorari nos in hac diebus decem, aut etiam amplius. Tum NICETA
cum AQVILA requirebant à me, quæ eſſet mulier hæc ignota. Et ego reſpõ-
di: mater mea eſt, quam mihi redonauit deus per dominum meũ Petrũ. Hæc
cum ego dixiſſem, cuncta eis PETRVS per ordinem cœpit exponere, & ait:

C Cum uenissemus Aradum, & ego uos præcedere iussissem, profectis uobis eadem die Clemens, cum incidisset sermonis occasio, genus suum mihi exposuit ac familiam, & quod parentibus esset orbatus, duosq; habuisset priores se geminos fratres: & sicut mihi, inquit, pater enarrauit, somniũ uidit aliquando mater, quo iussa est cũ geminis suis, ex urbe ROMA proficisci, ne subito & pariter interirent. Cumq; somnium patri indicasset, ille qui tenero filios diligeret affectu, nequid forte mali paterentur, uxorẽ pariter ac filios, naui cum omnibus necessarijs impositos, emittit Athenas erudiendos. Post hæc misit semel & iterum qui requirerent, nusquam ullius ne uestigium quidem reperit. Ipse ad ultimum pater ad inquirendum proficiscitur, & usque ad præsens, ne ipse quidem usquam est. Hæc cum mihi CLEMENS enarrasset, accessit ad nos quidam, rogans, ut ad insulam Aradum quæ uicina erat, accederemus, uidendi gratia columnas uitreas miræ magnitudinis, adquieui, uentum est ad locũ, cæteri omnes interiora ædis ingressi, mihi animus, nescio ob quam caussam, ingrediundi ultra non dedit. Sed dũ illos foris opperior, mulierem hanc cõsiderare cœpi, qua parte membrorũ esset debilis, ut nõ labore manuum uictum quæreret, sed mendicitatis pudorem subiret, requiro ergo ab ea caussas. Illa nobili se ortam genere, & nobili nihilominus uiro in matrimonio fuisse iunctã fatetur, cuius frater, inquit, in me inlicito amore inflammatus, fraternũ thorum polluere cupiebat. Quod ego abhorrens, & rursum, de tanto scelere uiro indicare non audens, & ne bellum fratribus, & obprobrium generi indicerem, magis ex patria discedere iudicaui, cum duobus geminis filijs meis, iuniore puero ad solatium patri relicto. Et ut hæc, inquit, honesta specie fierẽt, cogitaui somnium fingere, & dicere uiro, adstitisse mihi numen quoddam per uisum, & dixisse ut cum duobus geminis meis cõfestim ex urbe proficiscerer, usquequo ab ipso audirem, quãdo redire deberem. Quibus auditis, credidisse aiebat uirum, & Athenas se geminis cum liberis emisisse inibi erudiendis. Sed tempestate graui ad hanc insulam fuisse depulsos, ubi confracta naui, se fluctu excussam supra saxum quoddam, ob hoc solum mortem distulisse, donec, inquit, infelicium natorum meorũ saltem emortua membra complecterer, ac sepulturæ mandarem. Sed cum dies fuisset exortus, & turbæ conuenissent, miseratione moti proiecerunt mihi indumentum. At ego infelix fletibus multis rogabam, ut requirerent, sicubi infeliciũ natorum possint inuenire corpuscula. Ego autem omne corpus meũ dẽtibus laniãs, planctibus & ululatibus nihil aliud clamabam, nisi ubi mihi infelici Faustus est, ubi Faustinus? Et cum hæc diceret Petrus, NICETA & AQVILA subito adsurgunt, & stupefacti perturbari cœperunt, dicentes: Dominator domine & deus omnium, uerá ne hæc sunt, an somnium est, quod agitur? Tum PETRVS: Nisi, inquit, nos insani sumus, hæc uera sunt. At illi paululum remorati, & confricantes faciem, aiunt: Nos sumus Faustinus & Faustus. Sed & ab initio, cum narrare cœpisti, statim in suspicionem incidimus, ne forte ad nos pertinerent, quæ dicebantur, rursus tamen considerantes, multa similia accidere in uita hominum, reticuimus, licet cor nos-

Niceta & Aquila fratres Clementis, antea dicti sunt Faustinus & Faustus.

A cor nostrũ spe aliqua pulsaret, aspiciebamus ergo ad finẽ sermonis, ut si adintegrũ de nobis esse cõstaret, tũ fateremur. Et cũ hæc dixissent, lachrymantes ingrediebanẽ ad matrẽ, cũ reperissent quiescentẽ, & cõplecti uellẽt, phibuit PETRVS, dicẽs: Sinite me prius præparare animos matris, & ita uos afferre ei, ne forte multo & subito gaudio mẽte excidat, & sensus eius turbet, maxime quia nũc etiã somno occupata stupet. Igit ubi mater exurrexit è somno, adloqui eã PETRVS cœpit, dicẽs: Scire te uolo mulier religionis nostræ obseruantiã. Nos unũ colimus deũ, qui fecit mũdũ, huius & legẽ seruamus, qua mãdat in primis, ipsum colendũ, & nomẽ eius uenerandũ, parentes honorãdos, pudicitiã iustitiãq; seruandã. Sed & illud obseruamus, mẽsam cũ gẽtilibus nõ habere cõmunẽ, nisi cum crediderint, & recepta ueritate baptizati fuerint, ac trina quadã beati nominis inuocatione consecrati, & tũc cũ eis cibũ sumimus. Alioquin etiã si pater aut mater sint, aut uxor, aut filij, aut fratres, nõ possumus cũ eis mensam habere cõmunẽ. Quia ergo religionis caussa præcipua hoc facimus, non tibi iniuriosum uideat, qd non potest filius tuus unà tecũ sumere cibũ, usquequo eadẽ tibi sit, quæ illi sentẽtia fidei. Quibus illa auditis, & quid, inquit, uetat hodie me baptizari? quæ etiã priusquàm te uiderẽ, illos quos dicũt deos, penitus auersata sum, quod mihi frequẽter & penè quotidie sacrificãti sibi, præstare potuerũt nihil. Nã de pudicitia quid dicã? cũ me necq; tũc deliciæ deceperint, necq; nũc egestas peccare cõpulerit. Satis aũt puto innotuisse tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ, quæ ut euaderẽ inliciti amoris in- *Mortuos enim legimus aliquot subito gaudio.*

B fidias, somniũ finxi, ut cũ duobus meis geminis peregrinarer, & hũc solũ filiũ meũ Clementẽ, ad solatiũ patri reliqui. Si em mihi duo uix sufficiebãt, quanto magis cõtristasset patrẽ, si nullũ penitus habuisset? Erat em miser, grãdi affectu erga filios, ita, ut uix ei somni autoritas extorqueret, Faustinũ & Faustũ Clemẽtis huius fratres, mihi cõcedere, & ipse solus cõtentus esset Clemẽte. Hæc illa cũ diceret, ultra nõ ferẽtes fratres mei, inruũt in cõplexus matris, cũ multis lachrymis, & osculãtur eã. At illa, quid uult, inquit, hoc esse? Tũ PETRVS: Nolo turberis mulier, cõstans esto, isti sunt Faustinus & Faustus filij tui, quos in profundo perisse dicebas, quomodo autem uiuant, & quomodo in illa horribili nocte de profundo euaserint, & quemadmodũ alius ipsorũ Niceta, & alius Aquila dicatur, ipsi tibi exponere poterunt, & unà tecum etiam nos audiemus. Vbi hæc PETRVS dixit, mater nimio gaudio intercepta corruit, & tandẽ aliquando reparata, atque in semetipsam regressa, ait: Obsecro uos dulcissimi filij, dicite mihi, quæ acciderint uobis post illam feralem, & crudelissimã noctem. Tum NICETA cœpit dicere: In illa nocte ô mater, cũ nauis fuisset resoluta, & nos innitentes fragmento cuidam tabularum, per pelagus iactaremur, uiri quidam, quibus per profundũ latrocinari artificium est, repertos imposuerũt nos nauiculæ suæ, & remis undarũ uortices superãtes, diuersis itineribus Cæsareã Stratonis perduxerũt, ibiq; adfligẽtes nos fame, uerberibus, metu, utine qd esset in uero proderemus, immutatis etiam nostris nominibus uendiderũt nos cuidam uiduæ, honestæ admodũ feminæ. Iustæ nomine, quæ cum emisset, habuit loco filiorum, ita, ut etiam græcis nos literis, & liberalibus

C

Philosophiæ studia perdiscenda sunt ad refutãdos Hæreticos.

adtentissime eruditet. Vbi uero adoleuimus, etiã philosophorũ studijs operã dedimus, quo possimus religionis diuinæ dogmata, philosophicis disputationibus adserentes, confutare gentiles. Simoni autẽ cuidã mago, qui nobiscũ unà educatus est, pro amicitijs & puerili cõsuetudine adhæsimus, ita, ut penè ab eo decipi possemus. Fertur em̃ in religione nostra sermo de propheta quodam, cuius ab omnibus, qui religioni huic deseruiũt, sperareturaduentus, per quẽ immortalis & beata uita, credentibus danda ꝓmittitur. Hũc ergo nos putabamus Simonẽ, sed hæc tibi mater, opportunius exponent̃. Nos interim cũ penè iam deciperemur à Simone, quidã collega domini mei Petri, Zachæus nomine, monuit ne falleremur à mago, sed obtulit nos aduenienti Petro, ut ab ipso quæ erãt sana & perfecta doceremur, qd' & tibi optamus euenire, sicut & nobis cõcessit deus, ut possimus etiã cibũ, & mensam habere cõmunẽ, hinc ergo fuit mater, qd' nos à piratis raptos, tu in mari defunctos esse credidisti. Cũ hæc dixisset Niceta, mater nostra ꝓcidit ad pedes Petri, rogãs & obsecrans, ut & seipsam & hospitã suã euocaret sine mora, ac baptizaret, utíne una, inquit, die damnũ patiar cõsortij & societatis natorũ meorũ. Similiter aũt & nos filij eius rogabamus Petrũ. At ille quid putatis, inquit, quia ego immisericors sum solus, & nolo uos matris cõuiuio sociari? sed necesse est eam uel una die ieiunare prius, & ita baptizari, & hoc quia sermonẽ ab ea quendã audiui, per quem mihi fides eius claruit, & qui indiciũ dedit credulitatis eius, alioqui multis eam

D diebus oportebat ante instrui & doceri. Et ego quæso te, inquã, domine mi Petre, die quis est iste sermo, quẽ dicis dedisse tibi indiciũ fidei eius? Et Petrus ille sermo est quo rogauit, ut & hospita sua, cuius beneficijs uicẽ reddere desiderat, simul baptizet cũ ipsa. Nõ aũt rogaret, ut illi quã diligit præstaretur hæc gratia, nisi credidisset qd' magnũ aliquod in baptismate munus esset. Vnde &

Veram fidẽ Petrus in his qui in ſpeciẽ credebant deſiderat.

ego reprehẽdo plurimos, q cũ ipsi baptizent̃ & credãt, nihil tamẽ dignũ fide agunt cũ his quos diligũt, id est uxoribus, uel filijs, uel amicis, quos nõ ad hoc hortant̃, qd' ipsi adsequuti sunt, siquidẽ uere crediderint quod æterna uita per hoc donatur. Denicꝫ si eos ægrotare uideãt, aut periculo alicui carnaliter lubiacere, dolẽt & lugent, quia in hoc certi sunt eis imminere pernicie. Ita ergo, si & de hoc certi essent, qd' qui deũ nõ colũt, manet eos pœna ignis æterni, quãdo cessarẽt monẽtes & cohortãtes? Aut si obsisterẽt, quomodo nõ lugerẽt eos & plangerẽt, certi æterna eis imminere supplicia? Nũc ergo illã quidẽ mulierẽ euocabimus, postmodũ & uidebimus, si amat fidem religionis nostræ, & prout cõsequẽs fuerit agemus. Hæc aũt quoniã fideliter sensit de baptismo, ieiunet uel una die ante baptismũ. At illa: Cũ iuramento satisfaciebat, præsente

Vxor Petri.

uxore dñi mei Petri, qa ex quo recognouerit filiũ, præ multo gaudio cibũ capere omnino nequerit, nisi hesterna die calicẽ aquæ solũ biberit. Testabat aũt & uxor Petri dicẽs ita esse. Et Aquila ait: Quid ergo obstat, cur nõ baptizet̃? Tũ PETRVS subridẽs: Sed nõ est, inquit, hoc ieiuniũ baptismi, qd' nõ ꝓpter baptismũ ieiunatũ est. Et NICETA: Sed forte, inquit, uolẽs deus matrẽ nostrã nec una die agnitis nobis separari à cõsortio mẽsæ nostræ, præordinauit hoc ut ante ieiunaret. Sicut em̃ pudicitiã seruauit in ignorãtia, ut ꝓficeret ei ad baptismi

A ptismi gratiã, ita ieiunauit antecꝫ sciret ieiunij rationẽ, ut ꝓficeret ei ad baptismũ, & statim ab initio agnitionis nostræ nobiscũ pariter mẽsæ cõsortio frueret̃. Tũ PETRVS: Nõ nos, inquit, uincat malignus, occasione accepta per affectũ matris, sed magis uos & ego uobiscũ, hodie ieiunemus cũ ipsa, & crastino baptizabitur, necꝫ em̃ iustũ est ad gratiam personæ alicuius & amicitiæ, resolui & extenuari præcepta ueritatis. Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa, quia omne mandatum præterire peccatum est. Doceamus autem sensus nostros corporales, qui extrinsecus sunt, seruire interioribus sensibus, & non interiores sensus, qui quæ dei sunt sapiunt, cogamus sequi exteriores, qui quæ carnis sunt sapiũt. Propter hoc em̃ & dominus mandatũ dedit, dicẽs: Quicũcꝫ uiderit mulierẽ ad cõcupiscendã eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Et his addidit, si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eũ, & abijce abs te, expedit em̃ tibi ut unũ mẽbrorũ tuorũ pereat, quàm totũ corpus tuum mittat in gehennã ignis. Nõ dixit scãdalizauit te, ut posteaquàm peccaueris, tũc abijcias caussam peccati, sed si scandalizat te, hoc est, ut antequàm pecces, caussam peccati ꝓuocantis te, & inritãtis abscidas. Ne quis aũt uestrũ putet fratres, qd' mẽbrorũ amputationẽ mãdauerit dominus, propositũ in hoc uult resecari, nõ mẽbra, & caussas quæ ad peccandũ inliciũt, quo cogitatio nostra aspectus uehiculo subuecta, ad amorẽ dei sensibus corporeis inuisa cõtendat. Nec carnalibus oculis, uelut lasciuientibus equis, & extra mãdatorũ uiã currũ declinare cupiẽtibus, relaxet frena, & habenas indulgeat. Sed reuocet aspectũ corporis

B ad arbitriũ mẽtis, & oculos nostros, quos deus operis sui inspectores esse uoluit & testes, nõ patiat̃ fieri lenones mali desiderij. Et ideo cedãt legi dei, tã corporei sensus, quàm interna cogitatio, & illius uolũtati ministrẽt, cuius se opera esse intelligũt. Igit̃ ut ordo mysterij poscebat & ratio, die postera baptizat̃ in mari, & regressa ad hospitiũ, omnibus cõsequenter mysterijs religionis imbuit̃. Aderamus aũt & nos filij sui, Niceta & Aquila, & ego Clemẽs. Et post hæc simul cũ ea prandimus, & simul glorificauimus deũ, referẽtes gratias studijs, & doctrinæ Petri, qui nobis ostendit per occasionẽ matris, quomodo pudicitiæ bonũ nõ pereat apud deũ. Sicut è cõtrario impudicitia, inquit, etiãsi nõ statim tamẽ licet tarde, nõ effugit pœnã. In tantũ aũt pudicitia, inquit, deo placita est, ut etiã his qui in errore sunt positi, nõnihil gratiæ in præsenti cõferat uita. Nã futura beatitudo illis solũ reposita est, qui per gratiã baptismi pudicitiã iustiãcꝫ seruauerint. Denicꝫ exẽplo est huic rei etiã hoc, qd' erga matrẽ uestrã gestũ est, cuius salus hæc omnis pro mercede pudicitiæ reparata est, ad quã custodiẽdã & cõseruandã, nõ sufficit sola cõtinentia, sed ubi senserit quis insidias, & deceptionẽ parari, cõtinuo sicut ab ignis impetu, aut incursu canis rabidi refugiat, nec cõfidat qd' huiusmodi insidias possit facile aliquis philosophando, aut palpãdo cohibere: sed, ut dixi, effugiẽdũ est, & longe abscedẽdũ, sicut fecit & uestra mater, uere & integre bonũ diligens pudicitiæ. Propter qd' & conseruata uobis est, ac uos illi, insuper autem & æternæ uitæ agnitione donata. Cum hæc & multa alia his similia dixisset̃, uespere facto, requieuimus.

Eruere oculũ quid ſit.

Poſt baptiſmũ imbuitur Matidia religionis myſterijs.

Pudicitiæ laus.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

Ieiunium ante baptiſmum.

Matth. 5.

Matth. 5.

RECOGNITIONVM

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER OCTAVVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

C Lauãt in mari priusquàm orarent discipuli.

POSTERA autem die PETRVS mane adsumptis fratribus meis, & me, descendit ad portũ, ut in mari lauaremus, & post hoc ad locũ quendam secretiorem secessimus, orationis gratia. Senex aũt quidam pauper, & ut apparebat ex habitu, operarius, curiose ex occulto obseruare nos cœpit, ut uideret quid ageremus in secreto positi. Cumq; nos orantes uidisset, expectauit donec exiremus, & salutans nos, ait: Si nõ ægre accipitis, & quasi curiosum me, aut importunum notatis, uelim uobiscũ cõferre sermonem, quia habens miserationem uestri, sub specie ueritatis errare uos nollem, & habere metum de his, quæ non sunt, aut si putatis esse aliquid ueri, tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, possum uos paucis edocere, quæ recta sunt: si uero molestũ est, pergam, & meos actus agam. Cui PETRVS respondit: Dic age, quod tibi uidetur bonum, & libenter accipimus, siue id uerũ, siue etiam falsum sit: amplectendus enim es, quia quod tibi bonũ uidetur, tanquam pater pro filijs solicitus, commonere uoluisti. Tum senior cœpit dicere: In mari uos lauisse uidi, & post hoc ad secretum secessisse locum, obseruans ergo de occulto, quid in

D secreto ageretis, orantes inspexi: miseratus igitur errorem uestrũ, operiri cœpi, usquequo egressos adloquerer, & docerem, ne erretis in huiusmodi obseruantia, quia neq; deus est, neq; cultus hic aliquis est, neq; prouidentia in mundo, sed fortuitus casus, & Genesis agũt omnia, sicut ego ex meipso manifestissime cõperi, in disciplina Matheseos præ cæteris eruditus. Nolite ergo errare, siue enim oretis, siue nõ oretis, quod Genesis uestra continet, hoc erit uobis. Et ego CLEMENS, nescio quid corde pulsabar, multa quasi nota mihi recolens in eo: bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum est, etiam si multo tempore abfuerit, nunquam tamẽ scintilla propinquitatis extinguitur. Cœpi ergo interrogare ab eo, quis, & unde esset, uel quomodo ortus? At ille ad hæc respondere nolens: quid, ait, hoc pertinet ad ea quæ dixi uobis. Sed primo, si uidetur, sermo de his quæ proposuimus habeatur, & post hæc, si ita res

GENESIS. poposcerit, nomen, & genus, ac patriam, & cætera quæ hæc sequuntur, inuicẽ nobis, ut amici amicis, poterimus aperire. Mirabamur tamẽ omnes eloquentiam uiri, & grauitatem morum, tranquilitatemq; sermonis. PETRVS aũt sensim

A sensim sermocinãdo incedens, opportunũ ad conloquendum prospicit locũ. Et cum peruidisset iuxta portum recessum quendam secretũ, residere nos fecit, & ita primus ipse incipit, nec contemptũ senis habuit, neq; despexit, quod uilis ei amictus esset & sordidus, ait ergo: Quoniamquidẽ uideris mihi uir erũditus esse, & misericors, ex eo quod adisti nos, & quod tibi bonum uidebatur, cælatũ nobis esse noluisti. Volumus & nos tibi quæ nobis bona & recta creduntur exponere, quæ si tibi minus uera uidebuntur, etiã tu nostrũ erga te bonũ propositũ, libenter suscipe, sicut & nos tuum. Et cũ hæc diceret PETRVS, plurima multitudo conuenit. Tũ SENEX: Fortassis, inquit, cõtristat uos præsentia multitudinis. Et PETRVS: Nequaquam, inquit, nisi hoc solũ uereor, ne forte disputantibus nobis, cum palàm facta fuerit ueritas, tu uerecundiã patiaris, pro præsentia multitudinis cedere & adquiescere his, quæ uera dici intellexeris. Ad hæc SENEX ait: Ego nõ ita stultus consenui, ut intelligens qd' uerum est, abnuam id ad uulgi gratiã. Cœpit ergo PETRVS dicere: Videntur mihi hi; qui loquuntur uerbum ueritatis, & qui inluminant animas hominum, similes esse radijs solis, qui ut processerint, & apparuerint mundo, cælari ultra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam uidentur ab hominibus, quàm uidere omnibus præstant. Vnde & bene à quodam dictum est ad ueritatis præcones: Vos estis lux mundi, & non potest ciuitas abscondi su- *Matth.5.*
pra montem posita, neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super cãdelabrũ, ut omnibus luceat qui in domo sunt. Et SENEX: Bene ualde

B dixit, quisquis ille est. Sed exponat aliquis uestrum, quod sibi sequendũ uidetur, ut ad certum prospectum emittamus sermones nostros. Nõ enim sufficit ad inueniendam ueritatem destruere ea, quæ è diuerso dicuntur, sed & ipsum proferre in medium, quod possit, qui è diuerso est, impugnare. Vt ergo partiũ sit æqua congressio, rectum mihi uidetur, ut prius, quid uterq; nostrum defendat, enunciet, & si placet, ipse primus incipiam. Ego dico, non secundum dei prouidentiam gubernari mundum, quia multa in eo iniuste & inordinate geri uidemus, sed Genesim dico esse, quæ omnia agit & continet. Ad hæc, cum *Epicureorum sunt hæc comẽta.*
PETRVS respondere uellet, NICETA præueniens, ait: Indulgeat mihi dominus meus Petrus ad hæc respondere, & non uideatur proterũ, quod iuuenis cũ sene habear, sed ut filius cũ patre conloquar. Et SENEX: Nõ solum tu, inquit, fili quod tibi uidetur ut prosequaris uolo, sed & si qui ex sodalibus tuis, si qui etiam de adstantibus uidetur scire aliquid, incunctanter proferat, libenter accipimus, conlatio enim plurimorum facilius ea quæ ignorantur inueniet. Tum ergo NICETA respondit: Nõ me æstimes pater temere feciſſe, qd' inserui me sermonibus domini mei Petri, sed magis pro honore eius hoc mihi facere uisus sum. Homo enim dei est plenus totius scientiæ, quẽ ne Græca quidem latet eruditio, quia spiritu dei repletus est, quem nihil latet. Sed quia *Petri eruditio.*
ipsi de cœlestibus loqui cõuenit, ego de his quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent respondebo. Postea uero, quàm à nobis Græcorum more fuerit disputatum, atq; ad id uentum, ubi exitus nullus appareat, tunc ipse quasi scientia

Petrus non despexit eos qui uel parum idonea adferrent.

Hæc opinor fuit causſa cur uulgũ eruditi à disputationibus abesse uoluerint.

C repletus, aperte & dilucidè rerum nobis omnium patefaciet ueritatem, ut nõ
Petrus arbiter inter cõgredientes. solum nos, sed & omnes qui præsto sunt auditores, uiã ueritatis agnoscãt. Et
ideo nunc ipse quasi arbiter sedeat, ut cum unus aliquis ex nobis cesserit, tunc
ipse suscipiens, indubitatam sententiam ferat. Hæc cum dixisset Niceta, hi qui
cõuenerant, inter semetipsos conloquebantur. Hic ne est ille, quem audieba-
mus PETRVS, illius qui in Iudæa apparuit, & signa ac uirtutes plurimas fe-
cit, discipulus probatissimus? Et intendentes in eum, cum timore ac ueneratio
ne ingenti stabant, tanquam boni serui honorem domino deferentes. Quod
ubi PETRVS sensit, ait ad eos. Attentius audiamus, rectũ tenẽtes iudicium de
his quæ dicentur ab utroq;, & post ipsorũ cõflictũ, quod necessariũ uisum fue
rit, addemus & nos. Et cũ hæc dixisset PETRVS, gauisæ sunt turbæ, NICE-
TA uero dicere hoc modo adgressus est. Definisti pater, qđ non per dei pro-
dentiam mundus regatur, sed omnia Genesi subiaceant, uel quæ ad mores uni
uscuiusq;, uel quæ ad gesta pertinent. Ad quæ statim quidẽ potui respondere,
sed quia iustũ est seruare ordinem, definimus & nos quid teneamus, sicut ipse
Adsertiones Nicetæ contra Senem. fieri rogasti. Ego dico prouidentia dei gubernari mundum, his duntaxat quæ
gubernatione eius indigent. Vnus est enim omnia tenens, qui & mundum se-
cit, iustus deus unicuiq; secundũ gesta sua quandoq; redditurus. Ecce habes
& nostram definitionẽ, nunc quod uis prosequere, uel mea destruens, uel tua
adserens, ut & ego his quæ à te prosequẽtur, occurrã. Aut si me uis priorem
D dicere, nõ morabor. Et SENEX respondit. Siue tibi placet fili prius dicere, si-
ue hoc magis placet ut ego dicam, nihil interest, apud eos præcipue, qui bona
uenia disputant. Dic tamen tu prior, libenter accipio, atque utinam possis etiã
quæ à me dicenda sunt prosequi, atque his quæ contraria sunt, obijcere, & ex
utrorumq; conlatione ostendere ueritatem. NICETA respondit: Si uis, in-
quit, possum etiã tuas partes dicere, & ad hæc respõdere. Et SENEX: Osten
de mihi prius, quomodo potes scire ea quæ nondum loquutus sum? & ita tibi
credam, quod partes meas prosequi possis. Et NICETA: Secta, inquit, tua
& sententia quam definisti, manifesta est his qui eruditi sunt in huiusmodi di-
sciplinis, certaq; est eius cõsequentia. Et quia ego nõ sum ignarus quæ sint de-
finitiones philosophorũ, ex his quæ proposuisti, quid consequatur agnosco,
Niceta Epicureus olim. Pyrrhonius fuit Aquila, id est Pyrrhonis assecla qui de rectum rerũ sustulerat. maxime quia præ cæteris philosophis, Epicuri scholas frequẽtaui. Frater autẽ
meus Aquila, magis Pyrrhonios sequutus est. Alius aũt frater noster Platoni
cos & Aristotelicos, itaq; cum eruditis tibi auditoribus sermo est. Tum SE-
NEX: Bene, inquit, & consequenter docuisti, quomodo ex his quæ propositæ
sunt definitionibus, etiam ea quæ cõsequũtur aduerteres. Sed ego amplius
aliquid professus sum, quàm sentit Epicurus, quia introduxi Genesim, eamq;
causſam omniũ gestorum hominibus posui. Cumq; hæc senex dixisset, ego
CLEMENS aio ad eum: Audi pater, si te frater meus Niceta obtinuerit, quia
non sine dei prouidentia mundus agitur, in ista parte quæ supereſt de Gene-
si, ego tibi potero respondere, est enim mihi notitia huius scientiæ. Et cũ hæc
dixissem, frater meus Aquila: Quid necesse est, inquit, ut eum patrẽ uocemus,
cum

A cum in mandatis habeamus, neminem super terram patrem uocare? Et post *Matth. 23.*
hæc respiciens ad senem: Non iniurioſe, inquit, accipias pater, quod fratrem
meum culpaui, quia te patrem uocaret, habemus enim tale mandatum, ne ali-
quem nomine isto uocitemus. Cumq; hæc dixisset Aquila, risit omniũ adstan
tium cœtus unà cũ Sene, & Petro. Aquila aũt requirente causſam, cur omnes
riserint, aio ad eum, quod tu in quo alios culpas, id ipse facis, qui senem appel-
laueris patrem. At ille negabat, dicens: Vere nescio si eũ patrem uocaui. Inte
rea PETRVS mouebatur suspicionibus quibusdam, sicut ipse nobis enarra-
uit postmodum, & respiciens ad Nicetam, expedi, inquit, quod proposuisti.
Tum NICETA hoc modo exorsus est: Omne quod est, aut simplex est, aut *Simplex.*
compositum: quod simplex est, caret numero, diuisione, colore, differentia,
asperitate, lenitate, pondere, leuitate, qualitate, quantitate, & ob hoc etiam
fine: Quod uero compositum est, aut ex duobus, aut ex tribus, aut etiam ex *Compositum.*
quatuor compositum est, aut certe ex pluribus: & quæ composita sunt, ne-
cessario etiam diuidi possunt. Et SENEX audiens hæc: Optime, inquit, &
doctissime dicis fili. Et NICETA: Igitur illud quod simplex est, & his omni-
bus caret, quibus solui quod subsistit, potest, sine dubio incomprehensibile &
immensum est, neq; initium ullum, neq; finem sciens, & ideo unum & solum
est, & sine autore subsistens. Quod autem compositũ est, & numero, ac diuer
sitati diuisioniq; subiacet, necessario autore aliquo cõpositum est, atq; in unam
B speciem diuersitas congregata. Quod ergo immensum est, bonitate pater est, *Immensum.*
uirtute conditor. Neq; ergo condendi uirtus in immenso cessare potuit, neq;
bonitas ociari, sed ad substituenda ea quæ sunt, bonitate, ad componenda &
firmanda, uirtute prouocatur. Substituuntur ergo & cõponuntur quædam,
ut diximus, ex duobus, uel ex tribus, quædam uero ex quatuor, alia ex pluri-
bus. Sed quoniã nunc nobis de mũdi ratione quæritur, & de substantia eius,
quam ex quatuor elementis esse compositã constat, cui omnes illæ decem dif-
ferentiæ, quas supra comprehendimus accidunt, ab his inferioribus incipien- *Per inferiora ad superiora peruenitur.*
tes gradibus, ad superiora ueniemus. Via enim nobis ad intellectualia & intui
sibilia, ab his quæ uidemus & cõtrectamus datur, sicut continetur in Arithme
ticis disciplinis, ubi cum de diuinis quæritur, ab inferioribus ad superiores nu-
meros ascenditur. Cum uero de præsentibus & uisibilibus ratio exponitur,
de superioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur: Aut nõ ita est? Et SE-
NEX ait: Valde bene prosequeris. Et NICETA: De mundi nunc ergo ra-
tione prosequendũ est, cuius prima quæstio in duas partes diuiditur. Quæri-
tur enim utrum factus sit, an nõ? & siquidem nõ est factus, ipse erit illud inge
nitum ex quo omnia: Si uero factus est, de hoc rursus quæstio in duas partes
scinditur: Vtrum nam ex seipso factus est, an ab alio? & siquidem à semetipso
est, excluditur sine dubio prouidentia, si prouidentia nõ recipitur, frustra ani
mus ad uirtutem prouocatur, frustra iustitia custoditur, quippe si non est qui
iusto pro meritis aliquando restituat. Sed ne anima quidem ipsa immortalis
uidebitur, si eam post absolutionẽ corporis, nullius prouidentiæ excipiat di-

C ſpenſatio. Nam ſi doceatur eſſe prouidentia, & per ipſam factus eſſe mũdus, alia rurſus quæ diſcutiantur occurruntr: equiretur enim quomodo ſit prouidentia, utrũ generaliter erga omnia, an ſpecialiter erga partes, an & generaliter erga partes, an & generaliter erga omnia, & ſpecialiter erga partes. Generalis autem intelligitur hoc modo, quaſi ab initio deus faciens mundum, ordinem dederit rebus, & curſum ſtatuerit, & ultra eorũ curam quæ geruntur, habere ceſſauerit. Specialis uero erga partes, hoc modo eſt, ut quorundã quidem uel hominum, uel locorum prouidentiam gerat, quorundam uero non gerat. Generalis autẽ omnium, & ſpecialis partium ſimul, hoc modo eſt, quaſi & ab initio omnia fecerit deus, & uſq; ad finem per ſingulos quoſq; prouidentiã gerat, & unicuiq; reddat pro actibus ſuis. Prima ergo illa propoſitio quæ dicit, quia ab initio deus fecerit omnia, & curſu atq; ordine rebus impoſito, de reliquo nihil ad ſe reuocet, ſecundũ Geneſim geri cũcta confirmat. Ad hoc ergo primo reſpõdebimus, & his præcipue, qui deos colunt, & Geneſim defendunt, qui utiq; cum immolant diis, & exorant eos, ſine dubio contra Geneſim ſe impetraturos aliquid ſperant, & per hoc Geneſim ſoluunt. Cum uero ridẽt qui ad uirtutẽ prouocant, & ad continentiam cohortantur & dicunt, quia nemo poteſt facere aliquid, aut pati, niſi quod ei fato decretum eſt, omnem profecto cultum diuinitatis abſcidunt. Quid enim colas eos, à quibus promereri nihil poſſis? quod non patiatur ratio decreti. Hæc interim aduerſus illos dicta ſint. Ego uero mundum dico à deo factum, & ab ipſo quandoq; eſſe ſoluendũ, ut ille appareat, qui æternus eſt, & ad hoc factus, ut ſemper ſit, & dignos ſe, recipiat iudicio dei. Quod autem ſit alius inuiſibilis mũdus, qui hunc uiſibilem intra ſemetipſum contineat, poſtea quàm de uiſibili mundo diſcuſſerimus, tũc & ad illum ueniemus. Nunc interim, quia factus ſit mundus iſte uiſibilis, teſtantur etiam philoſophorũ plurimi ſapiẽtes uiri. Sed ne uideamur quaſi egentes adſertionibus, uti uoluiſſe teſtibus, de principijs eius ſi uidetur quæramus. Corporeum eſſe mundũ hunc uiſibilem, eo ipſo quod eſt uiſibilis, ſatis cõſtat, omne autem corpus duas recipit differentias. aut enim cõnexũ eſt & ſolidũ, aut diuiſum & ſeparatum. Et ſiquidem cõnexum fuit & ſolidũ corpus, ex quo mundus factus eſt, & per diuerſas ſpecies parteſq; ſecundum differentias fui, corpus illud partitum eſt & diuiſum, neceſſe eſt intelligi, fuiſſe aliquem, qui corpus quod erat cõnexum & ſolidum dirimeret, atq; in partes multas duceret, formasq; diuerſas. Aut ſi ex diuerſis diſperſisq; corporũ partibus, omnis mundi hæc moles compoſita eſt & compaginata, neceſſe eſt nihilominus intelligi, fuiſſe aliquem qui in unũ diſperſas colligeret, & diuerſas rebus ſpecies induceret. Equidẽ plures philoſophorũ hoc magis ſenſiſſe ſcio, quod ex uno corpore, quam illi materiam uocant, diuiſiones ac diſcretiones conditor fecerit deus, quod tamẽ ex quatuor ſimplicibus, & in unũ temperamento quodam diuinæ prouidentiæ, admixtis conſtaret elemẽtis. Nam illud ſuperfluo à quibuſdam dictum puto, quod ſimplex corpus, id eſt abſq; ulla coniunctione, ſit mundi, cum cõſtet nec corpus poſſe eſſe quod ſimplex eſt, neq; miſceri poſſe, aut

Contra Geneſim ratio.

D

Philoſophi etiam aliquot mũdum eſſe creatũ cõfitentur.

Atomos intelligit.

Materia.

A aut propagari, uel ſolui, quæ omnia utiq; mundi corporibus uidemus accidere. Quomodo eñ ſolueret ſi eſſet ſimplex, nec haberet intra ſe aliud à quo reſolui ac diuidi poſſet? quod ſi ex duobus aut tribus, uel etiã ex quatuor conſtare corpora uidentur, cui non etiam exiguum habenti ſenſum manifeſtũ ſit, quod fuerit aliquis, qui in unum plura collegerit, & temperamẽti moderatione ſeruata, ex diuerſis partibus ſolidum corpus effecerit? Hunc igitur nos conditorem mundi dicimus deum, hunc agnoſcimus uniuerſitatis autorem. Nam Græcorũ philoſophi de principijs mũdi quærentes, alius alia inceſſit uia, deniq; Pythagoras elementa principiorũ, numeros eſſe dicit, Calliſtratus qualitates, Alcmeon contrarietates, Anaximandrus immenſitatem, Anaxagoras æqualitates partium, Epicurus atomos, Diodorus amere, hoc eſt ex his in quibus partes non ſunt, Aſclepiades oncos, quod nos tumores uel elationes poſſumus dicere, Geometræ fines, Democritus ideas, Thales aquam, Parmenides terram, Zenon, Empedocles, Plato, ignem, aquam, aërem, terram, Ariſtoteles etiam quintum introducit elemẽtum, quod acato nomaſton, id eſt, incompellabile nominauit, ſine dubio illum indicans, qui in unum quatuor elementa cõiungens, mundum fecerit, ſiue igitur duo. Siue tria, ſiue quatuor, aut etiam plura ſint, uel innumera, ex quibus mundus conſtat, omni ex parte, qui plura in unum collegerit, & rurſus collecta in diuerſas ſpecies duxerit, oſtẽditur deus, & probatur per hæc, non potuiſſe machinam mundi ſine opifice, & prouiſore conſtare. Sed & hoc ipſo qđ in coniunctione elementorũ deficiente altero, auta bundante, cætera reſoluuntur & concidunt, oſtenditur ex nihilo accepiſſe principium. Nã uerbi gratia, ſi deficiat in aliquo humor, nec aridum ſtabit, humore enim paſcitur aridum, ſicut & frigus calido, in quibus, ut diximus, ſi alterũ deficiat, penitus cuncta ſoluũtur, & in hoc originis ſuæ, quæ ex nihilo facta ſunt, prodũtur indicia. Quod ſi materia ipſa probatur eſſe facta, quomodo partes eius & ſpecies, ex quibus mundus conſtat, uidebuntur infectæ? Sed de materia & qualitatibus, nõ eſt nunc dicendi locus, hoc ſolum dixiſſe ſufficiat, deum eſſe omniũ conditorem, quia neq; ſi ſolidum & connexũ fuit corpus, ex quo mundus conſtat, dirimi & diſcerni ſine conditore, neque ſi ex diuerſis & diſcretis partibus in unum collectũ eſt, congregari & miſceri ſine artifice potuit. Igitur ſi mundi cõditor deus eſſe à me euidenter oſtenditur, qui erit Epicuro locus introducẽdi atomos, & adſerendi quod ex corpuſculis inſenſibilibus, non ſolum ſenſibilia corpora, ſed & mentes intellectuales ac rationales fiant? Sed dices, ut Epicuro uiſum eſt, continuationes atomorũ indefinenti curſu uenientium per immenſa & ſine fine tempora miſcentium ſe, atq; in unum conglobantium, corpora ſolida efficiũtur. Non uenio ad hæc ut rem fabuloſam, & inepte cõpoſitam dicam, uideamus magis ſi qualecunq; iſtud eſt, poteſt ſtare quod dicitur. Aiunt eñ corpuſcula ipſa quæ atomos appellãt, diuerſis eſſe qualitatibus, & alia quidẽ humida, & ob hoc grauia, ac deorſum tendentia, alia uero arida & terrena, atq; ob hoc nihilominus grauia, alia aũt ignea, & ob hoc rurſum ſemper nitentia, alia uero frigida, & ob hoc pigra &

Pythagoras. Calliſtratus. Alcmeon. Anaximãdrus. Anaxagoras. Epicurus. Diodorus. Aſclepiades. Geometræ. Democritus. Thales. Parmenides. Zenon. Empedocles. Plato. Ariſtoteles.

B

C semper media. Quomodo ergo cū alia semper ſurſum tendant, utpote ignea, & alia ſemper deorſum, utpote humida & arida, alia uero media, & nō æqua li curſu incedāt, coīre ſimul potuerūt, & unū corpus efficere? Si quis enim de ſuperioribus, uerbi gratia minutiſſimas paleas, & ad eandē magnitudinē mi nutiſſimi plūbi particulas deorſum iaciat, nunquid poterāt, quamuis æquales ſint magnitudine, leues paleæ partes plumbi particulas cōſequi? longe enim uelocius ad imū grauiora perueniunt. Ita ergo & atomi etiam, ſi magnitudine æquales ſint, pondere tamen inæquales, nunquam poterunt, quæ leues ſunt, conſequi grauiores: quod ſi conſequi nō poſſunt, ſine dubio nec miſceri, nec corpus efficere. Tum deinde ſi indeſinenter feruntur, & ſemper ueniunt, & re bus quarum iam menſura integra conſtat adduntur, quomodo ſtare uniuerſi tas poteſt, cum tam immenſis ponderibus noua ſemper pōdera cumulentur? Sed & illud requiro, ſi paulatim coëuntibus corpuſculis extruebatur hic quē uidemus ambitus cœli, quomodo nō in eo ilico cū cōſurgeret conruit? ſiqui dem hians machinæ ipſius ſummitas nullis ſuffulta repagulis ſtringeretur. Si cut enim hi qui ædificiorū tholos in circulum inſtruunt, niſi concluſionē me diī uerticis ſtrinxerint, uniuerſum pariter ſoluitur. Ita & mūdi circulus quem tam decora ſpecie collectum uidemus, ſi non ſubito & ſub uno diuinæ uirtutis rotatu, potentia conditoris effectus eſt, ſed paulatim cōcurrentibus atomis & inſtruentibus, non ut ratio patebat, ſed ut fortuitus incidiſſet euentus, quomo do non prius quàm colligi poſſet & concludi, dilapſus eſt & diſſolutus? Ad D hæc etiam illud requiro, quod ſit munimen, ſuper quod tam immenſæ molis iacta ſint fundamenta? Et rurſus illud ipſum qd' dixeris munimen, ſuper quid iaceat? Et itē illud aliud ſuper quid? & eò uſq; interrogādo progrediar, donec reſpōſio ad nihil & inane perueniat. Qd' ſi dicat aliqs, quia atomi igneæ quali tatis cōiunctæ, ſibi corpus unū fecerunt, & quia ignis qualitas nō deorſum, ſed ſurſum tendit, impoſitā mundi molē, ad ſuperiora ſemper nitens ignis natura ſubuectat. Ad hæc reſpōdebimus: Quomodo potuerūt atomi igneæ qualita tis, quæ ſemper ad ſuperiora cōtendunt, in inferiora deſcendere, & in profun do, ac ſub omnia demerſo inueniri loco? Cū itaq; grauiores quæq;, id eſt ter renæ uel humidæ qualitates præueniāt, ut diximus, leuiores, unde & cœlū, ue lut ſuperiorē fabricā igneis atomis, quæ & leuiores ſunt, & ſurſum ſemper fu giunt, adſerūt ſtructā: neq; ergo fundamēta ignis, aut alia ulla habere mūdus poteſt, neq; atomis grauioribus cū leuioribus, id eſt his quæ deorſum ſemper præcipitant, & his quæ ſemper ſurſum fugiūt, ſocietas aut cōpaginatio ulla cō ueniat. Igitur qd' impoſſibile ſit ex atomorū cōiunctione, corpora mundi ſoli dari ſufficiēter dictū, & qd' nō potuerint inſenſibilia corpora, etiāſi ulla ratio ne coīre & cōnecti potuiſſent, formas dare corporibus & mēſuras, uel mem bra fingere, uel qualitates efficere, uel exprimere quantitates, quæ utiq; omnia modulatione ſui manū teſtantur artificis, & opus rationis oſtendūt, quam ra tionem ego uerbum & deū appello. Sed dicet aliquis hæc à natura fieri, iam in hoc de nomine controuerſia eſt. Cum enim conſtet mentis eſſe, & rationis opus,

Rationes cōtra Atomos Epicuri.

Naturam eſſe parentē rerū, quomodo intelligendum.

A opus, hoc quod tu naturā uocas, ego deū conditorē uoco, cōſtat nec potuiſſe nec poſſe uel corporū ſpecies tam neceſſariis diſtinctiōibus inſtitutas, uel ani morum ſenſus inrationabili opere, & quod ſenſu careat effici. Quod ſi idonei tibi teſtes uidentur philoſophi, Plato de his teſtatur in Timæo, ubi de mundi factura diſcutiens requirit, utrum nam ſemper fuerit, an initiū ſumpſerit? & pronunciat quia factus ſit: Viſibilis enim, inquit, eſt & palpabilis atq; corpo reus, omnia aūt quæ huiuſmodi ſunt, facta eſſe conſtat: Quod aūt factū eſt, ali quem habet ſine dubio autorē, à quo factum eſt: hunc ergo, inquit, factorem parentemq; omniū, & inuenire difficile eſt, & inuentū uulgo enarrare impoſ ſibile. Hæc quidem Plato dicit, ſed & ſi ipſe aliiq; Græcorum philoſophi, de fa ctura mundi ſilere uoluiſſent, nónne omnibus intellectum habentibus, palàm eſſet? quis enim eſt exigui ſaltem ſenſus homo, qui cum cernat domū, omnia quæ ad uſus neceſſaria ſunt habentem, cuius cameram in ſphæræ gyrū uideat collectam, eamq; uario ſplendore, & diuerſis imaginibus depictam, luminari bus præcipuis & maximis adornatam: quis, inquam, eſt, qui huiuſmodi fa bricam uidens, nō ſtatim pronunciet, à ſapientiſſimo & potentiſſimo artifice eſſe conſtructam? Et ita quis inuenietur inſipiens, cū cœli opus inſpiciat, ſplen dorem ſolis cernat, ac lunæ, aſtrorū curſus, & ſpecies, & uias certis rationibus & temporibus uideat definitas, non tam à ſapiente hæc artifice, & rationabili, quàm ab ipſa ſapiētia & ratione clamet effecta? Quod & ſi ſecundū alios Græ corum philoſophos audire uis, & mechanicis imbutus es diſciplinis, de ex B celſis quæ traduntur, non te ſine dubio latent. Ponunt enim ſphæram æquali ter ex omni parte collectam, & ad omnia ſimiliter reſpicientem, atq; à centro terræ æquis ſpatiis diſtinctam, ipſaq; ſui æqualitate ita ſtabilem, ut eam in nul lam partem declinare undiq; æqualitas collecta permittat, & ita à nullo fulci mento ſubuecta ſuſtentatur ſphæra, quod ſi uere hanc habeat ſimilitudinem mundi machina, euidens eſt opus in ea diuinum. Si uero, ut aliis uiſum eſt, ſu per aquas poſita ſphæra, uel ſuper ipſas fertur, uel in ipſis uoluitur, etiā ſic ma gni in ea artificis opus declaratur. Sed ne de his quæ nō omnibus palàm ſunt, incerta uideatur adſertio, ad ea ueniamus quæ neminem latent, quis aſtrorū curſus tanta ratione diſpoſuit, ortuſq; eorū & occaſus inſtituit, certiſq; & de menſis temporibus unicuiq; tenere cœli ambitū dedit? Quis ad occaſum aliis etiam redire in ortum permiſit? Quis impoſuit modū curſibus ſolis, ut horas, & dies, & menſes, & temporū uiciſſitudines, diuerſis motibus ſignet? & nunc hyemem, inde uer, æſtatem, poſt & autumnū, certa curſus ſui dimenſione di ſcernat, & ſemper eiſdem uicibus anni orbem inconfuſa uarietate conſtrin gat? Quis inquam tanti ordinis moderatricē, nō ipſam dei pronunciet ſapien tiam? Et hæc quidē ſecundū illa nobis dicta ſint, quæ de excelſorū diſciplinis traduntur à Græcis. Quid aūt & de his quæ uel in terris uel in mari uidemus, nónne euidēter edocemur, dei in his nō ſolū opus eſſe, ſed & prudentiam? Nā qd' in terra montes excelſi, certis quibuſq; habentur in locis, ut ex his uelut cō preſſus & coangustatus aër, ordinatione dei cogatur & exprimatur in uētos,

Plato in Timæo mundū creatū ſtatur creatū.

A curſu aſtrorū probat prouidentiam.

C ex quibus & fructus germen concipiant, & æstiuus ardor temperiē sumat, cū pliades ignitæ solis ardoribus incāduerint. Sed dices: Cur & ardor solis ut tē-peries reqrat? & quomodo fruges humanis usibus necessariæ matureſcerēt? Sed & illud aduerte, quod ad axem meridianū, ubi plus est caloris, nō multa datur nubium constipatio, nec abundans copia imbrium funditur, ne morbus habitantibus generetur, humidæ enim nubes, si calore rapido coquantur, aërem corruptum, & pestiferum reddunt. Sed & terra calidū imbrem suscipiēs, nō nutrimenta segetibus, sed perniciem præbet, in quo quis dubitat, opus esse diuinæ ꝓuidētiæ? Denicꝫ Aegyptus, quia Aethiopicis è uicino flagrat ardoribus, ne insanabiles corruptelas aëris imbrium necessitate susciperet, campi eius non pluuiam nubibus ministratam, sed terrenum quodāmodo imbrem Nilo inundante suscipiunt. Quid de fontibus dicemus, & fluuijs? qui perenni in mare fluunt meatu, & per diuinam prouidentiam, nec illis abundans deficit cursus, nec mare tantas aquarum recipiens copias, ullum sentit augmentum, sed in eadem mensura, & ea quæ conferunt, & ea quæ ibi conferūtur elementa perdurant. Sed dicis mihi, salsa aqua naturaliter consumit fluentum dulce, quod ei fuerit infusum, & in hoc ergo manifestum est prouidentiæ opus, ut salsum faceret illud elementum, in quod cursus omniū aquarū, quas ad usum hominibus præstiterat, declinauit, uti ne per tanta seculi spatia, repletus maris alueus, inundationē pernicioſam terris & hominibus redderet. Nec ita quisquam insipiens erit, ut hanc tantam rationem, tantamꝫ prouidētiam ab irrationabili natura arbitretur esse dispositam. Quid autem de uirgultis? quid de animalibus dicam? nónne per prouidentiam factum est, ut cū senecta temporis resoluerent, uirgulta quidem uel plantis, uel seminibus quæ ipsa dederint, animalia uero per progeniem reparentur, & mira quadā dispensatione prouidentiæ, nascituro pecori lac præparatur in uberibus, ac statim ut natum fuerit, nullo docente, scit ubi alimoniæ suæ horrea requirat. Gignuntur autem non solum mares, sed & feminæ, ut ex utrocꝫ possit rursus constare posteritas. Sed ne, ut putant homines, uiderētur hæc naturæ quodam ordine, & nō dispensatione fieri conditoris, pauca quædam ad indicium & documentum prouidentiæ suæ, mutato ordine genus seruare iussit in terris, uerbi gratia, ut per os conciperet Coruus, & per aurē Mustela generaret, ut aues nonnullæ sicut Gallinæ, interdum oua uel uento, uel puluere cōcepta parerēt, alia quædam animalia marem uicibus alternis in feminam uerterēt, & sexum per annos singulos cōmutarent, ut Lepores & Hienæ, quas Beluas uocant. Alia etiā ex terra orirentur, atcꝫ inde sumerent carnē, ut Talpæ, alia ex cinere, ut Viperæ, alia ex putrefactis carnibus, ut Vespæ quidē equinis, Apes autē bubulis, alia ex fimo boum, ut Scarabei, alia ex herbis ut de ocimo Scorpius, & rursus herbæ ex animalibus, ut ex cornu cerui uel capræ apiū & asparagi. Et quid opus est plura enumerare, in quibus diuina prouidētia, mutato ordine eo, qui à natura datus putatur, multimodis differentijs natiuitatem animalium constare uoluit, ex quibus non inrationabilis rerum cursus, sed ipsius dispensatus ratione

Raræ pluuiæ ad axem meridianum quare sint.

Calidi imbres pestilētes sunt.

Nilus Aegypto pro pluuia est.

Aqua marina ineffabili prouidentia salsa est.

Virgulta.

Quædam mutato naturæ ordine gignūtur
Corui.
Mustelæ.
Gallinæ.
Lepores.
Hienæ.
Beluæ.
Talpæ.
Viperæ.
Vespæ.
Apes.
Scorpij.
Apium.
Asparagus.

A ratione doceretur? aut non & in hoc plenissimum demonstratur opus diuinæ prouidentiæ, ubi ex terra & aqua, ad uitam hominū semina iacta reparantur? Quæ cum terræ fuerint mandata, uolūtate dei humorē quē susceperit gleba, uelut uberibus suis seminibus immulget: aquis enim inest quædam uis spiritus â deo dati ex initio, cuius opere, habitus futuri corporis, in ipso statim semine formari incipit, & per culmum spicamꝫ restitui, turgefacto etenim ex humore seminum grano, per angustos quosdam uenarū meatus uis illa spiritus, quæ inesse aquis data est, utpote incorporea transcurrens, ad incrementū semina suscitat: & crescentium species format. Ministerio igitur humidi elementi, cui uitalis ille spiritus insitus semper & ingenitus est, efficitur ut non solum reparetur, sed ut per omnia similis species, & forma his quæ iacta fuerint seminibus redeat. Quæ ratio, cui uel breuem sensum habenti, per inrationabilem naturam, & non per diuinam sapientiam constare uidebitur? Denicꝫ etiā hæc ad similitudinem humanæ natiuitatis formata sunt: uidetur enim terra uulua locum tenere, cui semen iniectū per aquæ & spiritus uim, sicut supra diximus, & formatur, & alitur. Sed & in hoc admiranda est diuina prouidentia, quod uidere nos quidē & agnoscere fecit, quæ fiunt, quomodo autem & quaeant, sed dignis & fidelibus, cū meruerint patefiant. Vt autem rebus ipsis & exemplis probemus, nihil omnino ex terrena substantia seminibus dari, sed

B totū ex elemento aquæ & spiritus qui inest ei, uirtute constare. Pone mihi uerbi gratia in cratere aliquo amplissimæ magnitudinis, injici terræ talēta centū, & seminētur in eo diuersæ species seminum, uel holerum, uel etiam uirgultorum, his præbeatur ad rigandum aqua sufficiēs, & per annos plures habeatur ista diligentia, congregentur autem semina quæ collecta fuerint, uerbi gratia frumenti, uel hordei, aliarumꝫ specierum per singulos annos seorsim, donec uniuscuiusꝫ seminis aceruus, ad centum talētorum pondus ascendat, tū etiam arbores auulsæ radicitus adpendantur, & his omnibus ex cratere sumptis, si adpendatur terra, centum sua nihilominus talenta salua restituet. Vnde ergo dicemus omne illud pondus, omnemꝫ quantitatem seminum diuersorum, atcꝫ arborum surrexisse? nónne euidenter apparet quia ex aquis? Terra enim quod suū est integrū tenet, aqua uero quæ per singula iniecta est, nusquam prorsus est, ob potentem diuinæ conditionis uirtutē, quæ per unā aquæ speciem tantorum seminum, uirgultorumꝫ & substantias reparat, & species format, & genus fœnore multiplicato custodit. Ex quibus omnibus satis abūdecꝫ patere puto, artifici sensu, & non inrationabili naturæ opere cuncta effici, & uniuersa constare. Sed ueniamus adhuc si uidetur, etiam ad nostram, id est ad hominis substantiam, qui est paruus in alio mundus, & consideremus quanta sit ratione cōpositus, & ex hoc præcipue sapientiā cōditoris intelliges, qui cum ex diuersis substantijs constet, id est mortali & immortali, per artificē prouidentiam conditoris, societatem diuersitas non refugit, & quidem longe à se substantijs. Alia nanꝫ de terra adsumitur, & à conditore formatur, alia

Terra humorem tanquam uberibus concipit.

Terra uulua habet speciem.

Experimentū aquæ & spiritu omnia constare.

C uero ex immortalibus ſubſtantijs datur, nec tamen ei per huiuſcemodi coniunctionem honor immortalitatis infringitur, nec ut quibuſdam uidetur affectus quibus ad hæc ſingula moueri poſſit. Nã corpus quod ex oſſibus & carnibus conſtat, initium ſumit ex ſemine uiri, quod è medullis calor eliciens, uuluæ quaſi terræ conſignat, cui inhærens ex fonte ſanguinis, paulatim rigatũ in carnem & oſſa producitur, atq; in ſpeciem autoris iacti ſeminis reformatur. Et uide in hoc artificis opus, quomodo oſſa uelut columnas quaſdam, quibus caro ſuſtentetur ac portetur, inſeruit. Tum deinde æqualis ex utraq; parte, id eſt dextera ac læua, menſura ſeruetur, ut congruat pes pedi, & manus manui, digiti quoq; digitis, ut ſinguli ad ſingulos tota æqualitate concordent, ſed & oculus oculo, & auris auri, quæ non ſolũ conſona ſibi & concordantia, ſed & uſibus neceſſarijs apta formãtur. Manus quidem ut operi commodæ ſint, pedes ut greſſibus, oculi ut uiſibus ſeruiant, ſuperciliorum excubijs cuſtoditi, aures ad audiẽdum ita formatæ, ut cimbalo ſimiles, ſuſcepti uerbi repercuſſum ſonitũ altius reddãt, & uſq; ad ſenſum cordis emittant. Lingua aũt ad loquendum inliſa dentibus, plectri reddat officium, ipſi uero dentes alij ut incidant & diuidant cibos, & interioribus tradant, interiores uero ut in modũ molæ conficiant & comminuant, quo oportunius ſtomacho traditi coquantur, unde & molares appellati ſunt. Sed & nares cõmeandi flatus, & reddẽdi ac recipiendi gratia factæ ſunt, ut innouatione ſpiritus, calor naturalis qui ex corde eſt, uel

D accendi uel refrigerari, cum res popoſcerit queat pulmonis officio, qui pectori inhærere datus eſt, ut mollicie ſui palpet & foueat cordis uigorẽ, in quo uidetur uita conſiſtere, uita dico, non anima. Nam quid dicam de ſubſtantia ſanguinis, quam uelut fluuius ex fonte procedens, & uno prius alueo inuectus, tũ deinde per innumeras uenas, quaſi per arẽas deriuatus, totam humani corporis terram, uitalibus rigat fluentis, iecoris opere miniſtratus, quod ad efficaciã digeſtionis ciborum, atq; in ſanguinem mutandorũ in dextro latere iacet. In ſiniſtro uero ſplenis eſt locus, qui trahere ad ſe & purgare quodammodo ſordes ſanguinis poſſit. Inteſtinorum quoq; ratio quanta eſt? quæ idcirco longis nexibus in circulorum ordinata ſunt modum, ut ſuſceptas digeſtiones ciborũ paulatim egerant, quo neq; ad ſubitum inanes efficiant locos, & his qui ſuperadditi fuerint nõ impediantur cibis. Membranæ aũt in modum idcirco facta ſunt, ut ex ipſis ea quæ intrinſecus ſunt, humorem ſenſim ſuſcipiant, quo neq; ſubito effuſus exinaniſſet interna, neq; denſiore cute prohibitus, arida quæ extrinſecus habẽtur efficeret, & totam hominis fabricam ſitis neceſſitate turbaret. Porrò uero feminea poſitio, & uuluæ ſinus ad recipiendũ germen, & confouendum, uiuificandũq; commodiſſimus, quem non ratione & prudentia effecta eſſe, quæ facta ſunt ſuadeat, quod in ea ſolum parte membrorũ, à uirili ſpecie femina diſcrepat, qua poſteritas ſata ſuſcipitur, & fouetur? Et rurſus uiriis habitus ea tantummodo membrorũ parte immutetur, qua ei uis ſerendi & generandi hominis ineſt, & in hoc magnum quidem teſtimoniũ prouidentiæ datur, ex neceſſaria diuerſitate membrorũ, ſed ibi maius ubi in habitus ſimilitudine,

Semen ex medullis.

Oſſa in corpore humano ſũt pro columnis.

Proportio corporis humani.

Ideo præciſores dicti.

Molares.

Iecur.

Splen.

Inteſtina quare humida.

Vulua.

A tudine, uſus diuerſitas, & officij uarietas inuenitur. Nam mamillæ uiris æque ſunt ac feminis, ſed feminarum ſolæ ſunt, quæ lactis munere replentur, ut ſtatim ubi genuerint, apta ſibi paruulus inueniat nutrimẽta. Quod ſi tanta ratione uidemus in homine membra diſpoſita, ut cum in cæteris omnibus ſimilis habitus uideatur, in his tantummodo diſcrepent, in quibus uſus diuerſitatem requirit, & neq; in uiro aliquid ſuperfluum aut egens, neq; in femina quod deſit uideamus, uel quod abundet, quis ex his omnibus non euidenter agnoſcat rationis opus, & ſapientiam conditoris? His adſtipulatur etiam cæterorũ animalium rationabilis diuerſitas, & ſuo quodq; uſui miniſterioq; conueniens. Hæc teſtatur & arborum uarietas, herbarumq; diuerſitas, tam ſpecie uariata, quàm ſuccis. Hæc adſerit & permutatio temporum, in quatuor diſtincta uiciſſitudines, & certis horis, diebus, menſibus, annum circulus claudens, & ne unam quidem horã ſtatutæ rationis excedens: hinc denicq; etiã mundi ipſius ætas certa & ſtabili ratione, concepto annorum numero cenſetur. Sed dices, quando mundus factus eſt, & quare tam tarde? Hoc poſſis obtendere etiamſi ante factus fuiſſet, diceres eñ, cur non & ante hoc, & ita immenſa ſecula tranſcendens, ſemper poſſis requirere cur non & ante hoc? ſed nobis nunc ſermo non de eo eſt, ſed ſi omnino factus eſt. Si enim factũ conſtat, neceſſario potentis & ſummi artificis opus eſt, quod ſi conſtat, quando eum facere uoluerit, ſapientis artificis arbitrio iudicioq; relinquendum eſt. Niſi uideatur tibi omnis hæc ſapientia, quæ tam immanem mũdi machinã ſtruxit, & ſingulis quibuſq; rebus, formas & ſpecies dedit, quarum habitum non decori ſolum conuenien

B tem, ſed & futuris uſibus aptiſſimum & neceſſarium poneret, hoc eam ſolũ ſugerit, quo tam magnificæ cõditionis opportunũ tempus adſumeret. Eſt apud illum profecto certa ratio, ſunt euidẽtes cauſſæ, cur, & quando, & qualiter fecerit mundũ, quas hominibus, quibus hæc quæ ante oculos poſita ſunt, & deeius prouidentia conteſtantur, inquirere & intelligere pigrũ fuit, aperiri utiq; non oportuit: quæ enim in occulto habentur, & intra ſapientiæ ſenſus, uelut intra regios theſauros recondita ſunt, nemini patent, niſi his qui ab illo didicerint, apud quem ſignata ſunt hæc & repoſita. Deus ergo eſt qui fecit omnia, & ipſe à nemine factus eſt, qui autem Naturã pro deo nominant, & per naturã facta eſſe cũcta teſtantur, latet eos appellationis ſuæ error. Si enim naturã inrationabilem putãt, ſtultiſſimum eſt, rationabilem facturam ab inrationabili factore progredi. Si uero ratio eſt, id eſt logos, per quam facta cõſtat uniuerſa, ſuperfluo nomen immutant, ubi de conditoris ratione profitentur. Ad hæc ſi quid habes pater, proſequere. Hæc cũ Niceta dixiſſet, SENEX ita reſpõdit: Tu quidem fili prudenter, & fortiter proſequutus es, in tantum ut melius dici poſſe de prouidentia non putem. Sed quoniam hora iam multa eſt, craſtino ad hæc quæ perſequutus es, reſpondere aliqua uolo, de quibus ſi mihi ſatisfeceris, gratiæ me fateor debitorẽ. Et his à ſene dictis, ſurrexit PETRVS: Quidam uero ex adſtantiũ Laodicenſium primas, rogabat Petrum & nos, ut Senis indumenta quæ habebat ſordida & ſciſſa mutaret, quẽ Petrus & nos am-

Quæſtiones inutiles & curioſæ omittantur.

Ignorãtur quædam ab hominibus cum laude.

C plexi,& conlaudantes pro honesta & optima uoluntate sua, dicebamus: quia nec nos ita insipientes sumus & impij, ut cui tam preciosa uerba concredimus, non multo magis etiam hæc quæ ad usus corporeos sunt necessaria præbeamus, quæ eum & libenter susceperturum credimus, tanquam à filijs patrem, sed & tectum nobis & uitam communē fore credimus. Hæc cū nos diceremus, & ille primarius ciuitatis, summa ui, & blandimentis plurimis auellere à nobis cuperet Senem, nos uero eò uehemētius retineremus, omnis populus adclamauit ut illud magis fiat, quod ipsi placet Seni, & cū silentium factū fuisset, SENEX iuramento præuenit, dicens: Hodie apud nullum manebo, neq; ab aliquo quicquam suscipiā, uti ne alterius delectio alterius tristitia fiat, hæc em̄ postmodum si uisum fuerit, fieri possunt. Et cū hæc dixisset Senex, PETRVS ait ad primarium ciuitatis: Quoniā nostri præsentia, bonam uoluntatem tuam ostendisti, tristem te non oportet abscedere, sed accipiemus abs te gratiā pro gratia, domum tuā nobis ostēde, & præpara eam ut crastino disputatio, quæ futura est habeatur, & si qui uolunt adesse ad audiendum permittantur. Quæ cum audisset primas ciuitatis, ualde gauisus est, sed & omnis populus libenter audiuit. Cumq; discessissent turbæ, domum suam ostēdit, discedere autem &

Pedisequi Clementis. SENEX cœpit: Ego tamē uni ex pedisequis meis imperaui clam subsequi uestigium Senis, & discere ubi maneret. Nos aūt cum redissemus ad hospitium, enarrauimus omnia fratribus, quæ nobis cum Sene habita sunt, & ita ex more cibo sumpto requieuimus. Die autem postera PETRVS mature surgens, suscitauit nos, & perreximus pariter ad locum secretum, in quo & pridie orationis causſa fueramus, atq; inde post orationē dū ueniremus ad constitutā domum, in itinere monebat nos, dicens: Audite me conserui dilectissimi, bonū est ut unusquisq; uestrum secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidē religionis nostræ, & ideo non uos pigeat secundū sapientiam, quæ uobis per dei prouidentiam conlata est, differentes instruere ignaros & docere, ita tamē

Petrus sermoni ueritatis nihil uult addi nisi eloquentiā. ut his quæ à me audistis & tradita sunt uobis, uestri tantum sermonis eloquentiam societis. Nec aliquid proprium, & quod uobis non est traditum proloquamini, etiamsi uobis uerisimile uideatur. Sed ea, ut dixi, quæ ipse à uero propheta susceptа uobis tradidi, prosequamini, etiamsi minus plenæ adsertionis esse uidebuntur. Hinc enim sæpe contingit declinare quosdam à ueritate, dū specie sibi uerioris & ualidioris ueritatis, proprijs cogitationibus reperisse se credunt. His à PETRO dictis, libenter annuimus, dicentes ei: Nihil nos actu ros, nisi quod ipsi uideretur. Tum ille: Vt ergo, inquit, sine periculo exerceamini, me coràm disputate singuli, ita ut unus alij succedat, ac suas unusquisque explicet quæstiones. Nunc ergo, quoniam hesterno die Niceta sufficiēter disseruit, hodie sermonem faciat Aquila, & post Aquilam, Clemens, inde ego, si tamen etiam me res poposcerit aliquid addere. Interea dum huiuscemodi sermones cedimus, ad domum uentū est, in qua suscipiens nos paterfamilias, introducit ad locum quendam, in similitudinem theatri collectum, & pulchre exædificatum, in quo turbas plurimas ex tempore noctis operiētes nos repe-

rimus.

A rimus, inter quos & Senex qui pridie nobiscum disputauerat. Itaque medium habentes Petrum, ingredimur etiam nos, circumspicientes sicubi cerneremus Senem, quem prior Petrus uidens in medio turbæ latitantē, euocauit ad se, dicens: Clariorem multis animam possidens, cur in occulto lates, & uerecundia contegeris? accede huc magis, & quæ tibi uidēt exequere. Vbi hæc dixit PETRVS, statim turbæ locum dare cœperunt Seni. Cumq; accessisset, ita cœpit: Eorum quæ die hesterno prosequutus est iuuenis, etiamsi uerba non memini, sensum tamen, & ordinem teneo, & ideo necessarium puto propter eos qui hesterno non adfuerūt, Anacephaleosin facere eorum quæ dicta sunt, & breuiter cuncta repetere, ut etiāsi me aliquid effugerit, ab eo qui prosequutus est præsente, commonear. Hic ergo fuit hesternæ disputationis sensus, quod omnia quæ uidentur, quoniam certa mensura & arte, formaq; ac specie constant, sine dubio à sapiente uirtute facta esse, ut rationis ipsius prouidentia mundus regatur, etiamsi nobis ea quæ geruntur in mūdo, minus recte geri uideantur. Consequitur aūt, ut si creator omnium deus est ac mens, sit etiā iustus: quod si iustus est, necessario iudicat: si iudicat, necesse est, ut homines de suis actibus iudicentur: & si de actibus suis unusquisq; iudicatur, erit ergo inter iustos, & peccatores iustū quandoq; discrimen. Hæc fuit, ut opinor, totius uerbi continentia. Si ergo ostendi potest, quod mens ac ratio cuncta condiderit, consequens est & ea quæ sequūtur, ratione & prouidentia geri. Si uero natura imprudens & cæca gignit uniuersa, perimitur sine dubio iudicij ratio, nec

B discussio peccatorum, ac benefactorū remuneratio sperabitur, ubi iudex non est. Quia ergo omnia in hoc pendent, & huic capiti adhærent, non indignemini, si forte paulo latius discuti hæc & pertractari uoluero. In hoc enim mihi ad omnia quæ proponuntur, uelut prima ianua clauditur, & ideo hanc mihi ante omnia aperiri uolo. Nunc ergo audite quæ dico, & respondeat mihi si quis uestrum uolet: non enim erubescam discere, si audiero quod uerū est, & recte dicenti adquiescere. Igitur hesterno à te habitus sermo, qui adserebat qd' arte, & mensura, & ratione cuncta constarent, non ualde me suadet, mentem rationemq; esse quæ fecerit mundum, multa enim habeo, quæ ostendam cōtenti mensura, ac forma, & specie constare, nec tamen per mentem condita ac rationem. Tum præterea uideo multa incondite, inconsequenter, iniuste geri in mūdo, & sine Geneſis cursu nihil fieri posse, quod post omnia etiam ex meipso manifestissime adprobabo. Hæc cum SENEX diceret, AQVILA respōdit. Quoniam ipse proposuisti, ut ad ea quæ diceres haberet copiā respōdendi qui uelit, concedit mihi frater meus Niceta hodie facere sermonem. Et SENEX: Prosequere, ait, fili, ut uis. Et AQVILA respondit: Promisisti quod ostenderes multa esse in mundo quæ formam ac speciem æquali ratione collectam gerant, quæ tamen constet non effici per conditorem deū. Nūc ergo quod promisisti ostende. Et SENEX: Ecce arcum uidemus in cœlo, circulum tenere omni mensura collectum, & habere speciem ueri, quam fortassis nec mens condere, nec describere ratio potuisset, nec tamē hic ab aliqua mente fit,

Prima ianua ad agnitionē dei.

C Ecce in breui totū proposui,respondе ad hæc. Tū AQVILA: Nō continuo, inqt,si quid ex typo & forma exprimit̄,id intelligit̄ à ratione esse, ac sine mēte nō fieri posse,quoniā typus ipse qui exprimit figuras ac formas, nō sine mente factus est. Verbi caussa,cera si adfigat̄ sculpto anulo,imaginē quidē & figurā sumit ex anulo,qui sine dubio sensu caret,sed anulus qui exprimit effigiē,manu artificis sculptus est, & mēs fuit ac ratio, quæ typū anulo dedit. Ita ergo & arcus exprimit̄ in aëre, sol em̄ nubibus rarescentibus radios suos imprimēs, & humori nubilo uelut ceræ molli adfigens orbis sui typū, arcus speciē reddit,& efficit hoc ipsa,ut dixi,repercussio splendoris solis in nubibus, atque ex illis fulgorē circuli eius reddēs: fit aūt hoc nō semper,sed cū opportunitatē sui, humectæ nubes rarescēdo præstiterint. Vnde & rursus cū densantur nubes & coëunt,arcus forma resoluit̄, & exolescit,denicp nunquā sine sole & nubibus arcus apparet, sicut nec sine typo & cera, & alia huiusmodi materia exprimitur imago. Non ergo mirū est,si conditor deus ex initio fecit typos, ex quibus nūc formæ exprimant̄ ac species. Simile aūt hoc & illi,quod ab initio deus elementa insensibilia creauit,quibus ad reliqua omnia formanda,& explicāda uteretur. Sed & qui statuas formāt,typū prius luci uel ceræ fingunt,& ex ipso redditur statuæ effigies: tum deinde & umbra redditur ex statua,quæ umbra per omnia formā ac similitudinē statuæ gerit. Quid ergo,dicemus insensibilē statuā formare umbrā,tam diligenti,quam ipsa statua est,ratione collectā,an illi sine dubio adscribetur umbræ collectio,qui & statuā finxit? Si ergo tibi uidet hoc ita se habere,& sufficit quod de hoc dictū est,ad alia inquirēda ueniamus,aut si aliquid adhuc deesse putas,repetamus. Et SENEX ait: Volo ut repetas de hoc,sunt em̄ & alia multa quæ similiter fieri uideo, nam & fructus arborū simili modo pulchre formati,& in rotundū mire collecti nascūtur,& foliorū species ingenti decore formatur, atcp exquisita arte uiridis mēbrana contexitur. Tū præterea pulices,mures,lacertas,& his similia,nunquid & hæc dicemus à deo fieri? Vnde ex his uilioribus,cōiectura capitur meliorū,quod nequaquam mentis arte formentur. Bene, inquit AQVILA, de foliorum textura,& de paruis animalibus colligis,qd' ex his fides etiam melioribus deroganda sit,sed non te ista decipiant,ut putes quasi duabus solis manibus operantē deū, non posse uniuersa complere quæ fiūt, sed memēto quomodo hesterno tibi frater meus Niceta respōdit,& mysteriū ante tempus aperuit, uere quasi cū patre loquens,& cur & quomodo fiant hæc,quæ inutilia uident̄,expositi. Et SENEX: Cur ista inutilia,uoluntate illius summæ mentis fiant, uelim à te audire. Si,inquit,liquido apud te cōstat,qd' mentis & rationis opus in ipsis est, tū demū tibi etiā cur facta sunt, dicere nō pigebit,& qd' iuste facta sint edocere. Ad hæc SENEX respōdit: Nō possum fili,ea quæ uident̄ ex arte formata, dicere per mentē fieri, propter cætera quæ iniuste & inordinate fieri uidemus in mūdo. Si te,inquit AQVILA,ea quæ inordinate fiunt,dicere qd' per prouidentiā dei facta sint nō sinunt,cur non ea quæ ordinate fiūt,dicere te qd' à deo facta sint cogunt? & quia inrationabilis natura,opus rationabile proferre non

Arcus in cœlo ex repercussio ne solis.

Contemptissima quæq; animalia à deo creantur.

A re non possit? Certū est em̄,nec omnino negamus,quia in hoc mundo quædā ordinate,quædā inordinate fiant, ea ergo quæ rationabiliter fiunt, crede qd' per prouidentiā fiant,quæ uero inrationabiliter & inordinate,quia naturaliter eueniant & fortuito accidant. Miror autē nō aduertere homines, quia ubi sensus est,possunt res ordinate fieri & inordinate,ubi autem nullus est sensus, neutrum omnino effici: nam ratio ordinem facit, ordinis autē cursus si contrarium quid acciderit,quod ordinem turbet necessario inordinatum aliquid profert. Et SENEX: Hoc ipsum mihi à te ostendi uolo. Nō, inquit, morabor AQVILA. Duo uisibilia signa monstrātur in cœlo,unū solis,aliud lunæ,hæc sequuntur & aliæ quinqp stellæ,diuersos & proprios singulæ explicātes cursus. Hæc ergo deus posuit in cœlo,quibus aëris temperies pro ratione temporum dispensetur,& ordo uicissitudinū permutationumqp seruetur. Horū autem ipsorū ministerio,& siquando pro peccatis hominum plaga & correptio terris iniicitur,perturbatur aër,lues animantibus, corruptio frugibus,pestilens per omnia mortalibus annus inducitur: & ita fit,ut uno eodemqp ministerio,& seruetur ordo & corrumpatur. Etenim palàm est incredulis & imperitis,quod cursus solis utilis & necessarius mundo,per prouidentiā datus sem per ordinatus habeatur. Lunæ uero ad cōparationē cursus solis,in augmentis & detrimentis suis apud imperitos inordinati cursus uidentur & incōpositi. Nam sol certis distinctionibus & ordinatis mouetur: ex ipso enim sunt horæ, ex ipso dies cum ascenderit,ex ipso etiam nox cū occiderit, ex ipso menses & anni numerantur, ex ipso uicissitudines temporū fiunt, dū ad superiora con-
B scendens uer temperat: ubi aūt ad summū cœli uenerit,æstiuos accendit calores, decidens rursus autumni temperiem reddit, ubi uero ad inferiorem redierit circulum,ex glaciali compage cœli,rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit. Sed de his aliās latius disseremus. Nūc interim,cum sit iste minister bonus,ad uicissitudines temporum moderandas,tamen ubi secūdum uoluntatem dei correptio mortalibus datur,incandescit acrius,& urit mundum uehemētioribus flammis. Similiter autem & lunæ cursus,atque hæc quæ imperitis uidetur inordinata permutatio,incremētis frugum,& pecudum,omniūcp animantium commoda est: augmentis enim eius detrimentiscp mira quadā prouidentiæ arte,omne quod gignitur,alitur & crescit,de quibus latius prosequi possemus,& aperire de singulis rationem, nisi nos propositæ quæstionis ordo reuocaret. His tamen ipsis eisdemcp ministerijs, quibus gignūtur,alūntur,augentur uniuersa, cum fuerit iusta aliqua ex caussa ordinis instituti mutata temperies, corruptio oritur & intemperantia, ut in homines, sicut supra diximus,castigatio dei uolūtate procedat. Sed fortasse dices: quid, qd' in ista cōmuni castigatione similia impij patiūtur & pij? Verū est,etiam nos fatemur, sed pijs castigatio ad profectum cedit,ut in præsenti uita adflicti, purgatiores ueniant ad futuram, in qua perpetua eis requies præparata est. Simul autem ut & impij aliquantulum ex ipsorum castigatione proficiant, aut iusta in eos feratur iudicij futuri sententia, cum in eisdem castigationibus, iusti qui-

Quamobrē pij cum impijs aliquando adfligantur.

C dem gratias egerint deo, iniusti aũt blasphemauerint. Igitur cum in duas partes rerum diuidatur opinio, quod alia per ordinem, alia cõtra ordinem fiant. Ex his quidem quæ secũdum ordinem fiunt, oportuit credi esse prouidentiã: de his uero quæ contra ordinem geruntur, causſas require ab his qui eas per doctrinã prophetică didicere: quibus eĩ innotescere potuit sermo propheticus sciunt quando & ob quam causſam erugo, grando, pestilentia, & horũ similia per singulas quasq; generationes exorta sint, & ex quibus peccatis hæc ad uindictam data sint, unde humano generi causſa tristitiæ, unde gemitus ac dolores acciderint, unde etiã tremoris languor aduenerit, & quod hæc ab initio fuerit uindicta paricidij. Nam ab origine mundi nihil horum fuit, sed ex impietate hominum initium mala ista sumpsere, & inde semper crescentibus iniquitatibus, & malorum numerus creuit. Sed idcirco diuina prouidentia iudicium erga omnes statuit, quia præsens seculũ nõ erat tale, in quo unusquisq; possit pro meritis dispensari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominũ mundo acciderunt, malis, illa contẽplanda sunt, quæ ab initio cũ nullæ malæ causſæ existerẽt, bene & ordinate instituta sunt: denicq; ad indiciũ eorũ quæ ab initio fuere inueniũtur nonnullæ gentes, alienæ ab huiusmodi malis. Nã Seres quia caste uiuunt, expertes habentur horum omnium, quia neq; post conceptum adiri ultra apud eos feminam fas est, neq; cum purgatur, carnibus ibi immundis nemo uescitur, sacrificia nemo nouit, secundũ iustitiã omnes sibi ipsis iudices fiunt. Idcirco igitur neq; castigãtur istis plagis quas supra diximus, & plurimum temporis in uita durantes, absq; ægritudine finiunt uitã. Nos autẽ miseri uelut cum serpentibus pessimis habitantes, cum hominibus dico iniquis, perferimus necessario cũ ipsis adflictionum plagas in hoc mũdo, sed ſpem gerimus, ex consolatione futurorum bonorũ. Si propter iniquitates, inquit SENEX, aliorũ cruciant etiã iusti, oportuit deũ tanquam prouisorem iubere hominibus, ut non facerent ea, ex quibus necesse esset cum iniustis adfligi etiam iustos, aut facerent emendationem aliquam, aut purificationem mundo adhiberẽt. Iussit, inquit AQVILA, deus hæc, & dedit præcepta per ꝓphetas, quomodo homines uiuere deberent, sed & hæc contempserunt, imo uero & eos si qui forte obseruare cupiebant, diuersis iniurijs adflixerũt, donec etiam ipsos à proposita obseruatione deijcerent, & ad incredulitatis nihilominus uerterent turbam, sibiq; similes efficerent. Propterea denicq; ab initio cum fuisset omnis terra maculata peccatis, deus diluuiũ mundo induxit, qd' uos sub Deucalione factum dicitis, & tunc unum quendam iustũ cum filijs suis in arca reseruauit, & cum eo omnium seminum, omniũq; animantium genus. Et tamẽ etiam qui ex ipsis nati sunt, tempore intercedente, rursus similia prioribus agunt: obliuioni eĩ quæ acciderant data sunt, ita, ut posteri ne hoc ipsum quidem crederent, quod diluuiũ factũ est. Vnde & statuit deus in præsenti seculo ultra nõ fieri diluuiũ, alioqui secũdum rationem peccatorum, necesse erat etiam per singulas generationes hoc fieri infidelitatis gratia, sed magis indulsit per singulas gentes, angelos quosdam agere principatum, qui malis gaudent, quibus

Calamitates nobis in uindictã datæ sunt.

Morbi crescũt perinde ut peccata hominũ.

Seres innocentes.

D

Peccatum diluuio ultus est deus.

A quibus tamen ea conditione potestas aduersum unũquemq; mortalium data est, si prius se ipse quis peccando eis feciſſet obnoxium, donec aduenire ille qui bonis gaudet, & compleretur per ipsum numerus iustorum, & per omnẽ mundum crescente multitudine piorum, aliqua ex parte reprimeretur impietas, & innotesceret omnibus, quia omne quod bonum est, à deo sit. Ex arbitrij aũt libertate unusquisq; hominũ dũ incredulus est de futuris, per malos actus incurrit mala. Et hæc sunt quæ uidentur in mundo contra ordinem geri, quibus causſas, ut essent, infidelitas dedit. Miranda igitur per omnia est diuinæ prouidentiæ dispensatio, quæ his qui initio fuerint, bonam quidem uiam uitæ incedentibus, bonis incorruptibilibus dedit perfrui: ubi uero peccauerũt, mali originẽ peccato pariente sumpserunt. Et unicuiq; bono quasi quodam conſugij fœdere, ex parte peccati sociatum est malũ, quoniamquidẽ humano sanguine terra polluta est, & aræ dæmonibus succensæ, aërem quoq; ipsum incesto sacrificiorum fumo temerarunt, & ita demum corrupta prius elemẽta, hominibus corruptelæ uicium, uelut radices ramis ac fructibus tradiderũt. Vide ergo in hoc, ut dixi, quàm iuste uiciatis rebus prouidentia diuina succurrit, ut quoniam bonis dei, mala quæ ex peccato originẽ sumpserant, sociata sunt, duabus his partibus, duos principes poneret, & ei qui bonis gaudet, bonorũ ordinem, qui ad fidem prouidentiæ suæ, credẽtes adducere statuit: ei uero qui malis gaudet, ea quæ contra ordinẽ & inutiliter geruntur, ex quibus sine dubio etiam prouidentiæ fides in dubiũ ueniat, & habita est per hoc à iusto deo

B iusta diuisio. Hinc ergo est quod cum ordinatus astrorum cursus, fidem faciat manu artificis conditum mundum, rursum conturbatio aëris, aura pestilens, fulminum uagi ignes, prouidentiæ opus refellant. Habent enim, ut diximus, singula quæque bona, cõtraria & coniuncta sibi mala, ut fœcundis imbribus, grando inimica est, ut rori placido, rubiginis est sociata corruptio, ut uentis lenibus, procellarũ turbines iũcti sunt, fructuosis arboribus, infructuosæ, herbis utilibus, noxiæ, animalibus mitibus, fera & pernicioſa cõnexa sunt. Hæc aũt omnia posita sunt à deo, pro eo quod hominibus uoluntas arbitrij à bonorum proposito discessit, & declinauit ad mala, igitur in omnibus mundi rebus habetur ista diuisio: & sicut sunt pij, ita & impij, ut sunt prophetæ, ita & falsi prophetæ. Sed & apud gẽtiles sunt philoſophi, sunt & falsi philoſophi, ludæorum quoq; circũcisionem Arabicæ gentes, aliæq; plurimæ ad ministeriũ suæ impietatis imitati sunt. Sic & diuino cultui est contrarius dæmonum cultus, & baptiſmo, baptiſmus, & legi, leges, & apoſtolis, pſeudapoſtoli, & doctoribus, falsi doctores. Et inde est unde apud philoſophos, alij adserãt ꝓuidentiã, alij negant, alij unum deum, alij plures defendunt. Vsq; ad hoc res denicq; accessit, ut cum uerbo dei fugentur dæmones, per quod esse prouidentia declaratur, inuenerit ars magica ad infidelitatem confirmandã, quomodo etiã hoc ex contrarijs imitetur. Sic serpentum uenena mitigare carminibus inuentum, & uerbo ac potestati dei contrarias inducere sanitates. Angelis quoq; dei contraria reperit ars magica ministeria, animarum ſuscitationes contra hæc, & fi-

Omne bonũ à deo.

Malum bono tanquam ex fœdere adhæret.

Arabes circumcisionẽ Iudæorũ ſunt imitati

ABVSVS *multarũ rerũ.*

C gmenta dæmonum ponens. Et ne multa enumerando, sermonem longius trahã, nihil omnino est quod fidem prouidentiæ faciat, & non habeat è contrario aliud ad infidelitatem paratum, & ideo qui ignorant istam diuisionem rerũ, pro his quæ à semetipsis discordant in mũdo, non putant esse prouidentiam. Sed tu pater, quasi uir sapiens, ex ista diuisione elige partem quæ ordinẽ seruat, & fidem prouidentiæ facit, & non solum sequaris illã partem quæ contra ordinem currit, & prouidentiæ derogat fidem. Ad hæc SENEX respondit: Da mihi uiam fili qua possim ex duobus istis ordinibus, quorum alter adserit, alter refutat prouidentiam, unum aliquem in meis sensibus confirmare. *Quædam inordinate fiunt.* Rectum, inquit AQVILA, habenti iudicium facile discrimen est, nam & hoc ipsum, quod ais, ordo & inordinatio, ab artifice fieri potest, nam uerbi gratia ponamus de excelsa rupe abruptum saxum in præceps ferri, idq; inlisum solo in multa fragmenta cõminui, nunquid euenire ullo modo potest, ut in illa multitudine fragmentorum, inueniatur unum saltem fragmentũ, in quo perfecta aliqua species per omnia habeatur ac forma? Et SENEX respondit: Non potest. Qd' si adsit, inquit AQVILA, signorũ artifex, excisum de monte saxũ manu artifici & sensu rationabili formare in quam uelit speciem potest. Et SENEX: Verũ, inquit, istud est. Ergo, ait AQVILA, ubi sensus nõ est rationabilis, nulla species ex integro formari potest, ubi aũt sensus est artifex, ibi & forma, & informitas esse potest. Vbi gratia, si excidat è monte saxum artifex cui

D formam uelit imponere, necesse est, ut id primo informe cedat & barbarum, tũ deinde paulatim excudens, & ad libram suæ artis exculpẽs, exprimat formam quam mente cõceperit. Ita ergo ex informitate uel deformitate, artificis manu peruenitur ad formam, & utrumq; ab artifice procedit, simili igitur modo, & ea quæ in mundo geruntur, per artificis prouidentiam fiunt, etiamsi minus ordinata uideantur. Et ideo, quia tibi duæ istæ innotuerunt uiæ, earumq; accepisti diuisiones, fuge infidelitatis uiam, ne forte perducat te ad illum principem, qui malis gaudet, sequere fidei uiam, ut peruenire possis ad regem illũ qui bonis hominibus gaudet. Ad hæc SENEX respondit: Cur autem & princeps ille qui malis gaudet factus est, & unde factus est, aut nõ est factus? AQVILA ait: Alterius temporis est iste tractatus, uerũ ne expers abeas etiã huius responsionis, pauca tibi de hoc quoq; insinuabo. Præscius omnium deus ante constitutionem mundi, sciens quia futuri homines alij quidem ad bona, alij uero ad contraria declinabunt, eos qui bona eligerint suo principatui, & suæ curæ sociauit, atq; hæreditatem sibi eos propriam nominauit, eos uero qui ad mala declinarent, angelis regendos permisit, his qui non per substantiam, sed per propositum cũ deo permanere noluerunt, inuidiæ & superbiæ uicio corrupti, dignos ergo dignorum principes fecit. Ita tamen eos tradidit, ut non haberent potestatem in eos faciendi quod uolũt, nisi statutum sibi ab initio terminum transeant. Hic est autem statutus terminus, ut nisi quis prius fecerit dæmonum uoluntatem, dæmones in eo nõ habeant potestatem. Et SENEX ait: Magnifice prosequutus es fili, superest nũc ut dicas unde est substantia mali: si enim

Dæmonibus fit in nobis locus per præceptorum dei transgressionem.

A si enim à deo facta est, fructus malus radicem culpabilem docet, uidetur enim & ipsa malæ naturæ, si uero coæterna fuit hæc substantia deo, quomodo potest quod æqualiter ingenitum & coæternum est, alteri esse subiectũ? Nõ semper fuit, inquit AQVILA, sed neq; si ex deo facta est, continuo necesse est, etiã conditorem eius talem uideri, quale est illud, quod ab eo factum est, nam substãtias quidem deus fecit omniũ. Sed si rationabilis mens quæ à deo facta est, nequaquam conditoris sui legibus adquiescit, & modum statutæ sibi temperantiæ excedit, quid hoc ad conditorem spectat? uel si aliqua est ratio hac superior, ignoramus: neq; enim de singulis ad perfectum scire possumus, & de *CHRISTIANI quædam tutius ignorant, quàm inuestigant.* his præcipue pro quibus non sumus iudicandi cur ignoremus. Ea uero pro quibus iudicandi sumus, facilima sunt ad intelligendum, & penè uno sermone absoluuntur. Omnis em propemodum actuũ nostrorum in eo colligitur obseruantia, ut quod ipsi pati nolumus, ne hoc alijs inferamus: sicut enim ipse occidi non uis, caueas oportet, ne alium occidas. Et sicut tuum nõ uis uiolari matrimonium, nec tu alterius macules thorum: furtum pati non uis, nec ipse facias, & intra hanc regulam humanorum gestorum singula quæq; concurrunt. Tum SENEX. Ne ægre, inquit, accipias fili, quod dicturus sum, sermones tui quamuis ualidi sint, non possunt tamen flectere me ut credã, fieri aliquid posse, extra Genesim. Scio enim omnia mihi necessitate Geneseos accidisse, & ideo suaderi mihi nõ potest, quia uel bene, uel male agere in nostra potestate sit: &

B si actus nostros in potestate non habemus, non potest credi futurum esse iudicium, per quod uel malis pœnæ, uel bonis præmia tribuãtur. Denicq; quoniãte imbutum uideo in huiusce modi disciplinis, pauca tibi ex ipsa arte proferã. Si, inquit AQVILA, ex ipsa disciplina adstruere aliquid cupis, frater meus Clemens tibi diligentius respondebit, qui plenius scientiam matheseos adtigit, *Clemens Matheseos fuit doctus.* ego enim alijs uijs adserere possum, quod actus nostri in nostra sint positi potestate, ista aũt quæ non didici, præsumere nõ debeo. Cũ hæc Aquila dixisset, ego CLEMENS, crastino, inquam, dices pater ut uoles, & audiemus libẽter, nam & te puto grate habiturum, quod cum his tibi erit sermo, qui expertes non sunt eius quam protuleris disciplinæ. Cum ergo placuisset inter me & Senem, ut sequenti die disputatio nobis de ratione Geneseos haberetur, utrum omnia ex ea fierent, an esset aliquid in nobis, quod non Geneseos, sed animi iudicium gereret, PETRVS surrexit, & sermonem facere hoc modo cœpit: Mirum mihi admodũ est, quod res quæ facile inueniri possunt, homines exquisi- *Obscurãt quædam homines ex industria.* tis cogitationibus ac uerbis difficiles faciunt, & hi maxime qui uidentur sibi sapientes, quiq; uolentes dei uoluntatem comprehendere, quasi homine utunt deo, imò & si quid minus, nam hominis consilium uel sensum scire nemo potest, nisi ipse prodat quid cogitauerit, sed neq; artẽ quis discere potest, nisi multo tempore à magistro fuerit imbutus, quanto magis inuisibilis & incomprehensibilis dei, neq; sensum, neq; opus scire quis potest, nisi ipse mittat prophetam, qui enarret cõsilium suũ, & uiam conditionis exponat, in quantum discere hominibus fas est. Vnde ridiculum puto, cũ naturalibus uijs de uirtute dei *Ridiculum est loqui humano more de rebus diuinis.*

C homines iudicant, & putant hoc quidē ei esse possibile, illud uero impossibile, aut hoc maius, illud minus, ignari omnium, qui cum sint homines iniusti, iudicant deum iustum, artificem imperiti, incorruptibilem corrupti, factura factorem. Et nolo putetis, quia hæc dicens iudicandi de rebus perimo facultatē, sed consilium do ne per diuina quis incedēs, sine fine incurrat errores. Et ideo non solum sapientibus, sed & omnibus hominibus, qui desideriū gerūt agnoscendi quod sibi expedit, suadeo, ut requirant uerum prophetam, quia ipse solus est, qui nouit omnia, & scit quid, & quomodo unusquisq; quærat. Inest ēm intra uniuscuiusq; nostrum mētem, sed in illis quidem, qui desideriū dei agnitionis, & iustitiæ eius nullum gerunt, ociatur. In his uero qui quod animæ suæ expedit quærunt, operatur & scientiæ lumen accendit. Propter quod primo omnium hunc requirite, quē si non inueneritis, ab alio uos agnituros aliquid non speretis. Inuenitur autē cito ab his qui ueritatis amore perquirūt, & quorum anima præoccupata nō tenetur in malitia: adest enim his qui eū in innocentia spiritus sui desiderant, qui per patientiam sustinent, & suspiria de profundo cordis, ueritatis amore producunt, fugit autem maleuolas mētes, quia ut propheta, cognoscit cogitationes uniuscuiusq;. Et ideo nemo putet eū per prudentiam suam inuenire posse, nisi, ut supra diximus, mentem suā omni nequitia uacuam effecerit, atq; agnitionis eius desiderium purum & fidele conceperit. Vbi enim talem se quis præparauerit, ipse, ut propheta, uidens præparatam mentem, sponte se adhibet ad agnoscendum. Si quis igitur uult omnia discere, non per singula discutiens, neq; enim poterit, cum sit mortalis, dei inuestigare consilium, & ipsam immensitatē perscrutari, sed si discere, ut diximus, omnia desiderat, uerum prophetam requirat. Quem cum inuenerit, nō quæstionibus & disputationibus, neq; argumentis cū eo agat, sed si quid responderit, si quid pronunciauerit, hoc certum esse, nō potest dubitari. Et ideo quæratur uerus propheta ante omnia, & eius uerba teneantur, in quibus illud tantummodo discutiendum unicuiq; est, ut satisfaciat sibi, si uere prophetica eius uerba sunt, id est, si indubitatam fidem continent futurorum, si tempora definita consignant, si rerum ordinem seruant, si non quæ prima sunt, nouissima, & quæ in nouissimis gesta sunt, prima narrarunt, si nihil uersutum, nihil magica arte ad decipiendum compositum continent, aut si non quæ alijs reuelata sunt, ad se transtulerit, admixtis mendacijs. Et cum his omnibus recto iudicio discussis, uerba cōstiterit esse prophetica, ita demum credi eis de omnibus quibus dixerint, & responderint debet. Etenim consideremus diligētius opus diuinæ prouidentiæ, nam qđ philosophi introduxerūt uerba subtilia quædam & difficilia, ita ut ne ipsa quidem uocabula sermonū, nota esse omnibus possent & intelligibilia, deus eos qui sibi artifices uerborum uidebantur, per omnia imperitos esse erga agnitionem ueritatis ostendit: simplex enim est, & manifesta, ac breuis rerum scientia, quæ per uerum prophetā traditur, quā isti per deuia incedentes, & scrupeas uerborum difficultates, tota ignorauerunt uia. Igitur uerecundis & simplicibus mentibus, cū uiderint fieri quæ præ

Non ideo iudicia hominū tollēda sunt, quod illis diuina non possumus assequi.

Christus in nōnullis hominibus ociosus est.

Prudentia humana cæcutit in rebus diuinis.

D

Habes albā, ut ita dixerim, lineam ad quam exigas prophetias.

Logodædalos & architectos uerborum appellat Cicero.

A dicta sunt, satis abundeq; sufficit, ut de certissima præscientia, certissimā scientiam capiāt, & de cætero requiescant, euidenti agnitione ueritatis adsumpta, cætera omnia æstimatione tractātur, in quibus firmum esse nihil potest. Quis enim sermo est, qui non recipiat contradictionem? & quæ argumentatio est, quæ non possit alia argumentatione subuerti? & inde est quod ad nullum finē scientiæ & agnitionis per huiusmodi disputationem peruenire homines possunt, priusq; finem uitæ inueniūt, quàm quæstionum. Et ideo cū in his omnia habeantur incerta, ad uerum prophetam ueniendum est, quem deus pater uolens ab omnibus diligi, hæc quæ homines induxerunt, in quibus nihil potest adprehendi, uoluit penitus extinguere, ut eò magis iste quæreretur, & quam illi obcluserant, hic hominibus uiam ueritatis aperiret. Propter hunc enim deus etiam mundum fecit, & ab ipso mundus repletur, unde & quærentibus se adest ubiq;, etiamsi in ultimis terræ finibus quæratur. Si uero nō pure eū quis, nec sanctē, neq; fideliter quærat, intra ipsum quidem est, quia ubiq; est, & intra sensus omnium inuenitur: sed, ut supra diximus, infidelibus dormit, & absens habetur his, à quibus esse non creditur. Cūq; hæc & alia huiusmodi PETRVS de uero ppheta prosequutus esset, turbas dimisit. Senem uero, cum rogasset plurimum permanere nobiscū, obtinere nō potuit, sed & ipse discessit, alia die, sicut placuerat rediturus. Et post hæc nos unà cū Petro ingressi hospitium cibo & quiete solito utimur.

Multis prius uitæ finis est quàm quæstionum.

B

LIBRI OCTAVI FINIS.

RECOGNITIONVM

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER NONVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

A SEQVENTI die PETRVS unà nobiscum matutinare ad locũ, in quo pridie habita fuerat disputatio, properauit, atq; ibi cum plurimas iam ad audiendum cõueniſſe turbas, & Senem cum eis uideret, ait ad eum: Heſterno die ô Senex, cum Clemente placuerat ut hodie ſermo fieret, & aut tu oſtenderes nihil extra Geneſim fieri, aut Clemẽs doceret Geneſim non eſſe. Ad hæc SENEX reſpondit: & quid placuerit memini, & tua uerba teneo, quæ poſt pactiones loquutus es, quibus docuiſti impoſſibile eſſe homini ſcire aliq̃d, niſi à uero ꝓpheta didicerit. Et PETRVS: Neſcis, inquit, quomodo dixerim, ſed nunc te ego commonebo: de uoluntate dixi, & conſilio dei, quam habuit priuſquàm mundus eſſet, & quo conſilio fecerit mundum, tempora ſtatuerit, legem dederit, iuſtis ad bonorum remunerationem futurum ſeculum promiſerit, iniuſtis pœnas ex iudicij ſententia ſtatuerit, hoc ego dixi conſiliũ, & hanc uoluntatem dei, ab hominibus inueniri non poſſe, quia nemo hominũ poteſt ſenſum dei cõiecturis & æſtimatione colligere, niſi propheta ab eo miſſus enunciet. Non ergo de quibuſcunq; diſciplinis, aut ſtudijs dixi, quia inueniri ſine propheta, aut ſciri non poſſint: quippe qui ſciam & artificia, & diſciplinas ſciri, & exerceri ab hominibus, quas non à uero propheta, ſed à magiſtris hominibus didicerint. Quoniam ergo te profeſſus es gnarum eſſe poſitionis ſyderum, & ſtellarũ curſus, ex quibus conuinceres Clementem, quod Geneſi omnia ſubiaceant, aut ab ipſo diſceres, quod per prouidentiam reguntur uniuerſa, & eſt etiã aliquid in nobis, hoc expedire uos cõuenit. Ad hæc SENEX reſpondit: Iam quidem neceſſarium nõ erat huiuſmodi mouere quæſtiones, ſi poſſibile eſſet nobis à uero propheta diſcere, & audire definita ſentẽtia, quia ſit aliquid in nobis, & in arbitrij poſitum libertate, ualde enim me ſermo tuus mouit heſternus, in quo de uirtute prophetica diſputaſti, unde & ego aſſentio, & confirmo ſententiam tuam, quia nihil poteſt ab homine certum indubitatumq; cognoſci, cui & exiguum uitæ tempus eſt, & breue ac tenue ſpiramen, quo retineri uidetur in uita. Veruntamen quoniam priuſquàm de prophetica uirtute aliquid audirem, pollicitus uideor Clementi, ut oſtenderẽ, quia omnia ſubiecta ſunt Geneſi, aut ab ipſo diſcerem, quia eſt aliquid & in nobis, præſtet mihi

Senſum domini nemo nouit.

B

Quædam poſſunt ſciri ab hominibus abſq; propheta.

Tempus uitæ breue.

A mihi ipſe in hoc gratiam, ut primus incipiat, & quæ obijci poſſunt, proponat & abſoluat, ego eẽ, ex quo paucis à te audiui de uirtute prophetiæ, magnitudinem præſcientiæ conſiderans, obſtupui fateor, nec omnino recipiendum quicquam cenſeo, quod coniecturis & æſtimatione colligitur. Et cum hæc Senex dixiſſet, ego CLEMENS dicere ita cœpi: Deus per filium ſuum creauit mundum, tanquam duplicem domũ, interiectu firmamenti huius, qd' cœlum appellatur, diſtinctam, & in ſuperiori quidem angelicas habitare uirtutes, in iſto autem uiſibili mũdo, naſci hominum multitudinem dedit, ex quibus eligeret amicos filio ſuo, cum quibus lætaretur, & qui ei tanquam ſponſo, dilecta ſponſa pararentur. Verum uſq; ad nuptiarum tempus, quod eſt præſentia ſeculi uenturi, ſtatuit uirtutem quandam, quæ ex his quæ in hoc mundo naſcuntur, eligat & cuſtodiat meliores, ac ſeruet filio ſuo, ſequeſtratos in loco quodam mũdi, qui extra peccatum eſt, in quo iam ſunt aliquanti, qui ibi uelut ſponſa, ut dixi, decora, ad ſponſi præſentiam præparantur. Nam mũdi huius, & præſentis temporis princeps, adultero ſimilis eſt, qui mentes hominũ corrumpit, ac uiolat, & à deſiderio ueri ſponſi ſeducẽs, inlicit ad aliena deſideria. Sed dicit aliquis: quid ergo neceſſe erat iſtum principẽ fieri, qui à uero principe mentes hominũ declinaret? Quoniã deus qui, ut dixi, filio ſuo amicos uoluit præparare, non eos tales eſſe uoluit, qui neceſſitate naturæ, aliud quid eſſe nõ poſſent, ſed qui arbitrio ſuo. & uoluntate boni eſſe deſiderarent, quia nec laudabile eſt, qd' non eſt deſiderabile, nec bonũ iudicatur, quod nõ propoſito

B expetitur, nihil eñ laudis eſt id eſſe, à quo te mutari naturæ neceſſitas nõ ſinat. Prouidentia ergo dei, hominũ multitudinem naſci in hoc mundo uoluit, ut ex pluribus, eligerentur qui iuſtam diligerent uitã. Et quia præſentẽ mundũ præuidit, non aliter poſſe, niſi diuerſitate & inæqualitate cõſtare, ſecundum præſentium rerum diuerſitates, unicuiq; menti libertatem motuum dedit, & hunc principem poſuit, quo ea quæ contraria uidentur agitante, electio meliorum uirtutis opere conſtaret. Sed ut planius fiat quod dicimus, per ſingula exponemus: Nunquid omnes, uerbi gratia, oportebat eſſe in hoc mundo reges, aut principes, aut dominos, aut pædagogos, aut legiſperitos, aut geõmetras, aut aurifices, aut piſtores, aut fabros, aut grammaticos, aut diuites, aut agricolas, aut holitores, aut piſcatores, aut pauperes? hæc certũ eſt, quia omnes eſſe nõ poterãt. Omnia tamen hæc officia, & multo plura, præſens uita hominũ requirit, & ſine his tranſigi nõ poteſt, eſt ergo neceſſaria in hoc mũdo inæqualitas. Non eñ poteſt eſſe rex, niſi habeat quos regat, & quibus imperet: neq; poteſt eſſe dominus niſi habeat cui dominẽt, & cætera ſimiliter. Sciẽs ergo conditor à nullo ſpõte ueniri ad agonẽ, dũ refugiũt labor, hoc eſt, ad exercẽdas artes iſtas quas ſupra diximus, per quas uel iuſtitia uniuſcuiuſq;, uel miſericordia manifeſtari poteſt, corpus homini fecit, qd' famẽ, & ſitim, & frigus reciperet, ut refici endi corporis cauſſa cõpulſi homines, ad omnes, quas ſupra expoſuimus, artes, uictus neceſſitate deſcenderẽt. Cibi eñ & potus atq; indumẽti gratia, ſingulas quaſq; artes expetere edocemur. Et hic iã uniuſcuiuſq; mentis ꝓpoſitũ

Coniecturis nõ relinquitur locus in rebus diuinis.

N O T A

Diabolus tanq̃ adulter ſpõſas Chriſti uiolat.

Non omnes omnia eſſe poſſumus.

Venter artis magiſter eſt.

C declaratur, utrum necessitatẽ famis & frigoris, per furta & homicidia, ac per-
iuria sartiat, perq; alia huiusmodi scelera: an iustitiam, misericordiã, continen-
tiamq; custodiens, artis studio & manuum labore, imminentis necessitatis ex-
pleat ministerium. Si enim cum iustitia & pietate, ac misericordia, necessitatẽ
corporis trãsigat, uelut propositi agonis uictor, amicus filij dei, & electus ab-
scedit. Si uero per fraudes, per iniquitates, & scelera, concupiscentijs deseruit
corporalibus, principibus mũdi, atq; omnium dæmonum amicus efficitur, à
quibus etiam hoc edocetur, ut stellarũ cursibus, malorum suorũ adscribat er-
rores, quod non nisi proposito ac uoluntate delegit. Etenim artes cogente, ut
diximus, cibi ac potus uoluptate, discuntur & exercentur, quæ uoluptas, cum
adcesserit unicuiq; ueritatis agnitio, infirmior efficitur, succedẽte parsimonia:
quantus enim sumptus est, aqua & pane utentibus, & hunc à deo sperantibus?
Est ergo, ut diximus, necessaria quædam in dispensatione mundi inæqualitas,
dum omnes quidem homines, non omnia possunt scire, uel implere artificia,
usu tamen & ministerio omnium, penè omnes indigent, & ob hoc necesse est
alium operari, alium operanti præbere mercedem, aliũ seruire, alium domina
ri, alium regi, aliũ regere, sed hanc inæqualitatem quæ mortalium uitã necessa
rio subsequuta est, diuina prouidentia in occasionẽ iustitiæ, misericordiæ, hu-
manitatisq; conuertit, ut dum hæc inter homines aguntur, sit unicuiq; causſa
iuste agendi cum eo, cui merces operis exoluenda est, & faciendi misericordiã
cum eo, qui debilitate fortassis, aut penuria intercedente, debitum soluere non
D potest. Sed & humane agendi cum his qui conditione uidẽtur obnoxij, man-
suetudinem quoque conseruandi erga subiectos, & omnia prorsus gerendi se-
cundum legem dei: dedit enim legem, iuuans per hoc humanas mentes, ut fa-
cilius erga unumquodq; qualiter agi deberet, aduerterent, qua uia effugerent
malũ, & qua ad futura tenderent bona, & ut in aqua regenerati per opera bo-
na, ignem uetustæ natiuitatis extinguerent. Prima enim nostra natiuitas, per
ignem concupiscentiæ descendit, & ideo dispensatione diuina. Secunda hæc
per aquam introducitur, quæ restinguat ignis naturam, & cœlesti spiritu ani-
ma inluminata, metũ primæ natiuitatis abijciat, si tamen ita de reliquo uiuat,
ut nullas omnino mũdi huius uoluptates requirat, sed sit tanquam peregrinus
& aduena, atq; alterius ciuitatis ciuis. Sed fortasse dicas, quia in his quidem, in
quibus naturalis necessitas, exigit artium operumq; ministerium, potest unus-
quisq; habere in potestate, seruare iustitiam, & modum, uel desiderijs, uel acti-
bus quẽ uelit imponere. Quid de ægritudinibus dicemus, & infirmitatibus,
quæ accidunt hominibus, & quod dæmonibus nonnulli urgentur, & febri-
bus, & frigoribus, nonnulli etiã furore aguntur, & mente excidunt, & omnia
illa, quæ innumeris casibus premunt mortalium genus? Ad hæc dicemus, si
consideret quis totius ministerij rationẽ, hæc illis, quæ supra expossuimus, iu-
stiora esse pronũciabit: Deus enim hominibus naturã dedit, per quam & do-
ceri possint de bono, & obsistere malo, id est, ut & artes possint discere, & ob-
sistere uoluptatibus, ac præferre in omnibus legẽ dei, & ob hoc uirtutes quas-
dam

Necessitati corporis ita inseruiendum est, ne interim designemus quicq; quod proximo obsit.

Parsimonia Christianis magnum uectigal est.

Inæqualitas illa in mũdo, pro occasione est, nobis misericordiæ.

Duæ natiuitates hominũ.

Mundus nobis pro hospitio est, nõ domo.

Natura hominũ capax boni.

A dam contrarias, oberrare mundum hunc, & obluctari nobiscũ permisit, pro-
pter causſas quæ iam superius dictæ sunt, ut ex earum certamine, oriatur iustis
palma uictoriæ, & meritum præmiorum. Ex istis ergo accidit interdum, ut si
qui incontinenter egerint, & nõ tantũ obsistere, quàm cedere atq; in semetipsis
dare eis uoluerint locũ, noxia earum adspiratione generetur intemperata, &
uiciosa progenies. Dum emẽ totũ libidini indulgetur, & obseruatio nulla coë-
undi est, illorum sine dubio dæmonum, quibus hæc perurgentibus fiunt, uí-
cia & fragilitates suscipit importuna generatio. Et ideo pro huiusmodi uicijs
natorum, obnoxij erunt parentes, qui legem seruare concubitus noluerunt, li
cet sint & aliæ causſæ secretiores, quibus his malis obnoxiæ efficiũtur animæ,
quas nunc proferre temporis nõ est. Tamen oportet unumquemq; agnosce-
re legem dei, ut ex ea generandi obseruantiã sumat, & immunditiæ causſas de-
clinet, ut possit mundum esse quod gignitur. Neq; enim fas est, ut nõ in plan-
tandis quidem uirgultis, uel in seminandis frugibus, opportunũ tempus quæ-
ratur, terra purgetur, atq; omnia quæ conuenit præparentur, ne forte semen
iactum lædatur & pereat, & in solo homine, qui est super hæc omnia, serendi
obseruatio nulla habeatur, nulla cautela. Sed quid, quod nõnulli, inquit, cũ in
prima ætate absq; uicio fuerint corporali, processu temporis incurrunt hæc
mala, ita ut aliquanti etiam uiolenter præcipitentur in mortem? Etiam de his
uicina, & penè eadem ratio est, illæ enim, quas diximus cõtrarias humano ge-
neri potestates, ad uniuscuiusq; cor, per multas & diuersas concupiscentias in-
uitantur quodammodo, & ingrediẽdi accipiunt locum, estq; hæc in illis uis &
B potestas, quæ hortetur & incitet tantum, non quæ cogat, & perficiat. Si ergo
quis adquiescat eis, ut etiam agat ea quæ male desiderat, consensus sui & actus,
mercedem perditionis & pessimæ mortis inueniet. Si uero futurum iudicium
cogitans, metu ipso fuerit repressus, & reuocauerit se, ne actu impleat, qđ' ma-
la cogitatione concepit, effugiet non solũm perniciem præsentem, sed & futu-
ra supplicia. Omnis enim causſa peccati, similis uidetur esse stuppæ pice obli-
tæ, quæ ubi calorem ignis acceperit, statim inflammatur, huius uero ignis in-
cendium opera esse dæmonum intelligantur. Si ergo inueniatur quis peccatis
& concupiscentijs tanquam pice oblitus, ignis ei facillime dominatur. Si uero
non peccati pice, sed aqua purificationis & regenerationis infusa sit stuppa,
ignis in ea dæmonum nõ ualebit accendi. Sed dicet aliquis: & quid faciemus
iam nos, quos cõtigit peccatis sicut pice oblitos? respondebo, nihil aliud nisi ut
festinetis abluí, quo expurgetur à uobis ignis materia, per inuocationem sancti
nominis, & de reliquo futuri iudicij metu, concupiscentias refrenetis, atq; ad-
uersarias potestates, cum forte ad sensus uestros accesserint, tota obstinatione
pellatis. Sed dicis: si in amorem quis inciderit, quomodo se poterit continere,
etiamsi ante oculos suos, ipsum ignis fluuium, quem pyriphlegetonta nominãt
uideat? Hæc excusatio est eorũ qui conuerti ad pœnitentiam nolunt. Denicq;
nũc nolo pyriphlegetonta adducas in mediũ, hominum tibi propone pœnas,
& uide quantum ualeat metus, potest ne quisquam, cum pro amoris crimine

Christiano perpetuũ est certamen contra uicia.

Hæreditaria sũt liberis multa uicia corporis à parẽtibus

Causſa peccati similis est stuppæ oblitæ pice.

C ad supplicium ducitur,& ad stipitem conligatur urendus,in illo tempore eius quam amauit, uel desideriũ capere,uel speciem ante oculos proponere? Nec quaquã,inquies,uides ergo,quia præsens metus,resecat iniqua desideria. Qd si credentes deo,& futurum iudicium,pœnamq; ignis æterni confitentes,non se continent à peccato,certum est quod non plena fide credunt: si enim certa sit fides,certus sit & timor:si uero minus aliquid est in fide,relaxatur & metus, & tunc locum inueniunt introëundi contrariæ potestates,quarum persuasionibus cum adquieuerint, necesse est,ut & potestati earum obnoxij fiant, & ipsis persuadentibus agantur ad præcipitia peccati. Igitur Astrologi ignorantes huiusmodi mysteria,putant stellarum cursibus ista contingere,unde & his qui accedunt ad eos,ut de futuris aliquid consulant, respondentes falluntur in plurimis,nec mirum,nõ enim sunt prophetæ, sed usu multi temporis autores eorum perfugium quoddam,in his quibus decipiebantur,inueniũt,& climateras quasdam introducunt, ut de rebus incertis, scientiam fingant. Climateras enim dicunt, quasi periculi tempus,in quo interdum perimatur quis,interdum non perimatur,ignorantes quod non stellarũ cursus hæc,sed dæmonum gerit operatio,qui ad astrologiæ errorem confirmandũ,deseruientes,calculis matheseos decipiunt homines ad peccandum,ut cum uel deo permittẽte, uel legibus exigentibus,peccati dederint pœnas,uerum dixisse uideatur astrologus,& tamen falluntur etiam in hoc: si enim cito conuersi fuerint ad pœnitentiam,& futuræ pœnæ recordationem conceperint ac metum, cõuersis ad

D deum per gratiam baptismi, resoluitur pœna mortis. Sed dicet quis,multi & homicidium,& adulterium, & alia scelera cõmiserunt,& nihil mali passi sunt. Hoc quidem raro accidit hominibus,tamẽ nescientibus consiliũ dei,frequenter uidetur accidere, deus autem qui nouit uniuersa, scit quomodo, & quare peccet,qui peccat,& quæ unumquemq; caussa ducat ad peccatum. Hoc tamẽ generaliter agnoscendum est, quod si qui non ita mente, ut actibus mali sunt, proposito incitato ad peccandum deuoluuntur,his uelocior & magis in præsenti uita redditur pœna, ubiq; enim & semper deus prout competere iudicat,unicuiq; pro actibus suis reddit. Eorum uero, qui proposito exercent malitiam,ita ut interdum etiam in eos sæuiant, à quibus bona cõsequuti sunt, & nullam recordationem capiunt ad pœnitentiam, differt pœnas in futurũ, nõ enim merentur isti,sicut illi,de quibus supra diximus, in præsenti uita scelerum suorũ finire uindictam,sed permittitur eis præsens tempus implere, ut uolunt,quia emendatio eorum non est iam talis, quæ temperalibus indigeat castigationibus,sed quæ æterni ignis in inferno exigat pœnas, quorũ animæ ibi pœnitentiam quærent,ubi inuenire non poterunt. Quod si in hac uita positi,illas quas ibi patiẽtur pœnas,ante oculos posuissent,refrenassent utiq; desideria,& nullo pacto decidissent in peccatum. Multum enim potest sensus in anima,ad resecandas omnes eius cupiditates, maxime cum cœlestiũ scientiam cœperit,per quam lumine ueritatis accepto, ab omni obscuritate malorum actuum declinauit. Sicut enim sol omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit &

Metus fidei cõiunctus.

Climacterici anni Astrologorum.

Deus solus nouit quemadmodum fiant peccata, non ergo in his quicquã temere ab homine definiendum est.

A dit,& contegit,ita & mens per scientiæ lucem,omnes concupiscentias animæ inefficaces reddit & ociosas, futuri iudicij memoriam super eas tanquam radios suos emittens,ita ut ne apparere quidẽ ultra in anima queant. Quod autem timor dei multum ualeat ad deprimendas concupiscentias, cape humani timoris exemplum: Quotus quisq; est, qui non inter homines cõcupiscat aliena, & tamen metu pœnæ quæ legibus statuta est,refrenatur,& continentius agit? Regi propter metum gentes subiacent,& armatus paret exercitus. Serui cum sint ualidiores dominis suis,propter metum tamen imperia perferũt dominorũ. Bestiæ ipsæ feræ metu mitescunt. Tauri ualidissimi, iugo colla submittunt,& immanes elephanti magistris obtemperant per timorem. Sed cur humanis utamur exemplis,cum etiam diuina non desint? nónne terra ipsa sub præcepti metu permanet,quod etiam motu sui & tremore testatur? Mare statutum terminum seruat,angeli pacem custodiunt, stellæ ordinem tenent, & fluuij meatus,dæmones quoq; certum est timore in fugam uerti. Et ne per singula sermonem longius producamus, intuere quomodo unumquẽq; timor dei continens,cuncta in harmonia propria,& ordinis sui cõpage custodiat. Quanto magis ergo certi esse debetis,quia & dæmonum cõcupiscentiæ,quæ in cordibus uestris oriuntur,admonitione timoris dei extingui possunt,& penitus aboleri, cum etiam ipsi incentores concupiscentiæ, metu sibi dominante diffugiant. Hæc ita se habere sciens,si quid tibi respõdendum uidetur, incipe. Tum SENEX: Sapienter, inquit, filius meus Clemens aptauit prosequutionem suam,ita ut nihil nobis ad hæc dicendũ reliquerit, uerum omnis eius

B sermo,quem de natura hominis disseruit,hanc habet continentiam,quia cum eo quod inest libertas arbitrij,est extrinsecus & aliqua caussa mali, ex qua per diuersas concupiscentias incitantur quidem homines, non tamen cogũtur ad peccatũ,pro eo,inquit,quod multo his ualidior est timor qui obsistat, & impetus desideriorum refrenet,ut cum naturales motus deciderint,effugatis his, qui eos incitant & inflammant dæmonibus, peccatum non possit admitti. Sed me hæc non adducũt ad fidem, conscius enim mihi sum quorundam,ex quibus bene noui,quia compaginatione stellarum, homines aut homicidæ, aut adulteri fiunt,cæteraq; perpetrãt mala. Similiter autem & honestæ ac pudicæ feminæ,ut bene agant inde coguntur,denicq; cum Mars centrũ tenens,in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum cum Mercurio ad centrum,Luna ueniente super eum plena,in Genesi diurna,efficit homicidas, & gladio casuros,sanguinarios,ebriosos,libidinosos,dæmoniosos,secretorum perscrutatores,maleficos,sacrilegos,& si qua sunt his similia, præcipue cum bonarum stellarum nulla respexerit. Sed & ipse rursus Mars ad Venerem schæma tetragonum habens,ex parte ad centrum non respiciente aliquo bonorum, adulteros efficit,& sorores & filias & matres in coniugium adducit. Venus cũ Luna in finibus & domibus Saturni cum Saturno,si fuerit adtestante Marte,efficit mulieres quidem uiragines,ad agriculturã,ad structurã, & ad omne opus uirile promptas, miscerí quibuscunq; uoluerint,& nõ argui à uiris pro adul-

Cognitio ueritatis ut sol, mẽtem inluminat

Genethliacorũ de aspectibus uanitas.

C terio, nulla uti mollitie, non unguentis, non ueſtibus, non calciamentis muliebribus, ſed uirorum ſorte agentes, uiros autem eſſe ut feminas, nec quicquam uirile gerere, cacodæmon Venus cum Marte ſi ſit in ariete, efficit è contrario mulieres, ſi ſit in caprærcornu aut aquario. Cũcq; multa de his Senex proſequutus eſſet, & unumquodq; ſchema matheſis, ſtellarum quoq; poſitiones enumeraſſet, uolens per hæc oſtendere, quia timor non ſufficiat refrenare concupiſcentias, ego rurſus reſpondi, uere pater doctiſſime & eruditiſſime proſequutus es, & ipſa me ratio inuitat, aliquid ad ea quæ à te diſſerta ſunt, reſpondere, quoniamquidem ſcientia mihi matheſis nota eſt, & libenter cum erudito uiro habeo ſermonem. Accipe ergo ad ea quæ dixiſti, ut euidenter agnoſcas Geneſim ex ſtellis omnino non eſſe, & quia poſſibile ſit obſiſti aduerſum impugnationem dæmonum, ab his qui confugiunt ad deum, ac ſicut prædixi, non ſolũ per timorem dei naturales cohiberi concupiſcentias poſſe, ſed & per timorem hominum, ſicut iam nunc edocebimus, leges ſunt in unaquaq; regione uel regno ab hominibus poſitæ, ſiue ſcriptura, ſiue etiam uſu durantes, quas nemo facile tranſgreditur. Deniq; primi Seres qui initio orbis terræ habitant, neque homicidium, neq; adulterium, neq; ſcortũ noſſe, neq; furtum cõmittere, neq; idola uenerari, & in illa omni regione quæ eſt maxima, neq; templum inuenitur, neq; ſimulacrum, neque meretrix, neq; adultera, neq; fur ad iudicium deducitur, ſed neque occiſus ibi homo fertur aliquando, & tamen nullius libertas arbitrij ſecundum uos à ſtella Martis ignita, ut ferro uteretur ad hominis necem, nec Venus cum Marte poſita, alienum matrimonium compulit uiciari, cum utiq; apud eos, per ſingulos dies Mars medium cœli circulum teneat.

Timent peccare mali formidine pœnæ.

D Sed eſt apud Seres legum metus uehemẽtior, quàm Geneſis conſtellatio. Sunt ſimiliter & apud Bactras in regionibus Indorum immẽſæ multitudines Bragmanorum, qui & ipſi ex traditione maiorum moribus, legibuſq; concordibus, neq; homicidium, neq; adulterium committunt, neque ſimulacra colũt, neque animantia edere in uſu habent, nunquam inebriantur, nunquam malitioſe aliquid gerunt, ſed deum ſemper timent; & quidem cũ cæteri Indorũ & homicidia, & adulteria committant, & ſimulacra colant, & inebrientur, atque alia huiuſmodi flagitia exerceant. Sed & in ipſius Indiæ nihilominus occiduis partibus, regio quædam eſt, ubi hoſpites cum inciderint, capti immolantur & comeduntur, & neq; bonæ ſtellæ uetuerunt eos ab huiuſmodi flagitijs, & ab execrandis cibis, neque malignæ ſtellæ compulerunt Bragmanas, ut aliquid agerent mali. Et rurſus mos apud Perſas, matres accipere in coniugium, & ſorores & filias, & ſub illo omni axe inceſta Perſæ ineunt matrimonia. Ac ne forte liceat his qui matheſim ſequuntur, uti illo perfugio quo dicũt, certas quaſdã eſſe plagas cœli, quibus propria quædam habere conceditur, ex ipſa Perſarũ gente aliquanti ad peregrina profecti ſunt, qui Maguſæi appellantur, ex quibus uſque in hodiernum ſunt alij in Media, alij in Parthia, ſed & in Aegypto nonnulli, plures autem in Galatia, & Phrygia, qui omnes inceſtæ huius traditionis formam indeclinabilem ſeruant, ac poſteris cuſtodiendam tranſmittũt, etiam

Seres. Bactræ. Bragmani.

Scytothauros eos eſſe ex libro quinto Plinij adparet.

Perſæ.

Maguſæi.

A etiam cum plagam cœli mutauerint, nec tamen eos Venus cũ Luna in finibus & domibus Saturni, cum Saturno adteſtante etiam Marte, compulit habere inter cæteros Geneſim. Apud Gelos quoq; mos eſt, ut mulieres agricolẽtur, ædificent, & omne opus uirile perficiant, ſed & miſeri quibus uolunt licet, nec incuſantur à uiris, aut adulteræ appellantur, paſſim enim concubitus miſcent, & præcipue cum hoſpitibus, unguenta neſciunt, non induuntur ueſte fucata, nõ calceis, è contra uiri Gelonũ ornantur, pectuntur, indumentis mollibus & uarijs induuntur, auro compoſiti, unguentiſq; delibuti, & hæc non pro diſſolutione uirium, ſunt enim bellicoſiſſimi, & uenatores acerrimi, nec tamen uniuerſæ Gelonũ mulieres, in caprærcornu aut aquario cacodæmonem Venerem naſcentes habuere, neq; uiri eorum in ariete cum Marte Venerem poſitã, per quod ſchema, effeminatos & diſſolutos naſci adſerit uiros Chaldaica diſciplina. Porrò uero in Suſis, mulieres unguẽtis, & quidem optimis utuntur ornamentis, comptæ ex lapidibus precioſis, miniſterijs quoq; ancillarum fultæ procedunt, multo maiore ambitione quàm uiri, nec tamen pudicitiã colunt, ſed indifferens eis cum quibuſcunq; uoluerint uſus eſt, & ſeruis & hoſpitibus, tali licentia à uiris permiſſa, & non ſolum non culpantur pro hoc, ſed & dominantur in uiros. Nec tamen omniũ Geneſis mulierum Suſidarũ in medietate cœli, cum Ioue & Marte Venerem in Iouis domibus habent. In ulteriori bus oriente partibus, ſi puer muliebri ſe ſubſternat iniuriæ, cum agnitum fuerit, à fratribus, aut parentibus, uel quibuslibet proximis interficitur, nec ſepultura donatur. Et rurſus apud Gallos lex priſca conſtituit, nuptum tradi publice pueros, nec obprobrium ex hoc aliquod duci, & nunquid poſſibile eſt, ut

B omnes qui tam turpiter ſuccumbunt apud Gallos, Luciferũ cum Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis habuerint? In Britanniæ partibus, plures uiri unam habẽt uxorem, in Parthia multæ mulieres unum habent uirum, & utraq; orbis pars, moribus ſuis atque inſtitutis obſequitur. Amazones omnes non habent uiros, ſed ſicut animalia, ſemel in anno circa uernale æquinoctiũ proprios egreſſæ terminos, finitimæ gentis uiris miſcẽtur, ſolennitatem quandam per hoc obſeruantes, ex quibus cum conceperint, redeunt, & ſi marem pepererint, abijciũt, feminas nutriũt. Cumq; unius temporis ſit omniũ partus, abſurdum eſt, ut in maribus quidem putetur Mars cum Saturno in tempore æquis eſſe portionibus, in feminarum uero Geneſi nunquam. Sed neq; Mercuriũ cũ Venere habuiſſe in domibus propriis poſitũ, ut uel pictores ſibi, uel ſculptores, uel trapezitas efficiat, aut in domibus Veneris, ut unguentarios, uel uocales, uel poëtas, producat. Apud Sarracenos & ſuperiores Libes & Mauros, & circa ora maris Oceani habitantes, ſed & in extremis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas, & Scythas, atq; oẽs quæ ſub axe Septentrionis iacent, pontici littoris gentes, & in Chryſea inſula, nunquam inuenitur trapezita, nec ſculptor, aut pictor, aut architectus, aut geometres, aut tragœdus, aut poëta, ergo deficit apud eos Mercurij, Veneriſq; conſtellatio. Ex omni orbe terrarũ Medi tantummodo ſumma obſeruantia, adhuc ſpirãtes homines, canibus de-

Gelonum gens talis qualis eſt apud Soli. Pandea.

Suſidæ mulieres.

Galloꝝ lege pueri nuptum tradebantur.

Britãni multi unam uxorem habent.

Parthi ſinguli multas habent uxores.

Amazones ſemel in anno miſcentur uiris.

Mauri. Germani. Sarmatæ.

Canes Medis ſunt pro ſepultura.

C uorandos abĳciunt,& non ob hoc Martem cum Luna per diurnã Geneſim in cancro poſitos habent. Indi mortuos ſuos incendunt, cum quibus & uxo-
Indi exurunt mortuos. res defunctorum,ſponte ſe offerentes exuruntur. Sed nõ ideo omnes quæ ui-
uæ incenduntur Indorum mulieres, in nocturna Geneſi ſub terra habent ſolẽ
GERMANI cum Marte in partibus Martis. Germanorum plurimi laqueo uitam finiunt,
laqueo uitam ſolent finire. nec idcirco omnes Lunam cum hora, Saturno & Marte circũcinctas habent,
ſed non in omni gente,& in omni die per omnem diuerſitatẽ Geneſis naſcun-
tur homines. Ex quibus omnibus apparet,quia metus legum in unaquaq; re-
gione dominatur,& arbitrĳ libertas, quæ eſt hominibus inſita per ſpiritum:
obtemperat legibus,nec cogere poteſt Geneſis aut Seres homicidium cõmit
tere, aut Bragmanos carnibus ueſci, aut Perſas inceſta uitare, uel Indos nõ ex-
uri, aut Medos nõ à canibus deuorari, Parthos nõ habere plures uxores, aut
mulieres Meſopotamiæ nõ ſeruare pudicitiã, Græcos non exerceri paleſtris,
Gallorum pueros nõ pati muliebria, uel gentes barbaras Græcorum ſtudĳs
inſtitui,ſed, ut diximus, unaquæq; gens ſuis legibus utitur pro libertatis arbi-
trio,& decreta Geneſis, legum ſeueritate depellit. Sed dicet aliquis eorum qui
in diſciplina matheſis eruditi ſunt, Geneſim in ſeptem partes dirimi, quæ illi cli-
Septem climata. mata appellant, dominari uero unicuiq; climati, unam ex ſeptẽ ſtellis, & iſtas
quas expoſuimus diuerſas leges, non ab hominibus poſitas, ſed ab iſtis prin-
cipibus ſecundum uniuſcuiuſq; uoluntatem,& hoc quod ſtellæ uiſum eſt, le-
gem ab hominibus obſeruatã. Ad hæc ergo reſpõdebimus quod primo qui-
D dem non eſt in ſeptem partes orbis terræ diuiſus: tum deinde,& ſi ita eſſet, in
una parte & in una regione inuenimus multas differentias legũ, & ideo neq;
ſeptẽ ſunt ſecundũ numerum ſtellarum, neque duodecim ſecundum numerũ
ſignorum, neq; XXX. & VI. ſecundũ numerũ decanorum, ſed ſunt innume
ræ. Meminiſſe aũt debemus eorũ quæ ſupra enumerata ſunt, quod in una In-
Scytothauri. diæ regione ſunt,& qui hominum carnibus ueſcantur,*& ſunt qui etiam à pe
**Bragmanes eos eße conſtat ex Euſeb. Præ. euange. lib. 6. in quẽ ex Clemente ad uerbũ multa trãſtulit.* cudibus uel auibus,omnibusq; animantibus abſtineant. Et quia Magulæi nõ
ſolum in Perſide matres ac filias accipiunt in matrimoniũ, ſed & in omni gen-
te ubicunq; habitauerint, malorũ ſuorũ inceſta inſtituta cuſtodiunt. Tũ præ-
terea & innumeras gẽtes memorauimus, quæ penitus ſtudia neſciũt literarũ,
ſed & aliquãti ſapiẽtes uiri, ipſas leges in nõnullis cõmutauerũt locis, aliæ uero
etiã ſponte pro ſui uel impoſſibilitate, uel inhoneſtate derelictæ ſunt, certe qđ
in promptu eſt noſcere, quanti imperatores gentiũ quas uicerant leges,& in-
ſtituta mutarunt,& ſuis eas legibus ſubiecerũt, quod euidenter à Romanis fa-
Fundos populos intellige. ctum docetur, qui omnem penè orbem, omnesq; nationes propriis primo &
uariis legibus inſtitutisq; uiuentes, in Romanorũ ius & ciuilia ſcita uerterunt.
Supereſt ergo ut & ſtellæ gentiũ, quæ à Romanis uictæ ſunt, climata ſua par-
teſq; perdiderint. Addã adhuc rem, quæ poſſit etiã ualde incredulis ſatisface-
Circũciſio Iudæorum. re, Iudæi omnes qui ſub lege Moyſi uiuunt, filios ſuos octaua die abſq; ulla di
latione circumcidunt,& infantis teneri ſanguinem fundunt, à ſeculo autẽ nul-
lus ex gentibus hoc die octaua perpeſſus eſt,& è contra Iudæorũ nullus omi-
ſit.

A ſit. Quomodo ergo in hoc ratio Geneſis ſtabit,cũ per cunctas orbis terræ par-
tes, omnes Iudæi admixti gentibus uiuant,& octaua ferrũ perferãt die, unius
in membri loco,& nemo gentiliũ, ſed ipſi ſoli,ut dixi,hoc faciunt,nõ ſtella co-
gente,nec perfuſione ſanguinis perurgente, ſed lege religionis adducti,& in
quocunq; orbis loco fuerint, hoc eſt eis inſigne uernaculũ? Sed & quod unũ *Vernaculũ inſigne Iudæis eſt circũciſio.*
nomen omnibus ineſt ubicunq; fuerint, nunquid & hoc per Geneſim uenit?
& quod nunquam apud eos infans natus exponitur,& quod ſeptimo quoq;
die omnes ubicunq; fuerint, ociũ gerunt, nec iter incedunt, nec igni utuntur.
Quid eſt ergo,quod nullũ Iudæorũ in illa die cogit Geneſis,aut iter agere,aut *Sabbatum Iudæorum.*
ædificare,aut uendere aliquid,aut emere? Quinimò & maiorem fidem rerum
præſentiũ dabo,ecce enim ex aduentu iuſti & ueri prophetæ, uixdũ ſeptem
anni ſunt,in quibus ex omnibus gentibus cõuenientes homines ad Iudæam,
& ſignis ac uirtutibus quæ uiderãt, ſed & doctrinæ maieſtate permoti, ubi re
ceperunt fidẽ eius,abeuntes ad regiones ſuas,inlicitos quoſq; gentiliũ ritus,&
inceſta ſpreuere cõiugia. Deniq; apud Parthos, ſicut nobis THOMAS, qui *Thomas apud Parthos euangelizabat.*
apud illos euangeliũ prædicat ſcripſit,nõ multi iam erga plurima matrimonia
diffunditur,nec multi apud Medos canibus obĳciũt mortuos ſuos,neq; Per
ſæ matrũ cõiugĳs,aut filiarũ inceſtis matrimoniis delectãtur,nec mulieres Su
ſides licita ducũt adulteria,nec potuit ad crimina Geneſis cõpellere, quos reli-
gionis doctrina prohibebat. Ecce ex hoc ipſo conĳce,& de his de quibus ſu-
mus locis,coniecturam cape,quomodo fama tantũ perferente ad aures homi- Cl
B num,quod propheta in Iudæa apparuit, qui ſignis & uirtutibus doceret ho-
mines unũ colere deum, omnes paratis, intentisq; animis expectabant, etiam
ante aduentũ domini mei Petri, ut ſibi aliquis quæ docuiſſet ille qui apparuit,
nunciaret. Sed ne multa enumerare uideamur, dicam quo debeant cuncta cõ
cludi, cum deus iuſtus ſit,& ipſe fecerit hominũ naturã, quomodo poterat fie-
ri, ut ipſe poneret Geneſim contrariam nobis, quæ nos cogeret ad peccatũ,&
rurſus ulciſceretur ipſe peccantes? Vnde certũ eſt, quod nõ aliam ob cauſſam
deus ſiue in præſenti, ſiue in futuro ſeculo peccatorem punit, niſi quia ſcit eum *Quare deus puniat.*
potuiſſe uincere, ſed neglexiſſe uictoriã: infert enim & in præſenti ſeculo uin
dictam in homines, ſicut in eos fecit, qui diluuio perierũt, qui utiq; omnes una
die, imò una hora extincti ſunt, cum certum ſit non eos eſſe ſecundum Geneſis
ordinẽ, una hora natos, abſurdiſſimũ eſt aũt dicere, quia ex natura nobis acci-
dat pati mala, ſi nõ prius peccata præceſſerint. Et ideo ſi ſalutis curã gerimus,
ante omnia ſcientiæ debemus operã dare: certi qđ ſi mens noſtra in ignoran
tia perſeueret, nõ ſolũ Geneſis mala, ſed & alia extrinſecus quæcunq; dæmo-
nibus uiſa fuerint, perferemus, niſi metus legũ & futuri iudicĳ, obſiſtat omni-
bus deſideriis,& impetũ peccãdi refrenet. Nam & humanus timor multa bo
na, multa etiã mala agit, quæ Geneſis neſcit, ſicut ſupra oſtẽdimus. Triplici igi- *Tres errorum fontes ſunt.*
tur modo mens noſtra erroribus ſubiacet, ex his quæ per malã conſuetudinẽ
ueniũt, uel ex his quæ corpus naturaliter ſuggerit deſideriis, uel ex his quæ cõ
trariæ poteſtates perurgẽt, ſed his ſingulis obſiſtere & repugnare habet in nã

C tura sua mens, cũ ei obfulserit veritatis agnitio, per quã scientiã timor futuri iu-
dicij datur, qui sit idoneus animæ gubernator, & qui eam possit à cõcupiscen-
tiarũ præcipitijs reuocare. Quia ergo sint hæc in nostra potestate, sufficienter
dictũ est: Nũc & tu Senex, si quid habes qd' ad hæc respõdeas, incipe. Plenis-
sime, ait, ostendisti fili, sed ego, sicut dixi ex initio, omni huic incõparabili adser-
tioni tuæ, à ppria cõsciẽtia ꝓhibeor accõmodare cõsensum. Noui eñ & meã
Genesim, & cõiugis meæ, & scio ea quæ unicuiq; nostrũ dictabat Genesis ac-
cidisse, & ab his quæ rebus & operibus cõperta sunt mihi, nũc uerbis trans-
ferri non possum. Denique quoniam te adprime imbutũ uideo in huiusce mo-
di disciplinis, audi coniugis meæ thema, & inuenies schema, cuius exitus acci-
dit, habuit enim Martem cum Venere super centrum, Lunã uero in occasum
in domibus Martis, & finibus Saturni, quod schema adulteras facit, & seruos
proprios amare, in peregrinatione, & in aquis defungi, quod & ita factũ est.
incidit nanq; in amorem serui, & periculum simul atque obprobrium metus
ens, fugit cum ipso, & peregre profecta, ubi amori suo satisfecit, periit in mari.
Et ego respondi: Vnde scis quia peregre seruo suo sociata est, & in eius cõsor-
tio posita defungitur? Et SENEX: Certissime, inquit, scio reuera non quia nu-
pserit seruo, quippe qui neq; hoc quidem quod eũ amaret agnouerã, sed poste
quam profecta est, frater meus mihi enarrauit, dicens, quod primo quidem
ipsum adamasset, sed ille quia erat honestus utpote frater, noluit thorum fra-
D tris incesti macula polluere. Sed illa me urens, & obprobrium nõ ferens infe-
lix: neq; enim imputãdum ei est, quod eam Genesis facere compulit, finxit so-
mnium, & ait ad me: Adstitit mihi quidam per uisum, qui iussit me cum duo-
bus geminis meis sine mora ex urbe proficisci. Hæc ergo cum audissem pro
salute eius filiorumq; solicitus, confestim ipsam & liberos exire feci, unum qui
erat iunior, mihi retinui, hoc enim qui responsa in somnis dederat, permisisse
Senex ille qui Faustinianus de cebatur, inueni tur pater Cle mentis. dicebat. Tũ ego CLEMENS intelligens quod ipse fortassis est & pater meus,
lachrymis oppletus sum, fratres quoq; meos uolentes ꝓsilire & aperire rem,
prohibuit PETRVS, dicens: Quiescite quoadusq; mihi placuerit, respondẽs
ergo PETRVS, ait ad Senem: Quod nomen erat iuniori filio tuo? At ille ait,
Clemens. Et PETRVS: Si tibi, inquit, hodie coniugem tuam castissimã con-
signauero, cum tribus filijs tuis, credis quia potest pudica mẽs motus inratio-
nabiles superare, & quod omnia quæ à nobis dicta sunt uera sint, & Genesis
nihil sit? Et SENEX: Sicut impossibile est, inquit, te exhibere quod promisi-
sti, ita impossibile est extra Genesim fieri aliquid. Tum PETRVS: Testes, in-
quit, habere uolo omnes hos, qui præsentes sunt, me tibi hodie coniugem tuã,
cum tribus uestris liberis uiuentem pudicissime traditurum, & iam nunc acci
pe fidem rerũ ex eo, quod omnẽ caussam multo diligentius scio, quàm tu cuncta, quæ tibi per ordinem quæ gesta sunt enarrabo, ut & tu cognoscas, & qui
præsentes sunt discant. Et cum hæc dixisset, cõuersus ad turbas, ita cœpit: Hic
quem uidetis ô uiri in hac ueste pauperrima, Romanæ urbis est ciuis, ex gene
re ipsius Cæsaris descendens, nomen ei Faustinianus, uxorem quoq; nobilissi
mam

A mam Mathidiam nomine sortitus est, ex qua tres filios suscepit, quorũ duo ge-
mini, unus autẽ qui erat iunior, cui nomen Clemens, hic est. Et cũ hoc dixisset,
digito me ostendit, gemini autem filij eius, sunt isti, Niceta & Aquila, quorum
alius Faustinus uocabatur prius, & alius Faustus. Simul autem ut nomina no
stra enunciauit Petrus, Senex resolutis membris omnibus, quasi interceptus
concidit. Nos autem filij inruentes super eum, complectebamur & osculaba-
mur, uerentes simul ne spiritum reuocare nõ possit. Et cũ hæc fierent, populus
quidem admiratione ipsa obstupefactus est. PETRVS aũt surgere nos à cõ-
plexibus patris, ne eum necaremus iubet, & ipse adprehensa manu eius, quasi
de somno quodam profundo eleuans eum, & paululum recreans, omnia quæ
gesta fuerant secundũ ueritatem cœpit exponere, quomodo frater eius in amo
rem inciderit Mathidiæ, & illa cum esset pudicissima, inlicitum fratris amorẽ
uiro indicare noluerit, ne uel bellũ fratribus, uel obprobriũ generi indiceret,
sed sapienter somniũ finxerit, quo ex urbe iubetur excedere cum geminis fi-
lijs, iuniore apud patrẽ relicto. Vtq; nauigantes naufragiũ ui tempestatis in-
currerint, & ad insulam Antharadũ nomine expulsi, Mathidia quidem supra
saxum quoddã fluctu iactante proiecta sit, gemini uero liberi rapti à piratis &
Cæsaream perducti, religiosæ cuidam feminæ uenundati sunt, quæ eos in fi-
liorũ loco habens, liberaliter edocuerit & erudiri fecerit, eorumq; nomina pi
ratæ immutauerint, & Nicetam alium, aliũ Aquilam uocitauerint. Vtq; post
hæc studiorũ & consuetudinis caussa Simoni adhæserint, atq; ab eo ubi ma-
B gum & deceptorem uiderunt, auersi accesserint ad Zachæũ, & ut post hæc
sociati sunt sibi. Sed & Clemens quomodo ex urbe agnoscẽdæ ueritatis caus-
sa profectus, per Barnabæ notitiã Cæsaream uenerit, sibiq; innotuerit & ad-
hæserit, utq; ab eo sit de fide religionis edoctus. Sed & qualiter apud Antha-
radum mendicantem repererit & recognouerit matrem, utq; omnis insula in
eius recognitione gauisa sit, & de pudicissimæ hospitæ contubernio, atq; eius
per semetipsum cõlata sanitate, & de liberalitate Clementis in eos qui erga ma
trem benefici extiterant. Vtq; post hæc Niceta & Aquila requirentes quænã
esset peregrina mulier, cum audissent à Clemente omne negociũ, se esse gemi
nos eius filios Faustinũ exclamauerunt, & Faustum, omnemq; historiã quæ
eos egerit, patefecerint, utq; post hæc matri cautius ne subito gaudio interci-
peretur, ipso insinuante oblati sint Petro. Sed cum hæc in auditu Senis, narra-
tione gratissima turbis exponeret Petrus, ita ut audientes gestorũ miraculis,
& humanitatis miseratione lachrymarent, nescio unde audiens mater de reco-
gnitione patris, cursu concito inruit in mediũ nostri cum clamore, dicẽs: Vbi
est meus uir, meus dominus Faustinianus, qui tam multis temporibus adfligi-
tur, ambulans per urbes singulas, & me quærens. Hæc cum illa quasi amens
clamaret, & circumspiceret, Senex accurrẽs cum multis lachrymis, amplecti
& constringere eam cœpit. Et cum hæc gererentur, Petrus rogauit turbas ut
discederent, dicens inuerecundũ esse ultra persistere, sed dandũ eis locũ fami-
liarius inuicem se uidendi, crastino autem hic, inquit, si qui uestrũ uolunt, con

Quædã enim in matrimonio licet recte, parum tamen uerecunde, & decore in publico fiunt.

C

uenient ad audiendum uerbũ. His à Petro dictis, secesserunt turbæ, & cũ uehemus nos quoq; ire ad hospitiũ, dominus domus ait ad nos: Turpe est & impium tales ac tantos uiros manere in stabulo, cum ego omnem penè domum uacantem habeã, lectosq; stratos quamplurimos, & quæ necessaria sunt parata. Sed Petro cõtradicente, uxor patrisfamilias unà cum liberis suis prostrabat se ante eũ, & exorabat dicens, Obsecro te, mane apud nos. Sed ne sic quidem adquiescebat Petrus, donec filia eorum qui rogabant ab immundo spiritu temporibus multis uexata, & cathenis uincta quæ fuerat intra cõclaue clausa, effugato à se dæmone, & ostijs patefactis cum cathenis suis ueniens, procidit ad pedes Petri, dicens: Rectum est mi domine, ut agas hodie hic salutaria mea, & non contristes neque me, neque parentes meos. PETRO autẽ requirente cathenarũ sermonumq; eius causslam, parentes præter spem læti effecti de filiæ sanitate, & uelut stupore quodam adtoniti, ipsi quidem dicere nequeunt, adstantes autem famuli aiunt: Hæc à septimo ætatis anno, dæmone occupata, omnes qui accedere tentassent ad eam scindere, dilaniare morsibus, etiã disrumpere, & hoc per uiginti annos usque ad præsens facere nunquam desistit, nec ab aliquo potuit curari, sed ne accedere ad eam quisquam ualebat, multos enim inutiles reddidit, alios & peremit, omnibus enim uiris ualidior erat, sine dubio uiribus dæmonis nisa. Nunc autem ut uides, ex præsentia tui dæmon quidem fugit, ostia uero quæ summo cum munimento clausa fuerant, aperta sunt, & ipsa sana stat ante te rogans, ut diem salutarium suorũ lætum & ipsi, & parentibus facias, & maneas apud eos. Hæc cum ita unus ex famulis enarrasset, & ipsæ cathenæ de manibus eius ac pedibus fuissent sponte resolutæ, PETRVS certus quod per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, adquieuit manere apud eos. Sed & illos qui remanserant in hospitio, unà cum uxore sua transire iussit, & unusquisq; acceptis seorsum cubiculis mansimus, atq; ex more cibo sumpto, redditisq; laudibus deo, suis singuli requieuimus locis.

Puella à dæmonio liberatur ex Petri ingressu.

D

LIBRI NONI FINIS.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRAtrem Domini, LIBER DECIMVS, Rufino Torano Aquileiense interprete.

A

MANE autem exorto sole, ego CLEMENS & NICETA atque AQVILA unà cum PETRO, uenimus ad locum in quo Pater simul cũ matre requiescebat: & cũ adhuc eos dormientes reperissemus, p foribus cõsedimus, ubi PETRVS talibus apud nos sermonibus utitur: Audite me dilectissimi cõserui, scio quia grandem habetis affectũ erga patrẽ uestrũ, uereor ergo ne ante tempus eũ perurgeatis iugum religionis suscipere, nondum ad id paratum, ad quod forte pro uestri gratia uideatur adquiescere, sed hoc non est firmum, quod enim propter homines fit, probabile non est, & cito dilabitur. Ideoq; uidetur mihi, ut cõcedatis ei anno uno uiuere pro arbitrio, in quo potest iter agens nobiscũ, dum nos alios docemus, etiam ipse simpliciter audire, & audiens, siquidem agnoscendæ ueritatis rectũ propositũ gerit, ipse rogabit ut suscipiat religionis iugũ, aut si non placet ei recipere, permaneat amicus. Hi enim qui non id ex corde suscipiunt, cum cœperint ferre nõ posse, non solum abijciunt quod susceperant, sed quasi pro excusatione infirmitatis suæ, incipiunt uiam religionis blasphemare, & male loqui de his quos nequaquam sequi aut imitari potuerunt. Ad hæc NICETA respondit: Non contradico domine mi Petre rectis & bonis consilijs tuis, sed dicere aliquid uolo, ut per hoc discam quod nescio. Quid si intra annũ hunc, quo differri eum iubes, moriatur pater noster? descendet in infernũ uacuus, & cruciandus in æternũ. Tum PETRVS: Amplector, inquit, benignũ erga patrem propositũ tuum, & ignosco tibi de his quæ ignoras. Quid enim censes quia si quis putatur iuste uixisse, iste cõtinuo saluabitur? Nõ putas eum discutiendũ ab eo qui occulta hominũ norens, uel pro amicitijs hominũ, aut pro sola consuetudine, aut qualibet alia ex caussa, uel necessitate, & non propter ipsam iustitiam, neq; propter deũ? Qui enim propter solũ deum, & iustitiã eius iuste uixerint, ipsi ad æternã requiem uenient, & perpetuitatem regni cœlestis accipient. Salus enim non ui adquiritur, sed libertate, nec per hominũ gratiã, sed per dei fidem. Tum præterea cogitare debet, quia deus præscius est, & nouit si hic suus est: quod si nouit eum non esse, quid faciemus ad ea quæ ex initio statuta sunt ab eo? In quo autem

Homines non sunt urgẽdi ad fidem.

Quod in speciem fit & nõ ex animo, non est diuturnum.

Qui propter solũ deũ iuste uixerint, saluabuntur.

PRAEDEstinatio.

C possum, consilium do, cum euigilauerit, & sederimus nos quasi aliquid discere uolentes, ꝓponite ex his dūtaxat quæ illi expedit discere, & dum nos loquimur inter nos, ille instruitur. Sed tamen primo quiescite, ut si forte ipse uideatur aliquid interrogare, quod si fecerit, aptior erit sermonis occasio, si uero ipse nihil quærit, nos ab alterutro, sicut dixi, discere aliquid uolentes, rogemus uicissim, mihi ita uidetur, etiā uobis quid placeat dicite. Cumq; conlaudassemus eius rectū consilium, ego CLEMENS aio, in omnibus rebus plurima ex parte ad initiū respicit finis, similisq; principijs rerum exitus datur, spero ergo etiā circa patrem nostrū, quoniam per te deus bona initia dedit, his congruū secq; dignū largiatur & finem. Veruntamen etiam illud suggero, si ut dixisti, cœperimus præsente patre, quasi inter nos aliquid tractandi, uel discendi gratia loqui, tu mi domine Petre nō debes eum locum agere, quasi qui discere aliquid debeas, hoc enim si uideat, fortasse magis offendetur, certus est enim, te omnia scire diligenter, sicut & uere est: quale ergo erit, si te uideat ignorantiam simulantem? hoc eum, ut dixi, magis lædere poterit, nescientem consiliū tuū. Sed nos quidem fratres inter nos habētes, si in aliquo dubitemus, à te quæstioni nostræ finis congruus detur, nam & si te cunctantem uideat, aut dubitantem, tūc uere putabit, quod apud nullū erit scientia ueritatis. Et PETRVS ad hæc respondit: Omittamus hæc, & siquidem dignū est, ut ingrediatur ianuam uitæ, deus occasionem competentem dabit, eritq; initium ex deo, & nō ex homine. Et ideo sicut prius dixi, permittite eum iter agentem nobiscum, audire nos aliquid disputantes, sed quoniam festinantes uos uidi, idcirco dixi opportunitatem quærendam, quam cū decerit deus, uos quoq; ad ea quæ dixero obtemperate mihi. Hæc nobis sermocinantibus, uenit puer dicens, uigilare iam patrem, & cū uellemus ingredi ad eum, ipse uenit ad nos, & osculo nos salutans, cum resedissemus, ait: Licet ne percunctari, si quid uolet quis, an secundū Pythagoricos tacendum semper est? Et PETRVS: Nos ne silere semper, neq; percunctari cogimus accedentes ad nos, sed relinquimus ipsorū libertati, facere ut uolunt, scientes quod qui curam gerit salutis suæ, si in parte aliqua sentit animæ suæ dolorem, tacere nō patitur. Qui uero negligit salutem suam, si interrogare cogatur, nihil ex hoc utilitati eius confertur, nisi hoc solū, ut studiosus esse uideatur & diligēs. Quamobrem tu si quid discere uis, require. Et SENEX ait: Est quidam sermo apud Græcorum philosophos uehemens ualde, qui dicit in uita hominū, re ipsa neq; bonū esse aliquid, neq; malū, sed quæ uidentur hominibus, usu & consuetudine præsentis uitæ, hæc aut mala dicunt, aut bona. Nā neq; homicidiū reuera malū est, quia animā uinculis carnis absoluit, denicq; aiunt, & iusti quicq; iudices, peccantes perimunt. Quod si homicidium scirent malum esse, nō uticq; id iusti homines facerent. Neq; adulteriū malum esse dicunt, si enim ignoret uir, aut non curet, nihil aiunt mali est. Sed neque furtum malum esse, quod enim deest alicui, aufert ab alio qui habet, quod quidē oportebat libere sumi & publice, sed quia occulte fit, in hoc magis illius à quo clam auferetur inhumanitas redarguitur. Cōmunis enim usus omnium

Finis plerunq; cum principio conuenit.

Aduertāt theologi.

Hi erāt qui indifferentiā inuexerunt, quorum præter alios Cic. sæpe meminit.

Homicidiū. Adulteriū. Furtum inter Christianos appellari nō decebat.

A omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc suum dicit esse, & alius illud, & sic inter mortales diuisio facta est. Deniq; Græcorū quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait: Cōmunia debere esse amicorū omnia, in omnibus autem sunt sine dubio & coniuges, & sicut nō potest, inquit, diuidi aër, neq; splēdor solis, ita nec reliqua quæ cōmuniter in hoc mundo data sunt, omnibus ad habendū diuidi debere, sed habēda esse cōmunia. Hæc aūt dicere uolui, quoniāquidē cupio me inclinare ad bene agendū, & nō possum bene agere, nisi prius didicero quid sit bonū, quod si intelligere potuero, ex ipso etiam quid sit malū, hoc est, huic contrariū aduertam. Verum ad hæc quæ dixi, unū è uobis respondere uolo, non Petrū, nō enim dignū est, ab illo uerba & doctrinam cum quæstionibus capere, sed ille si quid pronunciauerit, hoc absq; aliqua retractatione teneatur. Et ideo ipse nobis seruetur quasi arbiter, ut sicubi disputatio nostra exitum non inuenerit, ipse quod sibi uisum fuerit pronunciās, indubitatū finem rebus dubijs imponat. Et nunc ergo possem sola eius sententia contentus credere, si quid ei uideretur, quod & ad ultimū faciam, uolo tamen prius uidere, si est possibile disputando inuenire quod quæritur. Placet ergo ut CLEMENS primus incipiat, & ostendat si est aliquid in substantia & actibus bonū uel malū. Ad hæc ego respondi, quoniamquidē à me uis discere, si est aliquid natura, aut actu bonum uel malum, an potius usu præuentis hominibus, bona quædam & alia uidentur mala, pro eo quod diuisionē inter se rerū fecere cōmunium, quæ deberēt, ut ais, ita esse cōmunia, ut aër & splendor solis. puto quod nō debeam tibi aliB unde adsertiones adhibere, nisi ex his disciplinis quibus ipse uteris, & quas ipse confirmas, ut indubitata tibi sint quæ dicuntur. Omniū elementorū & stellarum certos ponitis fines, quasq; stellas dicitis in quibusdam absq; noxia coire, sicut in coniugijs, in alijs uero noxie misceri, sicut in adulterijs. Et dicitis quædam generalia esse omniū, quædam uero nō omniū, neq; generalia. Sed ne ꝓlixa disputatio fiat, breuiter & de re dicā: Terra quæ arida est, cōiugio & admixtione indiget aquæ, ut possit generare fructus, qui sine uita hominibus non est, est ergo hæc legitima coniunctio, è contra si aut pruinæ frigus terræ misceatur, aut calor aquis, huiusmodi coniunctio corruptelam facit, & hoc in talibus adulteriū est. Et PATER respondit: Sed sicut elementorū uel stellarū inconsonæ coniunctionis statim proditur noxa, ita deberet & adulterium statim ostendi quàm malū est. Et ego aio, hoc mihi primo confirma, si ut etiam ipse cōfessus es, ex incongrua & incōsona admixtione efficiūtur mala, & istud in consequentibus requiret. Et PATER ait, ut se habet rei natura ita ais fili. Tū ego respōdi, quia ergo discere cupis de his, uide quāta sint quæ mala esse apud neminem dubitātur. Nō tibi uidetur malū esse febris, incendiū, seditio, ruina cædes, uincula, supplicia, dolores, luctus, & his similia? Et PATER; uerū est, inquit, fili hæc mala esse, & ualde mala, aut certe qui negat hæc esse mala, patiatur ea. Et ego respondi, quia ergo cum eo mihi sermo est, qui in astrologica disciplina eruditus est, secundū ipsam tecū agam, ut de his quæ tibi in usu sunt,

AMICOrum omnia communia, Platonis uox est.

Conuincendus quisq; est ex eā ipsa arte cui peculiariter dedi tus est.

Inter aquā & terram coniugium est.

Adulteria in elementis.

C accipiens rationem, citius adquiescas. Audi nunc ergo, confessus es mala esse ea quæ supra diximus, id est, febres, incendia, & his similia, hæc secundū uos à malitiosis stellis fieri dicunt, id est ab humido Saturno, & calido Marte, horū uero contraria, à benignis fieri stellis, id est, à temperato Ioue & humida Venere, aut non ita est? Et Pater respondit: Ita est fili, nec aliter fieri potest. Tum ego, quia ergo à bonis stellis Ioue dico & Venere, bona fieri dicitis, uideamus unaquæq; malarum stellarū cum admixta fuerit bonis, quid est quod efficit, & illud esse intelligamus malū. Etenim nuptias facere Venerem ponitis, quæ si Iouem habeat in schemate suo, pudicas efficiat, Ioue autem non respiciente, si adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis. Et Pater: Ita se, inquit, habet. Ego respondi: Ergo malum est adulteriū, quandoquidem ex malarum stellarum admixtione cōmittitur, & ut compendiosius explicemus omnia, quæ dicitis ex malarū admixtione stellarum bonas perpeti stellas, mala esse sine dubio pronuncianda sunt. Istæ ergo stellæ quarum admixtione dixi mus febres, incēdia, & cætera his similia effici mala, ipsæ secundum uos etiam homicidia, adulteria, & furta operantur, propter uos etiā & stolidos ipsæ efficiunt. Et Pater: Vere, inquit, breuiter & incomparabiliter ostendisti, quia sint mala in actibus, sed hoc adhuc uelim, quomodo iuste iudicat deus eos qui peccant, sicut uos dicitis, si peccare eos Genesis cogit? Tum ego respondi: Vereor dicere tibi aliquid pater, quia in omni te honore haberi à me decet, alioquin erat quod possim dicere si deceret. Et PATER ait: Dic quod tibi occurrit fili, etiamsi iniuriosum uidetur: nō em̄ tu, sed quæstionis ratio iniuriam facit, sicut pudica mulier intemperanti uiro, si pro salute indignetur & honestate. Et ego respondi: Si prima quæq; inter nos cōfirmata & cōfessa nō bene retineamus, sed semper quæ definita sunt resoluantur, per obliuionem uidebimur telam texere Penelopes, ea quæ texuimus resoluentes, & ideo debemus aut nō facile adquiescere, prius quam diligēter examinetur sermo propositus, aut si iam adquieuimus, & confirmata sentētia est, seruare semper quod semel diffinitū est, ut possimus & de alijs quærere. Et PATER ait: Bene dicis fili, & scio quā ob caussam dicis, quia hesterno die de naturalibus disputans caussis, ostendisti quia uirtus quædam maligna, transformans se in ordinem stellarū, humanas concupiscentias exagitat, diuersis modis prouocans ad peccatum, non tamen cogēs, aut efficiens peccatum. Cui ego respōdi: Bene: quia & meministi, & cū memineris errasti. Et PATER: Ignosce, inquit, fili, nondum enim usum multum in his habeo, nam & hesterni sermones tui ueritate ipsa concluserunt me, ut tibi adquiescerem, in cōscientia tamen mea sunt, quasi quædam reliquiæ febrium, quæ paululum me à fide quasi à sanitate retrahunt, discrutior em̄ quia scio multa mihi, imò penè omnia accidisse secundū Genesim. Et ego respondi: Audi ergo pater quæ sit mathesis natura, & facito secundum ea quæ dico tibi. Vide mathematicum & dic ei primo, quia talia quædam mihi acciderūt mala in illo tempore, unde ergo aut quomodo, aut per quas mihi acciderint stellas discere uolo: Respōdebit tibi sine dubio, quia tempora tua malitiosus suscepit Mars,

Saturnus quibic humidus dicitur, uno omniū erastro logorū & meodicorū nostratium ore, siccus putatur.

D

Præfatione honoris utitur Clemēs, eò qđ docenti quædā sint asperius dicenda, quàm ut possit boni consulidi sine eiusmodi lenocinio.

Prouerbium.

A Mars, aut Saturnus, aut aliquis eorum apostaticus fuit, aut aliquis annū tuum aspexit ex diametro, aut cōiunctus, aut in centro, uel alia his similia respondebit: addens, quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo, aut inuisibilis, aut in schemate, aut extra hæresim, aut deficiens, aut nō contingens, aut in obscuris stellis, & multa alia his similia, secundū rationes proprias respōdebit, & de singulis adsignabit. Post hunc alium adito mathematicum, & dicito contraria, quia illud mihi boni cōtigit in illo tempore, tempus autem hoc idē dicito, & require ex quibus partibus Geneseos hoc tibi euenerit boni, & tempora, ut dixi, eadem quæ de malis interrogaueras, custodito. Cumq; tu fefelleris de temporibus, uide quanta tibi inueniet schemata, per quæ ostendat quod tibi in illis ipsis tēporibus euenire debuerint bona, impossibile em̄ est hominū Genesim tractantibus, non in omni quam dicūt regione stellarū semper inuenire quasdam bene positas stellas, & quasdā male: circulus em̄ est æqualiter ex omni parte collectus secundū mathesim, diuersas & uarias accipiēs caussas, ex quibus occasionem capiant dicendi quod uolunt. Sicut enim fieri solet ubi somnia aliqua uiderint homines, & nihil certi intelligunt, cum aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint, aptant etiam somnij uisum, ita est & mathesis, antequàm aliquid fiat, certi nihil pronūciatur, postea uero quàm aliquid acciderit, rei iam gestæ colligunt caussas. Denicq; frequenter cum enarauerint, & aliter res acciderit, semetipsos increpant dicentes, quia illa fuit stella

B quæ impediuit quæ occurrit, & nō uidemus ignorantes, quia error eorū nō ex artis imprudentia, sed ex totius caussæ inconuenientia descendit, ignorant enim quæ sint, quæ facere quidem concupiscamus, non tamen indulgeamus concupiscentijs. Nos autem qui mysterij huius didicimus rationē, scimus & caussam, quia libertatem habentes arbitrij, interdū cōcupiscentijs obsistimus, interdū cedimus, & ideo humanorū gestorū incertus est exitus, quia in libertate pendet arbitrij. Nam concupiscentiā quidē, quam operatur maligna uirtus, potest indicare mathematicus, sed si cōcupiscētiæ huius actus uel exitus impleri possit, nec ne, quia in arbitrij libertate est, sciri ante effectū rei à nullo potest. & hoc est quod ignorantes astrologi inuenerunt sibi ut climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia, sicut hesterno plenissime ostēdimus. Ad hæc si quid tibi dicendū uideē, dicito. Et PATER: Nihil uerius, inquit, fili his quæ prosequutus es. Cumq; hæc loqueremur inter nos, nunciauit quidā plurimū endi copiam dari, erat enim locus opportunus & amplus. Cūq; ingressi fuissent, ait ad nos Petrus: Si quis uult uestrū, faciat ad populū sermonem, & de idololatria differat, cui ego CLEMENS respondi, multa benignitas tua, & erga oēs lenitas, ac patiētia indulget nobis, ut audeamus loq coràm te, & rogare quæ uolumus, & ideo, ut dixi, morū tuorū mansuetudo inuitat oēs, & adhortatur salutaris doctrinæ præcepta suscipere, hoc ego usque ad præsens apud nullū aliū uidi, nisi apud te solū, apud quem inuidia nulla est, neq; indignatio, aut quid tibi uidetur? Et PETRVS nō solum hæc ex inuidia aut indignatio-

C ne ueniunt, ſed interdum ineſt aliquibus uerecũdia, ne forte de his quæ proponũtur, plene reſpondere nõ poſſint, & refugiunt imperitiæ notam. Sed nõ debet pro hoc quis uerecundiam pati, quia nec eſt aliquis hominũ, qui profiteri debeat omnia ſe ſcire, unus enim eſt qui ſcit omnia, ipſe qui & fecit omnia. Si enim magiſter noſter diem & horam, cuius etiã ſigna prædixit, neſcire ſe profeſſus eſt, ut totum reuocaret ad patrem, quomodo nos turpe ducemus, ſi aliqua nos ignorare fateamur? cum magiſtri in hoc habeamus exemplũ. Hoc tamen unum profitemur ſcire, quæ à uero propheta didicimus, ea autem à uero propheta nobis eſſe tradita, quæ ſufficere humanæ ſcientiæ iudicauit. Tum ego CLEMENS dicere ita cœpi: Apud Tripolim cum contra gentiles diſputares, domine mi Petre, ualde miratus ſum te, qui à patribus Hebræo ritu, & obſeruantijs propriæ legis imbutus, græcæ eruditionis ſtudijs in nullo inquinatus es, quomodo tam magnifice, & tam incomparabiliter proſequutus ſis, ita ut etiam quædam de hiſtorijs deorũ quæ in theatris decantari ſolent, contingeres, uerũ quoniam ſenſi tibi ipſas fabulas, & blaſphemias eorum minus eſſe notas, de his ſi placet, aliqua in auditu tuo repetẽs, ab ipſa origine diſſerã. Et PETRVS: Dic, inquit, bene facis iuuare prædicationẽ noſtrã. Tum ego, dicam igitur quia iubes, nõ ut docens, ſed quàm ſtultas de dijs ſuis opiniones habeant gentiles, in mediũ proferẽs. Cumq; uellem dicere, Niceta labrũ mordicus ſtringens, innuebat mihi ut tacerẽ: quem cũ uidiſſet PETRVS, ait, Cur

D ingenium liberale, & generoſam lædere uis naturam, ut in honorem mei, qui nullus eſt, tacere eum uelis? Aut neſcis quia ſi omnes gentes poſtquam audierint à me prædicationem ueritatis, & crediderint, uelint ſe ad docendum conferre, mihi maiorem pariũt gloriam, ſiquidẽ gloriæ me cupidũ putas? Quid enim tam glorioſum, quàm CHRISTO diſcipulos præparaſſe, nõ qui taceant & ſoli ſalui fiant, ſed qui loquantur quæ didicerunt, & multis proſint, utinam quidem & tu Niceta, ſed & tu dulciſſime Aquila iuuaretis me ad prædicandum uerbũ dei, eò magis quo ea in quibus errant gentiles, bene uobis comperta ſunt, & nõ ſolum uos, ſed & omnes qui audiũt me, opto, ut dixi, ita audire & diſcere, ut & docere poſſint, multis nanq; adiutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore reuocentur. Cumq; hæc dixiſſet, ait ad me: Tu ergo Clemens exequere quæ cœpiſti. Et ego continuo ſubiunxi, quoniam, ut dixi, apud Tripolim diſputans, multa de dijs gentiũ utiliter, & neceſſario diſſeruiſti, cupio de origine eorum ridicula te coràm exponere, ut neque te lateat uanæ huius ſuperſtitionis cõmentũ, & auditores qui adſiſtũt erroris ſui probra cognoſcant. Aiunt ergo qui ſapientiores ſunt inter gentiles, primo omniũ Chaös fuiſſe, hoc per multũ tempus exteriores ſui ſolidans partes, fines ſibi & fundum quendã feciſſe, tanquam in oui immanis modũ formamq; collectũ, intra quod multo nihilominus tempore, quaſi intra oui teſtam, fotum uiuificatumq; eſſe animal quoddam, diſruptoq; poſt hæc immani illo globo, proceſſiſſe ſpeciem quandam hominis duplicis formæ, quam illi Maſculofeminã uocant, hunc etiam Phanetam nominarunt, ab apparendo, quia cum apparuiſſent,

Solus deus qui creauit omnia, ſcit omnia.

Lucæ 21.

Quæ ſunt tradita à Chriſto ſufficiunt ad uitam æternam.

Clementis oratio de genealogia deorũ gentilium.

Chaös poëticũ oui ſpeciem habuit.

Maſculofemina

A iſſent, inquiunt, tunc etiam lux effulſit, & ex hoc dicunt progenitã eſſe Subſtantiam, Prudentiã, Motum, Coitum, ex his factũ Cœlũ & Terram. Ex Cœlo ſex ꝓgenitos mares, quos & Titanas appellant, ſimiliter & de Terra ſex feminas, quas Titanidas uocitarunt, & ſunt nomina eorum quidem, qui ex Cœlo orti ſunt hæc, Oceanus, Coeus, Crios, Hyperion, Iapetos, Chronos, qui apud nos Saturnus nominat. Similiter & earũ quæ è Terra ortæ ſunt, nomina ſunt hæc, Thya, Rhea, Themis, Mnemoſine, Thetis, Hebe, Ex his omnibus qui primus fuerat è Cœlo natus, primã Terræ filiã accepit uxorẽ, ſecũdus ſecundã, & cæteri ſimiliter per ordinem. Primus ergo primã duxerat, propter eam deductus eſt deorſum, ſecunda uero propter eum cui nupſerat, aſcendit ſurſum, & ita ſinguli per ordinem facientes, manſerunt in his qui eis nuptiali ſorte obuenerant locis. Ex iſtorũ cõiunctionibus, alios quoq; innumeros adſerunt progenitos, ſed de illis ſex maribus, unus qui dicitur Saturnus, qui in coniugium acceperat Rheam, & cũ reſponſo quodam cõmonitus eſſet, quod qui ex eo naſceretur fortior ipſo futurus eſſet, regnoq; eum depelleret, omnes qui ei naſcerentur filios, deuorare inſtituit. Huic ergo primus naſcitur filius, quẽ Aiden appellarunt, qui apud nos Orcus nominatur, quẽ pro cauſſis, quibus ſupra diximus, adſumptũ deuorat pater. Poſt hunc ſecundũ genuit, quem Neptunũ dicunt, quemq; ſimili modo deuorauit. Nouiſſimum genuit eum, quem Iouem appellant, ſed hunc mater miſerans Rhea, per artem deuoratori ſubtrahit patri, &

B fecit ac tympana percutere, ut obſtrepente ſonitu, uagitus nõ audiretur infantis. Sed cum ex uteri imminutione intellexiſſet pater editũ partum, expetebat ad deuorandũ, tunc Rhea lapidem ei offerens magnũ. Hunc genui inquit. At ille accipiens abſorbuit, & lapis deuoratus eos quos primo abſorbuerat filios, truſit & coëgit exire: primus ergo procedens deſcendit Orcus, & inferiora, hoc eſt inferna occupat loca. Secũdus utpote illo ſuperior, ſuper aquas detruditur, is quem Neptunũ uocant. Tertius qui arte matris Rheæ ſuperfuit, ab ipſa, capræ ſuperpoſitus, in cœlũ emiſſus eſt. Hactenus anilis gentiliũ fabula & genealogia proceſſerit, ſine fine enim eſt, ſi uelim omnes generationes eorum quos deos appellant, & impia geſta proferre. Sed exempli gratia omiſſis cæteris, unius quem maximũ & præcipuũ habent, quemq; Iouem nominãt, flagitioſa geſta replicabo. Hunc enim cœlũ dicunt tenere, tanquã cæteris meliorem, qui ſtatim ut adoleuit, ſororem propriam, quam Iunonẽ dicunt, duxit uxorem, in quo utiq; ſtatim fit ſimilis pecude, Iuno Vulcanũ parit, ſed, ut tradunt, nõ ex Ioue conceptũ. Ex ipſo autem Ioue Medeam genuit, quam reſponſo accepto, quod qui ex ea naſceretur fortior ipſo eſſet, & regno eum depelleret, aſſumens etiam ipſe deuorat, & rurſum genuit de cerebro quidẽ Mineruam. de femore uero Liberũ. Poſt hæc Thetidem cum adamaſſet, aiunt Prometheũ pronunciaſſe ei, quod ſi cõcubuiſſet cum ea, qui ex ea naſceretur, fortior eſſet patre, & ob hoc ueritus, Peleo cuidam dat eam in matrimoniũ, dehinc Perſephone, quæ ei ex Cerere fuerat ſuſcepta miſcetur, ex qua Diony

Φανέσκω enĩ appareo eſt.

Titanes.

Saturnus.
Rhea.

Orcus.
Neptunus.
Iupiter.

Flagitia Iouis.
Iuno.

Minerua.

C sium genuit, qui à Titanis diſcerptus eſt, ſed recordatus, inquit, ne forte pater
ſuus Saturnus alium filium generaret, qui etiam ſe fortior naſceretur, regnoq́;
depelleret, obpugnare adgreditur patrẽ unà cũ fratribus eius Titanis, quibus
obpreſſis, ad ultimum etiam patrem in uincula cõiecit, deſectaq́; eius genitalia
in mare proiecit, ſed cruor qui defluxit ex uulnere ſuſceptus, fluctibus & fre-
quenti conliſione in ſpumã uerſus, procreauit eam quam dicunt Aphroditen,
quamq́; apud nos Venerem appellant, ex huius concubitu quæ erat utiq́; ſo-
ror, hunc ipſum Iouem ferunt genuiſſe Cyprin, ex qua aiunt & Cupidinẽ na-
tum. Hæc quidem de inceſtis eius, audi nunc & de adulteriis, Europã Oceani
IO VIS A DVL TE RI A. coniugem uitiat, ex qua naſcitur Dodonæus. Helenã Pandionis, ex qua naſcit
Muſæus. Eurynomen Aſopi, ex qua naſcit Ogygias. Hermionen Oceani, ex
qua naſcunt Charites, Thalia, Euphroſine, Aglaia. Themin ſororẽ ſuã, ex qua
naſcũtur Horæ, Eurinomia, Dice, Irene. Themiſto Inaci, ex qua naſcitur Ar-
chas. Idean Minois, ex qua naſcit Aſterion. Phæniſſam Alphionis, ex qua na-
ſcit Endymion. Io Inachi, ex qua naſcitur Epaphus. Hippodamiã, & Iſionen
Danai filias, quarum unam Hippodamiam Olenus, Iſionen uero Orchome-
nus ſiue Chryſes habuit. Carinean Phœnicis, ex qua naſcitur Critomaris, quæ
fuit ſodalis Dianæ. Calliſto Lycaonis, ex qua naſcitur Orcas. Lybeen Munan-
ti, ex qua naſcitur Belus. Latonam, ex qua naſcitur Apollo, & Diana. Leanidã
Eurymedontis, ex qua naſcitur Coron. Lyſithean Euueni, ex qua naſcitur He-
lenus. Hippodamiam Bellorophontis, ex qua naſcitur Sarpedon. Megacliten
D Macarei, ex qua naſcitur Thebe, & Locrus. Nioben Phoronei, ex qua naſci-
tur Argus, & Pelaſgus. Olympiadam Neoptolemi, ex qua naſcitur Alexan-
der. Pyrrham Promethei, ex qua naſcitur Helmetheus. Protogeniam & Pan-
doram Deucalionis filias, ex quibus genuit Aethelium, & Dorum, & Melerã,
& Pandorum. Thaicruciam Prothei, ex qua naſcitur Nympheus. Salaminam
Aſopi, ex qua naſcitur Saracon. Taygeten, Electran, Maian, Plutiden Athlan
tis filias, ex quibus genuit ex Taygete quidem Lacedæmonem, ex Electra
Dardanum, ex Maia Mercuriũ, ex Plutide Tantalum. Pthian Phoronæi, ex
qua genuit Achæum. Chalceam nympham, ex qua naſcitur Olympus. Cha-
ridiam nympham, ex qua naſcitur Alchanus. Cloridam, quæ fuit Ampegi, ex
qua naſcitur Mopſus. Cotonian Lesbi, ex qua naſcitur Polimedes. Hippoda-
mian Aniceti, Chryſogeniã Penei, ex qua naſcitur Thiſſæus. Sed & alia ſunt
plurima eius adulteria, ex quibus nec progeniem ſuſcepit, quæ enumerare ſa-
tis longum eſt. Verũ ex his omnibus quas enumerauimus, nonnullas transfor
matus, utpote magus, uitiauit. Deniq́; Antiopem Myctei uerſus in Satyrũ cor
rupit, ex qua naſcutur Amphyon & Zethus. Alcmenam mutatus in uirũ eius
Anphitrionẽ, ex qua naſcitur Hercules. Eginam Aſopi mutatus in aquilam,
ex qua naſcit Eacus. Sed & Ganimeden Dardani, mutatus nihilominus in aqui
lam ſtuprat. Manthean Phoci, mutatus in urſum, ex qua naſcit Arctos. Dana-
en Achryſij, mutatus in aurũ, ex qua naſcit Perſeus. Europen Phœnicis, mu-
tatus in taurum, ex qua naſcitur Minos & Rhadamantus, Sarpedonq́;. Eury-
meduſam

A meduſam Achelai, mutatus in formicã, ex qua naſcitur Myrmidon. Thalian
Aetnan nympham mutatus in uulturem, ex qua naſcuntur apud Siliciam Pa-
liſci. Imandram Geneani apud Rhodũ, mutatus in imbrẽ. Caſſiepiam, ex qua
naſcitur Anchinos, Lædam Theſi, mutatus in Cycnũ, ex qua naſcit Helena.
& iterum eandem mutatus in ſtellam, ex qua naſcuntur Caſtor & Pollux. La-
miam mutatus in upupam. Mnemoſynen mutatus in paſtorem, ex qua naſcun
tur Muſæ nouem. Nemeſin mutatus in anſerem. Semelen Cadmian muta- *Ex Mnemoſyne, Muſæ.*
tus in ignem, ex qua naſcitur Dionyſius. Ex filia autem ſua Cerere, genuit Per-
ſephonen, quam & ipſam corrupit mutatus in draconem, ſed & Europam
patrui ſui Oceani uxorem, & ſororem eius, Eurynomen adulterat, & pa-
trem punit, & Pluten Athlantis filij ſui adulterat filiam, ex qua natũ ſibi filium
Tantalum damnat. Ex Lariſſe etiam Orchomenij genuit Tityonem, quẽ &
ipſum ſupplicijs tradidit. Dianam Ixionis filij ſui diripiẽs uxorẽ, ipſum peren
nibus ſubijcit pœnis, & penè omnes quos ex adulterijs genuit filios, uiolentæ
mortis conditione damnauit, quorum & ſepulchra penè omnium manifeſta
ſunt. Ipſius denicq́; paricidæ, qui & patruos peremit, & uxores eorũ uiciauit,
ſororibus ſtuprũ intulit, multiformis magi ſepulchrũ euidens eſt apud Cre-
enſes, qui tamen ſciẽtes & cõfitentes infanda eius atq́; inceſta opera, & omni- *Habet hoc idẽ*
bus enarrantes, ipſi eũ confiteri deum non erubeſcunt, unde mirum mihi & *Lactantius, ex*
ualde mirum uideť, quomodo is qui ſuper omnes mortales ſcelere & flagitijs *hoc opinor*
eminet, ſanctũ, & quod eſt ſuper omne bonũ, nomen acceperit, ut pater deo- *quædã mutuã-*
rum atq́; hominum uocaretur, niſi forte ille qui malis hominũ gaudet, eũ quem *tus, nam ſeries*
B ſceleribus eminere ſupra cæteros uidit, ſupra cæteros ei honorem cõferre in- *argumẽtiq́; ra*
felices animas ſuaſit, ut ad imitationẽ malorũ inuitaret uniuerſos. Sed & filio- *tio hoc omnino*
rum eius, qui apud eos dij putantur, ſepulchra ſingulis quibuſq́; in locis mani- *clamat.*
feſtiſſime demonſtrantur, Mercurij apud Hermopolim, Cypriæ Veneris
apud Cyprum, Martis in Thracia. Liberi apud Thebas, ubi diſcerptus tradit,
Herculis apud Tyrum, ubi igni crematus eſt. In Epidauro Aeſculapij, quiq́;
omnes non ſolum ut homines defuncti, ſed ut nequã homines puniti pro ſce-
leribus docentur, & tamen ab ſtultis hominibus, ut dij adorãtur. Quod ſi ar-
gumentari uolunt, & magis hæc loca ortus eorũ quàm ſepulturæ uel mortis
adfirmant, ex uicinis & adhuc recentibus geſtis, priora & uetera conuincen-
tur, cum docuerimus adorari ab eis eos, quos etiam ipſi homines & defun-
ctos, uel potius punitos eſſe profitentur, uerbi gratia ut Syri Adonem, Agy-
ptij Oſirin, Ilienſes Hectorem, apud Leuconeſſum Achillem, apud Pon-
tum Patroclum, apud Rhodum Alexandrum Macedonẽ, multosq́; alios per
diuerſa loca, ſinguli ut deos colunt & adorant, quos homines mortuos fuiſſe
nõ dubitant. Vnde conſequens eſt etiam priores ſimili errore prolapſos, mor
tuis hominibus, qui forte uel potentiæ aliquid, uel artis habuerunt, maximeq́; *Ita factũ eſt, ut*
ſi phantaſijs magicis in ſtuporem ſtolidos homines adduxerant, honorẽ con- *deorum nume-*
tuliſſe diuinum. Iam hinc additum eſt, ut & poëtæ elegantia uerborum, com- *rus fermè ultra*
menta erroris ornarent, & ſuauitate dicendi immortales effectos eſſe ex mor- *hominũ increꝛ-*
uerit. Plin.

C

Trãsformationes hominum.

talibus perſuaderent,imò & amplius aliquid,ex hominibus aiunt ſtellas fieri, & arbores,& animalia,& flores, & aues,fontesq́;,ac fluuios, & ni uerbositas uideretur,omnes penè ſtellas,quas ex hominibus effectas adſerũt enumerare, uel arbores,uel fontes,ac fluuios poſſem, exempli tamen cauſſa ſingula ſaltem ex ſingulis memorabo. Andromedam Cephæi,in ſtellam dicunt eſſe conuerſam,Danaen Ladonis fluuiñ filiã,in arborem commutatã,Hiacynthum Apollonis dilectũ in florem,Calliſto in ſydus quod Arcton uocant, Prognen & Philomelã cum Tereo in aues, Thysben apud Ciliciam in fontẽ, & Piramũ inibi in fluuiũ reſolutos,omnesq́; penè,ut dixi,uel ſtellas uel arbores,fontesq́; ac fluuios,floresq́; & animalia,uel aues, aliquando homines fuiſſe cõfirmant. At PETRVS hæc audiens,ait: Ergo ſecũdum ipſos antequàm homines mutarentur in ſtellas,uel cætera quæ enumeras,& cœlum ſine ſtellis erat,& terra ſine arboribus & animalibus,nec fontes,nec flumina,nec aues erãt,& quomodo ipſi homines uixerunt ſine his,qui in hæc poſtmodũ mutati ſunt,cum conſtet nec potuiſſe prorſus ſine his uitam ducere homines in terris? Et ego reſpondi:Sed ne ipſum quidem cultum deorum ſuorum obſeruare conſequenter norunt,unuſquiſq; enim eorum quos colunt, habet aliquid ſibi dicatum,à quo debent ſe continere cultores,utputa Mineruæ oliuam, Iouí caprã ferunt dicatam,Cereri ſemina,Libero uinum,Oſyri aquam,Hammoni arietem,Dianæ ceruum,Syrorũ demoni piſcem & columbã,Vulcano ignẽ,& unicuiq́; ut dixi,eſt aliquid proprie dicatum,à quo oportebat abſtinere ſe cultores,ad honorem eorum quibus dicati ſunt. Nunc autem ſinguli ab uno aliquo ſe obſeruantes,pro unius honore cæteros omnes iratos habent,quos utique ſi placare uelint, pro honore omnium,abſtinere ſe ab omnibus oportebat, ut ante diem iudicij iuſta à ſemetipſis ſentẽtia cõdemnati,morte miſerrima per inediã deperirent. Verum ad propoſitum reuertamur,quæ,malũ,ratio eſt,imò quæ amentia mortaliũ poſſidet mentes, ut hominem quem impium, ſceleſtũ, profanum, Iouem dico inceſtum, patricidam, paricidam, non ſolum ſciunt eſſe, ſed & publice in theatris cantant, hunc ut deum colant & adorẽt? Aut ſi propter his geſtis deus eſſe meruit, ergo & ſi quos audiunt homicidas,adulteros,paricidas, inceſtos,etiam nũc debent ut deos adorare. Sed quod in alijs execrantur, ſcire omnino nõ poſſum,cur in illo uenerẽtur. Et PETRVS reſpondit: Quoniam te neſcire dicis,diſce à me cur in illo facinoroſa geſta uenerentur, primo quidem,ut cum ipſi ſimilia egerint, acceptos ſe ei futuros ſciãt,utpote quẽ imitantur in flagitijs. Secundo quod hæc literis ſcite recondita,& uerſibus elegãter inſerta ueteres reliquerunt. Et nunc puerilis eruditionis obtentu,cũ eorum notitia teneris & ſimplicibus adhæſerit mentibus, reuelli ex eis atq́; abijci difficulter poteſt. Hæc cũ dixiſſet Petrus, NICETA reſpondit: Nõ putes domine mi Petre,non habere eruditos quoſq́; gentilium ueriſimilitudines qualdã, quibus adſtruant hæc quæ culpabília uidẽtur,& probroſa, quæ quidem ego non ut confirmans errores eorum dico:abſit enim à me, ut hoc uel ad cogitationem meã ueniat,ſed tamen ſcio eſſe apud prudentiores ipſorum defenſiones quaſ-

Singuli dij quæ dã habent proprie ſibi dicata

D

Vel unus Terentianus Chrea ſatis locuples erit teſtis hoc ita eſſe, is enim quod in uirginem ſibi permiſit, Iouis ſe exemplo feciſſe excuſat.

A nes quaſdam,quibus adſtruere & colorare ſolent hæc,quæ uidẽtur abſurda. Et ſi tibi placet,ut aliqua ex his proferam,quæ ex parte aliqua retineo,ut iubes faciam. Cumq́; PETRVS permiſiſſet, NICETA hoc modo cœpit: Omnis ſermo apud Græcos,quí de antiquitatis origine conſcribitur,cum alios multos, tum duos præcipuos autores habet. Orpheum & Heſiodũ. Horum ergo ſcripta in duas partes intelligentíæ diuiduntur, id eſt ſecundum literam, & ſecundum allegoriam,& ad ea quidem quæ ſecundũ literam ſunt,ignobilis uulgí turba confluxit. Ea uero quæ ſecundũ allegoriam conſtant,omnis philoſophorum & eruditorũ loquacitas admirata eſt. Orpheus igitur eſt, qui dicit primo fuiſſe Chaos ſempiternũ,immẽſum,ingenitũ,ex quo omnia facta ſunt, hoc ſanè ipſum Chaos nõ tenebras dixit eſſe,nõ lucem,nõ humidum, nõ aridum,nõ calidum,nõ frigidũ,ſed omnia ſimul mixta,& ſemper unũ fuiſſe,informe aliquando,tamen quaſi ad ouí immanis modum,per immenſa tempora effectã peperiſſe,ac protuliſſe ex ſe duplicem quandam ſpeciem, quam illi Maſculoſeminam uocant, ex contraria admixtione huiuſmodi diuerſitatis ſpecíem concretam,& hoc eſſe principiũ omniũ,quod primum ex materia puriore proceſſerit,quodq́; procedens diſcretionem quatuor elementorũ dederit, & ex duobus quæ prima ſunt elementis,fecerit cœlũ,ex alijs autem terram,ex quibus iam omnia participatione ſui inuicem naſci dicit & gigni. Hæc quidẽ

Orpheus. Heſiodus.

B Orpheus. Subiungit autem his & Heſiodus, poſt Chaos ſtatim Cœlũ dicens factum eſſe,& Terram,ex quibus ait progenitos illos undecim,quos interdũ & duodecim dicit: ex quibus ſex mares,quinq́; feminas ponit,nomina autem dat maribus, Oceanus, Cœus,Chrius,Hyperion, Iapetus,Chronus, qui & Saturnus. Item feminas, Thya,Rhea, Themis,Mnemoſine, Thetis,quæ nomina per allegoriam hoc modo interpretantur: Numerum quidem undecim uel duodecim,ipſam dicunt primam naturã,quam & Rheam à fluendo dictã uolunt, reliquos autem decem accidentia eius dicunt,quas & qualitates appellant: duodecimũ tamen addunt & Chronum,quem apud nos Saturnũ dicũt, hunc pro tempore accipiunt. Saturnũ ergo & Rheam tempus ponunt,& materiam,quæ ubi cũ humido,& arido,& calido,& frigido tempore fuerint admixta,omnia generat. Hæc ergo,inquit,primo omniũ tempore multo cõcretam genuit quandam quaſi bullã,quæ ex ſpiritu qui in aquis erat,paulatim collecta intumuit,& aliquanto tempore circumacta per ſuperficiem materiæ,ex qua quaſi ex uulua ꝓceſſerat,rigore frigoris obdurata,& glacialibus augmentis ſemper increſcens,abrupta tandem demergitur in profundũ, ac pondere ipſo pertracta,in infernũ deſcendit. Et quia inuiſibilis facta eſt, Aides appellata eſt,qui & Orcus,uel Pluto nominatur. Cumq́; de ſuperioribus mergeretur in inferna,locum confluendi humido præbuit elemento, & pars craſſior, quæ eſt terra,aquis cedentibus patefacta eſt. Hanc ergo aquarum libertatem, quæ prius bulla obtegente premebatur, poſtquam illa inferni ſortita eſt locum, Neptunũ eſſe appellatũ. Poſt hoc cum elementũ frigidum per concretionem glacialis bullæ,ad inferiora fuiſſet abſorptum,& aridum fuiſſet,humi

Cœli & Terræ filij.

C dumq; discretum, nullo iam impediente elementum calidum ignis, utpote uigore & leuitate ad superiora conuolauit aëris, spiritu & procella subuectum. Hanc ergo procellam quæ καταιγὶς græce appellatur, ægam, id est capram dixerunt, & ignem qui ad superna cõscendit, Iouem: & ideo eum capra subuectum conscẽdisse Olympum dicunt. Ipsum uero Iouem Græci quidem à uiuendo, uel uitam dando, nostri à iuuãdo nominatũ uolunt. Hanc ergo esse uiuentem substantiam ferũt, quæ in superioribus posita, ui caloris uelut cerebri ambitu, ad se trahens cuncta, & cuiusdam temperamenti moderatione cõponens, de capite dicitur genuisse sapientiã, quam Mineruã uocant, quæ à Græcis ἀθήνη, propter immortalitatem nominata est, quæ quia pater omniũ per sapientiam suam cuncta condidit, & ex ipso capite eius, & principali omnium genita dicitur loco, & temperata admixtione elemẽtorum, uniuersum formasse mundũ, & adornasse perhibet. Igitur species quæ materiæ inditæ sunt, ut fieret mundus, quia ui caloris constringuntur, Iouis uiribus contineri dicuntur. Quæ quoniam sufficiẽter se habent, nec ultra addi sibi indigẽt aliquid nõ ui, sed unumquodq; seminis sui posteritate reparatur, uinctæ esse à Ioue Saturni manus dicuntur, quia nihil noui iam, ut dixi, ex materia tempus producit, sed calor seminum, secundũ sui speciem cuncta restituit, nec ultra Rheæ partus, hoc est ppago materiæ fluentis ascendit, & ideo ipsam primã elementorũ diuisionẽ, abscisionẽ Saturni nominant, quasi qui ultra mundũ generare non possit. Nam de Venere hoc modo allegoriam tradunt, ubi aiunt ætheri subiectum est pelagus, cum repercussus aquis splendor, cœli gratior refulsisset, uenustas rerũ quæ ex aquis pulchrior apparuerat, Venus nominata est, quæ Aetheri tanquam fratri suo sociata, quod concupiscibile decus effecerit, Cupidinem genuisse memorata est. Hoc ergo modo per allegoriam Chronũ quidem, qui est Saturnus, tẽpus esse, ut diximus, tradunt, Rheam materiã, Aidenid est Orcum, inferni profundum. Neptunũ aquam. Iouem ætherem, id est caloris elementum. Venerem uenustatem rerum. Cupidinem cõcupiscentiã, quæ ineſt rebus omnibus, per quam posteritas reparatur, uel etiam rerum ratio, quæ sapiẽter inspecta delectat. Hera, id est Iuno, aër iste medius qui de cœlo usq; ad terram descendit, ponitur. Diana, quam ipsam Proserpinam dicũt, aërem inferne tradunt. Apollinem ipsum etiam Solem dicunt, circumeuntem polum. Mercurium uerbũ, quo ratio de singulis quibusq; reddatur. Martem intemperatum ignem, qui cuncta consumat. Sed ne singula enumerando immoremur, ad hanc allegoriæ speciem, de unoquoq; eorum quos colunt, in quibus secretior de talibus ineſt peritia, honestas sibi uidentur, & iustas redde re rationes. Hæc cum Niceta dixisset, AQVILA respondit: Valde mihi uidetur quisquis ille est autor & inuẽtor horũ, impius extitisse, si hæc quæ grata & honesta uidentur abscondit, & superstitionis suæ ritum, in dedecorosis & turpibus obseruantijs conlocauit, cum ea quæ secundum literam scripta sunt, manifeste inhonesta sint, & turpia, & tota religionis eorum obseruantia, in ipsis constet, ut per huiusmodi scelera & impietates, deos suos quos colunt, docean-

Iupiter unde dictus sit.

Minerua ἀθήνη propter immortalitatem dicta est.

Saturni manus à Ioue uinctæ.

D

Venus.

Cupido.

Saturnus.

Neptunus.

Iuno.

Diana.

Mercurius.

A ant imitari. Nam in istis allegorijs quæ eis utilitas erit? quæ quamuis honesta finguntur, nullus tamen ex eis aut usus ad cultũ peruenit, aut ad mores emendatio. Vnde magis constat, quod prudentes uiri cum uiderent communẽ superstitionem tam probrosam esse, tam turpem, nec tamen corrigendi modũ aliquem, uel scientiam didicissent, quibus potuerunt argumentis, & interpretationibus conati sunt res inhonestas honesto sermone uelare, & nõ, ut dicũt, honestas rationes, inhonestis fabulis occultare: quod si esset, nunquam utique ipsa eorum simulacra, atq; ipsæ de eis picturæ, cum suis uicijs & criminibus formarentur. Nõ cycnus adulter Ledæ, nec taurus formaretur Europæ, & in mille monstra eum, quem putant meliorem omnibus, uerterẽt. Quod utiq; si magni & sapientes, qui sunt apud eos uiri, fictum scirent esse, nõ uerum, nonne impietatis arguerent & sacrilegij, eos qui ad iniuriam deorum huiusmodi aut picturam ponerent, aut sculperẽt simulacra? denicq; regem temporis sui, depingant in bouis forma, uel anseris, uel formicæ, uel uulturis, & scribant super, regis sui nomen, atque huiusmodi uel statuam, uel imaginem conlocent, & iniuriam facti sentiẽt, & uindictæ magnitudinem. Sed quoniam uera hæc magis sunt, quæ publica turpitudo testatur, & ad excusationẽ à uiris prudenti bus, sermonibus honestis quæsita sunt, & concinnata uelamina, idcirco nõ solum Ium nõ prohibentur, sed & ipsis mysterijs Saturni filios deuorantis, & occultati pueri, per Corybantũ & cymbala, & tympanorũ sonitus, exprimũtur imagines. De abscisione uero Saturni, quæ maior erit probatio ueritatis, quàm ut in honorem dei sui, simili infelicitatis sorte abscidantur etiam cultores? Cum

B ergo hæc manifeste cernantur, quis tam exigui sensus, imò tam stolidi inuenietur, cui non palàm sit, hæc magis uera esse de infelicibus dijs, quæ infeliciores cultores etiam corporum suorũ uulneribus, & abscisione testantur? Quod si, ut dicunt, hæc ita honeste & pie gesta, tam inhonesto ritu ministranẽ & impio, sacrilegus, pfecto est, quisquis ille, uel ex initio hæc tradidit, uel nunc male tradita perfistit implere. Quid autẽ & de libris dicimus poëtarũ, nónne oportuerat eos, si honesta & pia deorum gesta, turpibus fabulis infamarunt, abijci protinus, atq; in ignem dari, ne persuaderent teneræ adhuc ætati puerorum, Iouem ipsum deorum principem, paricidam erga parentes, incestum erga sorores & filias, impurum etiam in pueros extitisse? Venerem cum Marte, adulteros, & omnia illa quæ iam superius dicta sunt. Aut quid tibi uidetur domine mi Petre? Tunc ille respondit: Certus esto dulcissime Aquila, quia omnia per bonam dei prouidentiam gesta sunt, ut non solum infirma, & fragilis, uerum & turpis esset causſa quæ futura erat contraria ueritati. Si enim ualidior & uerisimilior fuisset erroris adsertio, haud facile quisquam qui in eo deceptus esset, ad iter ueritatis rediret: si enim nunc cum tam multa probra & dedecora de dijs gentium proferuntur, uix aliquis turpem derelinquit errorem, quanto magis si esset ibi aliquid honestum & uerisimile? Difficulter nanque transfertur anima ab his, in quibus à prima ætate præuentus est, & ob hoc, ut dixi, diuina prouidentia factum est, ut erroris substantia, & infirma

Allegoriæ de dijs gẽtilũ, ad uelãda dedecora eorũ inuentæ sunt.

Prouidẽtia dei omnia sunt infirma et palàm inhonesta, quæ ueritati repugnant.

C esset ut turpis, sed & cætera omnia simili modo, competenter & commode dispensat diuina prouidẽtia, licet nobis ignorantibus rerum caussas, bonæ & optimæ dispensationis diuinæ non liqueat ratio. Cum hæc Petrus dixisset, ego CLEMENS Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis gentilium, quas diligenter adtigerat, agnoscendi gratia exponeret, utile enim est, ut cum gentilibus disputamus, etiam ista nos minime lateant. Et NICETA: Si, inquit, permittit dominus meus Petrus, possum dicere. Tum PETRVS: Hodie, inquit, permisi uobis dicere aduersum gentiles ut nostis. Et NICETA ait: Dic ergo Clemens, de quibus audire uelis. Cui ego aio: Quomodo tradunt de deorum cœna gẽtiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt, & Thetidis: quẽ dicunt esse Paridẽ pastorem, & quas ponũt in Iunone, Minerua & Venere, quæ apud eum iudicantur, quemue Mercurium, uel quod malum, & cætera quæ per ordinem consequuntur? enarra nobis. Tum NICETA: Cœnæ deorũ caussa hoc modo se habet. Conuiuiũ mundum tradunt, discumbendi ordinem deorum, stellarum positionem, quos Hesiodus cœli & terræ primos filios nominat, in quibus sex mares, & sex feminas, ad duodecim signorum numerum referunt, quæ uniuersum circũeunt mundum, dapes autem conuiuij, rationes esse & caussas rerum tradunt, dulces & concupiscibiles, quæ qualiter regatur & gubernetur hic mundus, ex signorum positione, & astrorum cursibus colligũtur. Ad libertatis tamẽ conuiuij modum, dicunt ista constare, pro eo quod potestatem habeat uniuscuiusq; sensus, si uelit degustare aliquid ex huiusmodi scientia, aut si nolit, & sicut in conuiuio nemo cogitur, sed uescẽdi libertas penes unumquemq; est, ita & philosophandi ratio, pendet in uoluntatis arbitrio. Discordiam, concupiscentiam carnis dicunt, quæ insurgit aduersum propositũ mentis, & philosophandi impedit studium, ideo denique & tempus illud esse aiunt, in quo de nuptijs agitur. Peleum uero & Thetydem nympham, aridum & humidum ponunt elementum, ex quorum admixione substantia corporũ constat. Mercurium uerbum esse tradunt, per quod sensui doctrina cõfertur. Iunonem pudicitiam. Mineruã fortitudinem. Venerem libidinẽ dicunt, Paridem sensum. Si ergo aiunt, accidat in homine barbarum esse, & imperitum sensum, & rectum iudicium nescientem, spreta pudicitia, & uirtute, libidini palmam, quod est malum, dabit, per quod non solũ sibi, sed & ciuibus & uniuersæ genti subuersio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia uisum sit, tamen aptari ad omnem hominem possunt, quia si quis pastoralem & rusticũ atq; imperitũ habeat sensum, nec uelit erudiri, ubi corporis calor de libidinis suauitate suggesserit, continuo spretis studiorũ uirtutibus, & scientiæ bonis, ad uoluptates corporum animum confert. Et hinc est unde impacata bella consurgunt, urbes ruunt, patriæ concidunt, sicut & Paris, rapta Helena, ad mutuum Græcos & Barbaros armauit exitium. Et PETRVS conlaudans prosequutionem eius, ait: Multas ut uideo, ingeniosi homines, ex his quæ legunt, ueri similitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandum est, ut lex dei cum legitur, non secundum proprij ingenij intelligentiam

Nicetæ discipli narũ gẽtilium doctißimus erat.

Allegoriæ elegantißimæ cœnæ deorũ quæ apud pœtas describitur.

Selecti sunt hij teste August. de ciui. dei.

Inde etiã nomẽ quidam Mercuriũ inuenisse testantur.

A tiam legatur. Sunt enim multa uerba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisq; sponte præsumpsit, quod fieri nõ oportet. Non enim sensum quem extrinsecus attuleris alienum, & extraneum debes quærere, quem ex scripturarum autoritate confirmes, sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis, & ideo oportet ab eo intelligẽtiam discere scripturarum, qui eam à maioribus, secundum ueritatem sibi traditam, seruat, ut & ipse possit ea quæ recte susceperit, competenter adserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis susceperit, & firmam regulam ueritatis, absurdum nõ erit, si aliquid etiã ex eruditione cõmuni ac de liberalibus studijs, quæ forte in pueritia adtigit, ad adsertionem ueri dogmatis conferat, ita tamen ut ubi uera didicit, falsa & simulata declinet. Et cum hæc dixisset, ad patrem nostrũ respiciens ait: Tu ergo senex siquidem saluti animæ tuæ consulis, ut cum corpore fuerit resoluta, pro breui hac conuersione, requiem inueniat sempiternã, require de quibus uis, & consule ut possis si quid in te est dubitationis abscere, incertum enim est etiam iuuenibus uitæ tempus, senibus autẽ iam nec incertũ est, nõ enim dubitatur, quin quantumcũq; est quod putatur superesse, breue sit. Et ideo tam iuuenes quàm senes oportet de conuersione, & pœnitentia ualde esse solicitos, & satagere ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est dogmatibus ueritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, alijsq; omnibus quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare à consortijs inhonestis & infidelibus,
B & societates habere fidelium, atq; illos frequentare cõuentus, in quibus, de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. Orare semper deũ ex corde, & ab ipso petere quæ decet à deo posci, ipsi gratias agere, ueram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum. Aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum iuuare pœnitentiã, per hæc enim facilior uenia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod si prouectioris ætatis sit is, qui ad pœnitentiam uenit, eò magis gratias agere debet deo, quod postquã fractus est omnis impetus cõcupiscentiæ carnalis, scientia ueritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam insurgentes aduersum animam, reprimat corporis uoluptates. Superest ergo in agnitione ueritatis, & misericordiæ operibus exerceri, ut adferat fructus dignos pœnitentiæ, nec putet quia in tẽporis longitudine documentum conuersionis ostenditur, & non in deuotionis ac propositi firmitate, deo enim manifestæ sunt mentes, qui non temporum rationẽ colligit, sed animorum, ipse enim probat si quis agnita ueritatis prædicatione non distulit, neq; tempus negligendo consumpsit, sed statim, & si dici potest eodem momento, præterita perhorrescens, futurorum desiderium cœpit, & in amorẽ regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo uestrũ ultra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad euangeliũ regni dei libenter accedat. Nõ dicat paulum, quia cum diues factus fuero, tunc conuertar, non requirit à te deus pecuniam, sed animũ misericordem, & piam mentem. Necq; diues conuersionem suam differat, pro solicitudine seculari, dum cogitat quomodo dispẽset abun-

Petrus nequidẽ cognitionem fabularũ dãnat, sed uetat id fieri in scripturis quod indulgemus nobis etiã cũ gratia in fabulis.

Dies mortis incertus.

Matth. 6.

Retro respicere, est moras texere, aut caussari aliud quod prius te agere expediat.

C dantiã frugũ, neq; dicat intra semetipsum, quid faciam, ubi recondam fructus meos? neq; dicat animæ suæ, habes multa bona reposita in annos multos, epulare, lætare: nã diceret ei, Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ præparasti cuius erunt? Itaq; festinet ad pœnitentiã omnis ætas, omnis sexus, omnisq; conditio, ut uitam consequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum, ceruices suas iugo subijciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua male præuenti sunt, pro dei timore commutant. Nemo ergo differat, nemo cũctetur: quæ enim caussa cunctandi est ad bene agẽdum? aut times, ne cum bene feceris, ibi remunerationem non inuenias ut putasti? & quid senties detrimenti, si benefeceris gratis, nõne etiam sola in his sufficeret cõscientia? Quod si inueneris, ut præsumis, nónne pro paruis, magna, & pro temporalibus, æterna recipies? uerum ego hæc propter incredulos dixi. Nos autem quæ prædicamus, ita se habent, quia nec aliter esse possunt, quæ prophetica uoce promissa sunt. Si quis uero cupit examussim ueritatem nostræ prædicationis agnoscere, conueniat ad audiendum, & quid sit uerus propheta cognoscat, & tunc demum omnis in eo cessabit ambiguitas, si tamen non obstinatis animis resistat his, quæ uera esse compererit. Sunt enim quidam qui quolibet modo, ad hoc tantum respiciunt, ut uincant, & laudem pro hoc magis quàm salutem quærãt, quibus non eueniat uel dici aliquid, ne & sermo nobilis patiatur iniuriam, & iniuriæ suæ reum æterna morte condemnet. Quid enim est in quo aduersari prædicationi nostræ quis debeat? aut in quo contra ueri honestiq; fidem sermo prædicationis nostræ deprehenditur? qui dicit honorandũ esse deum, & patrem omniũ conditorem, eiusq; filiũ, qui solus eum & uoluntatem eius nouit, cuiq; soli de omnibus credendũ est, quæ præcepit: solus enim est lex, & legislator, & iudex iustus, cuius lex decernit, honorandũ esse deum, dominum omnium, per uitam sobriam, castam, iustam, misericordem, & in ipso solo omnem conlocandam spem. Sed dicet aliquis etiam à philosophis huiusmodi præcepta dari: Nihil est simile, nã de iustitia quidẽ ab eis, & sobrietate mandatur, sed remuneratorem deum, gestorũ bonorũ malorumq; nõ norunt, & eò leges & præcepta eorũ, accusatorem tantummodo publicum uitant, conscientiam uero purificare nõ possunt: quid enim timeat in occulto peccare, qui occultorũ esse arbitrũ & iudicẽ nescit? Addunt præterea philosophi in præceptis suis, etiam deos, qui sunt dæmones, honorandos, quod solum, etiamsi in alijs probabiles uiderentur, grauissime eos potest impietatis arguere, & prophijs condemnare sententijs, qui unũ quidem esse pronũciant deum, pro adsentatione tamen erroris humani, plures mandent colendos. Aiunt autem & illud philosophi, deum nõ irasci, nescientes quid dicant. Ira enim mala est, ubi mentem turbat, ut rectũ consiliũ perdat, illa uero quæ malos punit, perturbationem menti nõ infert, sed unus, ut ita dixerim, idemq; affectus est, qui & bonis præmia, & malis retribuit pœnam: nam si bonis & malis bona restituat, & simili remuneratione erga pios utatur, & impios, iniustus potius quàm bonus uide-

Cõscientia bene actæ uitæ per se satis est, etiã si nulla sit post mortem remuneratio.

Nõnullis non sunt cõmittenda uerba uitæ, ne iniuriam patiatur prophetia.

D

Inter salubria philosophorũ, & Christi præcepta quid interfit.

Deũ non irasci quorsum pertineat.

Ira nõ semper mala ea præsertim quam Academici bene à natura datam esse dicebant.

A tur uidebitur, sed ais, nec deus debuit facere malũ. Verum dicis, neq; facit, sed qui ab eo creati sunt, dum iudicandos se esse non credũt, indulgentes uoluptatibus suis, à pietate & iustitia deuoluti sunt. Sed dices, si iustũ est punire malos, statim ut male agunt, puniri debent. Tu quidẽ bene festinas, sed ille quia æternus est, & quem nihil latet, & quanto nullus ei finis, tanto & prolixa patientia est, & non ad uelocitatem uindictæ, sed ad salutis respicit causssas, delectatur enim non tam morte, quàm cõuersione peccantis. Ideo deniq; & sanctũ baptisma largitus est hominibus ad qd' si quis uenire festinet, & de reliquo maneat emendatus, delentur ex eo omnia peccata, quæ per ignorantiam cõmissa sunt. Nam philosophi quid contulerunt uitæ mortaliũ, dicendo hominibus nõ irasci deũ? nempe ut docerẽt eos nullũ habere uindictæ alicuius, uel iudicij metum, & per hoc tota peccantibus frena laxarent. Aut quid illi humanũ genus iuuarunt, qui dixerunt nõ esse deum, sed casu omnia, & fortuito agi? nónne ut hæc audientes homines, & arbitrantes nullũ esse iudicem, nullũ prouisorẽ rerum, ad omne facinus, quod uel furor, uel auaritia, uel libido dictasset, nemine uerendo præcipites agerentur? Nam illi multũ reuera iuuerunt mortalium uitam, qui dixerunt nihil posse sine Genesi fieri, scilicet ut unusquisq; peccati sui causssam, Genesi adscribens, semetipsum in sceleribus suis pnunciaret innoxium, dum crimen suũ nõ pœnitendo diluit, sed factum culpando conge

Prolixa patientia dei.

Ioan. 12.

minat. Nam de illis quid dicam philosophis, qui deos colendos esse introduxerunt, & tales deos, quales paulo ante audistis? quid fuit aliud decernere, nisi

B ut uicia, nisi ut crimina, nisi ut flagitia colerentur? Pudet, miseretq; me uestri, si creditis quod indigna hæc esse & impia, atq; execrabilia, aut nõ deprehendistis hactenus, aut deprehensa & intellecta, mala pro bonis & optimis coluistis. Tum præterea & illud quale est, quod præsumpserunt nonnulli philosophorum, uel de deo loqui, cũ sint mortales, & opinione sola de inuisibilibus dicere, uel de mundi origine, ubi nõ aderant cum fieret, uel de fine eius, uel de animarum in infernis dispensatione & iudicio, nescientes quia præsentia quidem & uisibilia nosse, hominis est rationabilis: Præterea uero, & futura, & inuisibilia scire, solius propheticæ præscientiæ est. Non ergo hæc cõiecturis & opinionibus colligenda sunt, in quibus ualde falluntur homines, sed fide propheticæ ueritatis, sicut se habet hæc nostra doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humana æstimatione collecta adnunciamus, hoc enim decipere est auditores. Sed ueri prophetæ autoritate nobis tradita, & manifesta prædicamus. De cuius præscientia & uirtute prophetica, si quis, ut dixi, ad liquidum uult documenta suscipere, solicitus conueniat, & impiger sit ad audiendum, & euidentes dabimus probationes, quibus uim propheticæ præsciẽtiæ, nõ solum auribus audire, sed & oculis etiam uidere, ac manu cõtrectare se credat. De quo cũ certã fidem conceperit, iugum iustitiæ & pietatis absq; ullo labore suscipiet, tantamq; in eo sentiet suauitatem, ut non solum nihil ei laboris inesse causssetur, uerũ & amplius aliquid addi sibi desideret, & imponi. Cũq; hæc & alia his similia dixisset, & nõnullos ex his qui aderant infirmos, & dæ-

Vicia culta pro dijs.

De rebus diuinis loqui, humanis cõiectura ris q̃ friuolũ.

C monibus obsessos curasset, gratulantes, & deum conlaudantes turbas dimisit, præcipiens eis ut ad eundem locũ, etiam consequentibus diebus audiendi gratia conuenirent. Cumq; domi iam inter nos essemus, ac præpararemus ad edendũ, ingressus quidã nunciat Appionem Pistonicensem, cum Anubione *Appion. Anubion.* nuper uenisse ab Antiochia, & hospitari cũ Simone. Tum PATER audiens, gauisus est, & ait Petro: Si permittis, uolo ire & salutare Appionem, & Anubionem, quia ualde amici mihi sunt. Fortassis autem Anubionem etiã suadere potero disputare cum Clemente de Genesi. Et PETRVS: Permitto, inquit, & laudo quod amicos colis: ueruntamen considera, quomodo per prouidentiã dei omnia tibi ex sententia concurrunt, ecce enim nõ solũ affectio tibi propria deo præstante reparata est, sed & amicorum præsentia procuratur. Et PATER: Vere, inquit, aduerto ita esse, ut dicis. Et cũ hæc dixisset, abijt ad Anubionem. Nos autem cũ Petro positi per totam noctem interrogãdo de diuersis, & discendo ab eo, delectatione ipsa doctrinæ, & suauitate uerborum perui giles mansimus. Et cum iam auroresceret, Petrus intuens me ac fratres meos, ait: Miror quid uisum sit patri uestro. Cumq; hæc diceret superuenit Pater, & inuenit Petrum nobis de se loquentem. Cumq; salutasset, satisfacere cœpit, & causam exponere, ob quam foris mansisset. Nos autem respicientes ad eum, D expauimus, uultum in eo Simonis uidẽtes, uocem tamen Patris nostri audiebamus. Cumq; refugeremus eum, & execraremur, stupebat pater quod tam auertere cum eo ageremus & barbare. Solus tamen PETRVS erat, qui uultum eius naturalem uidebat, qui & ait ad nos: Cur execramini patrem uestrũ? Cui nos unà cum matre respondimus: Hic nobis Simon uidetur, uocẽ habens patris nostri. Et PETRVS: Vobis quidẽ uox eius quæ maleficijs mutata nõ est, sola nota est, mihi autem etiã uultus eius, qui alijs artẽ Simonis mutatus apparet, Faustiniani patris uestri notus est, & intuens patrem ait: Causa quæ coniugem tuã conturbat, ac filios hæc est, species uultus in te nõ uidetur illa quæ fuit, sed facies execrandi Simonis in te apparet. Et cum hæc diceret, ingressus quidam ex his qui Antiochiam precesserunt, dicebat ad Petrũ: Scire te uolo domine mi Petre, quia Simon apud Antiochiam publice multa faciens signa, & prodigia, nihil aliud populo persuasit, nisi quæ ad tui odium pertinẽt, magũ te nominans, maleficum, homicidam, & in tantum eos aduersum te odium concitauit, ut magnopere desiderent, si te usquam inuenire queant, etiam carnes tuas deuorare, & ob hoc nos qui præmissi sumus, uidentes ualde commotam contra te ciuitatem, occulte in unum conuenientes, considerabamus quid fieri oporteret. Cumq; nullũ uideremus exitum rei, superuenit Cornelius centurio, missus à Cæsare ad præsidem Cæsareæ, publici negotij gratia, hunc adcersimus ad nos solum, causamq; ei qua mœsti essemus exponimus, ac si quid posset, ut iuuaret, hortamur. Tum ille promptissime repromittit, se eum protinus fugaturum, si tamen consilio eius etiam nos adniteremur, cumq; nos polliceremur impigre cuncta gesturos, ait: Cæsar in urbe Roma, & per prouincias maleficos inquiri iussit ac perimi, ex quibus plurimi iã peremptí sunt. Ego igitur

Transformationẽ Simonis in Faustinianum in altera æditione quam Rufinus ut melioꝛẽ sequutus est, non continetur, & quæ nec mihi satis probetur. Sed quia uetustissimus codex qui Basileæ est in bibliotheca Canonicorum id habebat, libuit præmonere lectorem.

Cornelius cẽturio is qui actorum X. iustus & timens deũ dicitur.

A igitur diuulgabo per amicos, me ut istum magũ caperem, ueniisse, & ob hoc missum à Cæsare, quo etiam hic cum cæteris suis socijs puniatur. Vestri ergo qui cum ipso sunt, occulte quasi undecumq; audierint, dicent ei quod ego ad ipsum capiendum missus sim, & certum est, quod cũ audierit, fugiat, aut si uos aliquid melius uidetis, dicite. Quid plura, ita factum est à nostris, qui cum ipso erant, explorandi gratia simulati. Vbi didicit Simon uentũ esse ad se, tanquam ingens sibi beneficium conlatum ab eis accipiens, in fugam uersus est. Discedens igitur ex Antiochia, cum Athenodoro huc uenit, sicut audiuimus, hoc ergo uisum est nobis omnibus qui præcessimus, ut interim nunc ascendas Antiochiam, usquequo uideamus si illo discedente, odiũ quod de te populo seminauit, aliqua ex parte uacuetur. cum hæc insinuasset is qui de Antiochia uenerat, PETRVS respiciens ad patrem nostrũ ait, Faustiniane, à Simone mago transformatus est uultus tuus, sicut apparet, putãs enim quod à Cæsare quæreretur ad pœnam, tertius fugit, & suũ uultum tibi imposuit, si forte tu pro ipso capereris, & ad mortẽ duci possis, ut filijs tuis tristitiã moueret. PATER uero ubi hæc audiuit, cum lachrymis exclamans: Recte, inquit, æstimasti Petre, nam & Anubion, quia mihi ualde amicus erat, sub mysterio quodam mihi indicare cœperat de insidijs eius, sed infelix nõ credebam, quia nihil in eum cõmiseram mali. Cumq; omnes unà cum patre tristitia & lachrymis ageremur, interea & Anubion uenit ad nos, indicans nobis Simonẽ fugisse, per noctem *Simõ in Iudæã fugit.*
B Iudæam petentem. Videns autem patrem nostrũ plangentem & lamentantẽ se, ac dicentem infelicem me, qui eum magum audiens nõ credebam, quid mihi misero accidit, ut una die recognitus ab uxore, & filijs, lætari nõ potuerim cũ eis, sed ad priores miserias quas in errore pertuli, reuolutus sum? Mater autem multo grauius sparsis & laceratis crinibus plangebat, nos quoq; in permutatione uultus patris stupentes, nec quid rei esset intelligere poteramus. Sed & Anubion omnes nos ita uidens adfligi, uelut mutus stabat. Tunc PETRVS nos intuẽs filios eius, ait: mihi credite, quod hic ipse est pater uester, propter quod & moneo uos, ut quasi patrem seruetis eum. Dabit enim deus occasionem aliquam qua deposito Simonis uultu euidentem patris uestri, id est suã recuperare possit effigiem. Et ad patrem conuersus ait: Ego tibi permiseram salutare Appionem, & Anubionem, quos tibi amicos à puero fuisse dixeras, non tamen ut cum Simone loquereris. Et PATER: Peccaui, inquit, fateor. Tum Anubion: Et ego, inquit, cũ ipso rogo & deprecor te, ut ignoscas seniuiro bono, & generoso, seductus est infelix, & ludibrio factus, à nominato mago: dicam enim quomodo res gesta est: Vbi uenit ad salutandos nos, cõtigit ut in ipsa hora circumstaremus Simonem, audientes eum dicentem quod fugere uelit, in ipsa nocte: audisse enim se, quod uenerint quidam etiam ad hanc Laodiciæ ciuitatem, qui eum ex præcepto imperatoris comprehenderent: uelle autem se in hunc qui nuper ingressus est Faustinianũ, omnem conuertere furorem. Et ait ad nos, tantũ, inquit, uos facite eum cœnare nobiscũ, & ego

C ungentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem suam, ut
ex eo meum uultum omnibus habere uideatur, uos autem herbæ cuiusdam
succo facies perungemini prius, ut non fallimini de immutatione uultus eius,
ita ut exceptis uobis, alijs omnibus Simon esse uideatur. Et cum ille hæc di-
ceret, aio ad eum: Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum SIMON pri-
mo, inquit, ut ipsum comprehendant qui me quærunt, & me desinant quæ-
rere. Si uero punitus fuerit à Cæsare, ut luctum maximũ habeant filij sui, qui
me derelicto, confugerunt ad Petrum, & sunt modo adiutores ipsius. Ego au-
tem confiteor tibi Petre quod uerum est, timui tũc Faustiniano indicare hæc:
sed neq; spatium nobis ipse Simon dedit, ut possemus secretius loqui, & ple-
nius ei consilium Simonis aperire. Interea circa mediam noctem, SIMON in
Iudæam petens aufugere, deduxit autẽ eum Athenodorus & Appion, ego
autem simulaui inæqualitatem corporis, ut dormire manens, facerem hũc ue-
locius ad uos redire, si forte possit aliquo modo occultari apud uos, ne ab his
D qui Simonem quærunt comprehensus, ad Cæsarẽ perducatur, & pereat gra-
tis, & nunc solicitus pro ipso, ueni uidere eum, & redire antequam superue-
niant illi qui deduxerunt Simonem. Et cõuersus ad nos ANVBION ait: Ego
Anubion patris uestri uerum uultum uideo reuera, quia perũctus sum prius
ab ipso Simone, sicut narrauit nobis, ut oculis meis uera Faustiniani facies ap-
pareret, unde satis stupeo & admiror artem Simonis magi, quod uos stantes
modo non agnoscitis patrem uestrum. Flentibus autem patre & matre, ac no
bis omnibus pro his quæ acciderant, motus miseratione etiam Anubion fle-
bat. Tum PETRVS misericordia permotus, restituturũ se promittit faciem
patris nostri, dicens ad eum: Audi Faustiniane, cum nobis prius utilitatis alia
quid contulerit error iste transformati uultus tui, & ministrauerit ad ea quæ
uolumus, tunc ego ueram tibi uultus tui imaginem reddam, si tamen
prius quæ à me tibi fuerint imperata, profligaueris. Cumq; pater meus imple-
turum se cuncta quæ iuberet, omni promitteret pacto, tantum ut propriã re-
cuperaret effigiem. PETRVS ita cœpit: Ipse auribus tuis audisti quod unus
ex his qui præmissi fuerant, regressus ex Antiochia, nunciauerit quomodo Si-
mon ibi positus, turbas aduersum me concitauerit, atque in odium mei totam
inflammauerit ciuitatem, magum me & homicidam, ac deceptorem confir-
mans, in tantũ ut desiderent, si me uideant, etiam carnes meas deuorare. Fac
ergo quod ego dico tibi relinquens apud me Clemẽtem, præcede nos Antio-
chiam cum cõiuge tua, & Fausto ac Faustino filijs tuis. Sed & alios mittam te-
cum, quos mihi uidebitur, qui obtemperẽt his quæ præcepero. Cũ ergo unà
cum ipsis Antiochiam ueneris, quandoquidem Simon uideris, publice stans
prædica pœnitentiã tuam, & dic, Ego SIMON denuncio uobis & confiteor
me omnia fefellisse de Petro: ille enim neque seductor est, neque magus, ne-
que homicida, neque horũ aliquid quæcunq; contra eum loquutus sum, sed
dixi illa omnia furore cõmotus. Obsecro ergo uos ipse ego qui dudum causſas
odij

Nec illa habentur in nõnullis codicibus, nec mihi arrident.

A odij uobis contra eũ dederam, ut nihil tale de eo sentiatis, sed deponite odiũ,
cessate ab indignatione, quia uere à deo ad salutem mundi, missus est discipu-
lus ueri prophetæ, & apostolus. Propter quod suadeo, hortor, & moneo, ut
ipsum audiatis, ipsi credatis prædicanti uobis ueritatem, ne forte si spreueritis
eum, ipsa etiam subito ciuitas uestra pereat. Quam uero ob causſam hæc nũc
uobis confitear, indicabo, hac nocte angelus dei corripuit me impium, & cur
inimicus essem ueritatis præconi, uehementissime flagellauit. Deprecor ergo
uos, ut etiamsi ego ipse post hæc ueniens ad uos, aliquid tentauero aduersum
Petrũ dicere, ne suscipiatis nec credatis. Cõfiteor enim uobis, ego magus, ego
seductor, ego deceptor fui, sed pœnitentiã ago, licet enim per pœnitentiã prio
ra male gesta delere. Cum hæc PETRVS intimaret patri, ille respõdit: Scio
quid uelis, ne labores ultra, intellexi enim & noui, quid oporteat, cũ ad locum
uenero prosequi. Et PETRVS iterũ suggerebat ei, dicens: Cum ergo uene-
ris ad locũ, & uideris populũ ex sermone tuo conuerti, & depositis odijs reci-
pere desideriũ nostri, mitte & manda mihi, & statim ueniam. Cũ autem uene
ro, sine mora alienũ hunc à te uulteũ effugabo, & tuum propriũ qui tuis omni-
bus notus est reddam. Et his dictis fratres meos proficisci cum ipso iubet, ac
Matidiam matrem nostrã, & quosdã ex familiaribus simul. Sed mater recusa-
bat proficisci simul, & aiebat: Quasi adultera mihi futura uideor, si uultui Simo
nis cõiuncta sim, qd' etsi cogar simul ire, impossibile tamẽ est ut in eodẽ lectu
lo cum ipso iaceam, sed nescio si proficisci simul adquiescam. Et cum ualde
B renueret, Anubion hortari eam cœpit, dicens, crede mihi & Petro, sed & ipsa
uox non tibi Faustinianũ esse persuadet coniugem tuum, quem uere non mi-
nus ego diligo quàm tu? Denique etiam ego ipse uobiscũ ueniam. Et cũ hæc
dixisset Anubion, promisit mater simul se profecturam. Tum ego, competen-
ter, aio, deus negocia nostra componit, habentes enim nobiscũ & Anubionẽ
astrologũ, cum quo si Antiochiam uenerimus, de Genesi adtentius disputabi-
mus. Cumq; post medium noctis pater noster, cũ his quos iusserat Petrus, &
Anubione profectus esset, mane priusquàm procederet ad disputandum Pe
trus, regressi sunt illi qui deduxerunt Simonem, id est Appion & Athenodo
rus, & uenerunt ad nos requirentes patrem meum. PETRVS uero ubi co-
gnouit, iussit eos introire. Et cũ consedissent: ubi est, aiunt, Faustinianus? PE-
TRVS respondit, nescimus: Vespere enim postquàm ad uos uenit, ultra nulli
suorũ usus est, hesterno tamen die mane Simon uenit, quærens eum, & quia
nihil illi respondimus, nescio quid ei uisum sit, Faustinianum se esse dicebat,
quod cum ei nemo crederet, flens & dolens comminabatur perempturum
semetipsum, & post hæc abijt ad mare uersus. Hæc cum audisset Appion &
qui cum ipso erant, ululatum dederunt grandem, dicentes: Quid hoc fecistis,
cur non recepistis eum? Et cum uelit Athenodorus dicere mihi, quia ipse erat
Faustinianus pater tuus, Appion præueniens eum: Cõperimus, inquit, à quo-
dam qui cum Simone profectus est, ipso Faustiniano deprecante eum, pro eo

C quod nollet filios suos uidere, quia Iudæi erãt. Nos ergo cũ audissemus hæc, uenimus eum hic requirere, sed quia hic non est, apparet quia uere dixit, qui nunciauit eum cũ Simone profectum, hoc ergo nunciamus uobis. Ego autem CLEMENS ubi intellexi consiliũ Petri, quia uoluerit eis suspicionem dare, quod ab ipsis quærendus esset senex, ut timerent & fugerent, cœpi iuuare con filiũ eius, & aio ad Appionem: Audi charissime Appion, nos quod bonũ credimus, etiam patri tradere uolumus, quod si noluerit recipere, sed magis, ut di eis, exhorrescẽs nos fugit, asperũ sit fortasse quod dico, nec nos de eo curamus. Et cum hæc dixissem, quasi execrantes crudelitatem meam discedunt, uestigia Simonis, ut sequenti die comperimus, insequentes. Interea cum Petrus ex more quotidie populum doceret, & uirtutes multas ac sanitates efficeret, post dies decem, uenit quidam nostrorum ab Antiochia, missus à patre, adnũcians nobis quomodo publice staret pater, Simonem quidem qui in uultu uidebatur accusans, Petrum uero immensis laudibus præferens, & omni populo commendans, ac desiderabilem faciens, ita ut omnes ex eius sermone mutati, desiderarent eum uidere, multos autem tantũ in Petri amorem uenisse, ut sæuirent in patrem, quasi in Simonem, & manus ei uelint inijcere, uelut qui tantũ mali cõmisisset in Petrũ: propter quod, aiebat, adpropera, ne forte perimatur, in timore enim magno positus, uelociter misit me, ut sine mora uenias, quo uiuentem eum occupes, simul & crescenti erga tui desideriũ ciuitati, opportunus appareas. Aiebat etiã quomodo mox ut urbẽ Antiochiam pater ingressus esset, quasi ad Simonem, omnis populus ad eum collectus est, & cœpit omnibus cõ fiteri publice secundũ ea quæ populi restauratio flagitabat, nam quæcunque omnes simul nobiles, & diuersi simul diuites ac pauperes conuenissent, sperantes aliqua ab eo more solito prodigia posse fieri, omnes hac uoce adloquitur: Diu est quod me Simonem infelicissimũ hominum patientia diuina sustinet: nam quicquid in me mirati estis, non ueritatis mysterio, sed dæmonum mendacijs & artibus gestum est, ut uestram fidem euerterem, & meam animã condemnarem. Confiteor me omnia de Petro fuisse mentitũ, ille enim neque magus, neque homicida unquam fuit, sed à deo ad salutem uestram omnium missus est, quem si ex hac hora contemnendũ putaueritis, certũ sit apud uos, quod possit ipsa ciuitas uestra repente deperire. Quæ autẽ caussa sit, ut hæc uobis ultro confitear, ab angelo dei hac nocte uehemẽter correptus sum, & cur ei inimicus extiterim, uehementissime flagellatus. Deprecor ergo uos, ut si ego ipse ex hac hora aperuero os meum contra eum, projciatis me ab aspectu uestro, ille enim immundus dæmon, saluti hominum inimicus, per os meum contra ipsum loquitur, ne per eum uos pertingatis ad uitam. Quid enim ars magica per me uobis potuit uirtutis ostendere? Canes feci æreos latrare, & statuas mouere, figuras mutare hominum, & subito ab aspectibus hominũ absentari, & per hæc debuistis artem magicam execrari, quæ ut uobis miraculum inane prætenderem, animas uestras diabolicis laqueis innodabat, ne crederetis Petro,

Faustinianus subditicius Simõ Antiochiæ plebem Petro reconciliat.

A Petro, qui & languentes in nomine eius, à quo missus est curat, & dæmonas fugat, ac cæcos inluminat, & paralyticis salutem reddit, & mortuos suscitat. Hæc & his similia multa prosequente, execrari cœpit populus, & dabant fletum & gemitum, quia peccassent in Petrum, credentes eum esse magum, & impium. Eodem uero die ad uesperam restituta est in Faustiniano facies propria, & accessit ab eo aspectus Simonis magi. Audiens autem Simon uultum suum in eo ad Petri gloriam profecisse, festinus præuenit Petrũ, & agere cupiens arte sua, ut Faustiniano eius similitudo recederet, cum iam hoc iuxta uerbum apostoli sui CHRISTVS implesset. Videntes autem Niceta & Aquila post prædicationem necessariam, paternam faciem restitutam, gratias agentes deo, non eum permiserunt ulterius adloqui populũ. Simon autem cœpit, licet occulte, per amicos suos & familiares ambulare, & amplius Petro derogare quàm antea. Tunc omnes expuentes in faciem eius, expulerunt eum de ciuitate, dicentes. Tu eris reus mortis tuæ, si ulterius loquutus contra Petrũ, huc tibi crediderís esse ueniendũ. Quibus cognitis, Petrus postera die conuenire populo iubet, & uno ex his qui sequebantur eum, ordinato eis episcopo, alijs etiam presbyteris, baptizatis quoque plurimis, & omnibus qui erant uexati languoribus, uel dæmonibus sanitati redditis, demoratus ibi aliud triduũ, cunctis rite compositis, ualedicens eis, proficiscitur à Laodicia multum deside

Faustiniano nãtiua facies restituitur.

Simon eiectus Antiochia.

rabilis Antiochensiũ plebi, & cœpit per Nicetam & Aquilam tota ciuitas audire, quia PETRVS aduentaret. Omnis autem populus Antiochiæ ciuitatis,

B audiens Petrum uenire, occurrerunt ei, & penè omnes maiores natu, & nobiles cinere aspersi in capite, pœnitentiam agentes, qui cõtra prædicationẽ eius, magũ Simonem fuscepissent. Hæc & his similia prosequentes, offerũt ei uexatos languoribus, & dæmonijs fatigatos, paralyticos quoque, & diuersa pericula patiẽtes, & erat infinita multitudo simul languentiũ. Quos uidẽs Petrus, non solum pœnitudinem agere, quod de eo male sensissent per Simonem, uerumetiã & iam integrã fidem exhibere iubebat deo, ut etiam omnes, diuersas ægritudines patientes, crederent per eum posse saluari. Expandit ad cœlum manus suas, & cum lachrymis orationem effundens, gratias referens deo dicebat: Benedicte pater prædicande, qui omne uerbũ & promissum filij tui adimplere dignaris, ut cognoscat omnis creatura, quia tu solus deus in cœlo & in terra. Hæc & his similia dicens, ascendit in eminentiori loco, & iussit ante se poni omnẽ multitudinẽ ægrotantiũ, quos omnes hac uoce adloquutus est. Similem uobis hominem me esse uidentes, nolite putare quod à me possitis recuperare salutem uestrã: sed per eum qui de cœlo descendens, ostendit credentibus sibi, integram animæ & corporis medicinã, unde uox uestra testem habeat hunc omnem populum, quia ex toto corde creditis in domino IESV CHRISTO, ut sciant etiam seipsos ab ipso posse saluari. Cumq; omnis multitudo infirmantiũ una uoce clamaret, hũc esse uerum deum, quem Petrus adnunciat, subito immensum lumẽ gratiæ dei in medio plebis apparuit, & cœ-

Deo est referẽdum acceptũ, si quid gestum fuerit ab hominibus paulò diuinius.

C perunt paralytici currere ad pedes Petri ſani, cæci recuperato uiſu clamare, claudi reſtaurato greſſu gratias agere, languentes recepta ſanitate gaudere: nonnulli etiam ſolo flatu uiuentes, iam ſine ſenſu & ſine uoce recuperati ſunt, omnes quoq; lunatici, & pleni dæmoniis liberati ſunt. Tantam itaq; ſpiritus ſanctus in illa die gratiam ſuæ uirtutis oſtēdit, ut omnes à minimo uſq; ad maximum, una uoce confiterentur dominum, & ne multis immorer. Intra ſeptem dies, pluſquàm decem milia hominum credentes deo, baptizati ſunt, & ſanctificatione conſecrati, ità, ut omni auiditatis deſiderio, Theophilus qui erat cunctis potentibus in ciuitate ſublimior, domus ſuæ ingentem baſilicam, eccleſiæ nomine conſecraret, in qua Petro apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo cathedra, & omnis multitudo cotidie ad audiendum uerbum conueniēs, credebat ſanæ doctrinæ, quam ſanitatū efficacitas adfirmabat. Tū ego CLEMENS cum fratribus meis, & matre patrem adloquimur, utrum aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remanſiſſent? At ille: Venite, ait, & uidebitis coràm Petro, quantum in me fidei creuerit incrementum. Tunc adcedens FAVSTINIANVS, procidit ad pedes Petri dicens: Semina uerbi tui quæ ager meæ mentis accepit, iam nata ſunt, atq; ita ad fœcundam maturitatē prouecta ſunt, ut nihil deſit, niſi ut à paleis me ſpiritali illa tua deſeces falce, & reponas me in horreo dominico, facies me menſæ diuinæ participem. Tum PETRVS cum omni alacritate adprehendens manum eius, tradidit eum mihi Clementi, & fratribus meis, dicens: Sicut tibi patri filios reſtituit deus, ita & patrem filij reſtituunt deo. Indixit autem ieiunium omni plebi, & ueniente die dominica, baptizauit eū, atque in medio populo, ex conuerſione eius materiā ſumens, omnes caſus eius expoſuit, ita, ut omnis ciuitas quaſi angelum eum ſuſpiceret, & nō minorē ei gratiam quàm apoſtolo exhiberet.

VII. M. baptizantur.

Cathedra Petri.

D Fauſtinianus. quantum promouerit in fide

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS LIBRI DECIMI ET VLTIMI FINIS.

IN ERVDITAS SIMVL

ET CHRISTIANAS ALIQVOT EPISTOLAS VE-

terum pontificũ, qui à Christo nato annis CCC. Romanæ ecclesiæ præfuerunt, IO. Sichardi præfatio.

INTER eos quorũ egregia sunt in nostrà secula merita, humanissime lector, hi mihi potissimũ uidentur bene nobis consulere, qui huc operam suã cõdicunt, ut pietas, cuius iam diu ne nomen quidem satis tenuimus, cẽpproxime hominibus cõmendetur, & inde hauriatur maxime, ubi de impostura ne quidem tantula possit in mentẽ uenire suspicio. Eiusmodi uero sunt libri quos nunc bibliacos uocamus, & ut quisq; his propius accesserit, quales fuisse in animum nobis inducimus eos, qui ipsis partim apostolorum temporibus uixere, partim tam fuere uicini, ut id quod ad CHRISTI ecclesiã, moresq; pie formãdos pertineret, ab ipsis apostolis, tancẽp per manus acceperint. In quorũ numero haud dubie antiquissimi quicẽp pontifices Ro. fuere, eos dico qui à CHRISTO nato annis plus minus CCC. sedi præfuerunt, uiri cum uitæ sanctimonia insignes, tum singulari eruditione præditi. In quorũ uita, doctrina, moribus, ut nõ sit cuiquam procliue quicquam arrodere, ita uidentur me hercle digni, quorũ scripta in hunc usq; diem, quod ego saltem sciam, orbi incognita, in manibus habeantur: præsertim cũ pleraq; hodie ecclesiæ eiusmodi uideantur, quæ cum ferri diutius non possint, uix tamen appareat, ita rebus passim exulceratis, ratio qua possint corrigi. Et qui id agere ingrediantur, non paulo sint & impudẽtiores & stolidiores, quàm illi ipsi qui uulgo creduntur, legibus in nos suis plus sibi satis indulsisse, atq; in his omnibus & serendis & antiquandis, magis in cõsilio ambitionẽ, auaritiam, tyrãnidisq; affectationẽ habuisse, quàm rei Christianæ bene administrãdæ studiũ. Qd' ut donem de nõnullis, nec enim obscurũ id est, nec tale quod à quouis negari possit, non tamen largiar, omnibus fuisse eandem mentẽ, ijsq; præcipue qui diuum Petrum secuti, in extrema rerũ omniũ inopia, cũ desperatissimis hominũ moribus confligentes, cõtra insidias, insultus improborũ, atq; exquisita tormentorũ genera, in quæ pro CHRISTI gloria uolentes inciderunt, nihil animi habuisse mihi persuadeo, quàm ut officiũ, quod tot nominibus uiderant CHRISTVM Petro cõmendasse, pro dignitate administrarẽt. Quos epistolæ illæ, locupletissimi animorũ testes, satis uindicant ab hijs uicijs, à quibus, fateor, nõ ita multũ abhorruerunt ij, qui an-

nis ab hinc aliquot, Vicarios se Christi ꝓfessi sunt. Eos uero nostra ætate cũ quibusdam in ordinem cogere instituunt, à ceremonijs tanctꝫ auspicato exordiuntur, & qđ minime oportebat, malarũ caussam cũ optimis quibuscꝫ cõiungũt, ut uideantur frustra laboraturi, q cunctꝫ iã populo persuadere cõtendãt, fuisse unctꝫ bonũ pontificẽ, eò qđ quædã cũ essent antiquitus honestis de caussis recepta, & libere, ea cœperint durius exigere, tanctꝫ pẽsum nouitij põtifices. Nec interim cõsiderãt, quod ea quæ tum sunt à Christianæ religionis proceribus cõstituta, ad istius ætatis geniũ ita fuerũt attẽperata, ut uel ceremonijs, uel affectata etiã pietatis specie, paucitati Christianorũ duxerint succurrendũ. Nũc uero cũ huc uentũ est dei benignitate, ut lenocinijs eiusmodi amplius non debeat esse locus, quis neget, posse quædã iure optimo, adeocꝫ bono nostro mutari? Nec em̃ hac una in re tam stulte ueterũ debemus esse tenaces, ut præ his, quæ humanitus ad hoc poterant seculũ magis è re nostra accõmodari, fastidiamus. Imò hoc uel unicũ debebat esse ecclesiæ antistitibus studiũ, ne quid hic inolescere per negligentiã sinerent, quod fidei nostræ remorã adferret. Et inolita per occasionem abrogarent, si qua modo eius essent generis, quibus iam cũ usus nullus esset, superuacaneũ nihilo tamen minus locũ usucepissent, ne cum fœdis nõnullis abusibus patrocinamur, de his etiam in dubiũ ueniamus, sine quibus ne quidem ullo pacto id quod CHRISTIANI dicimur, tueri poterimus. Nam abrogandarũ ceremoniarũ, tanta nõnullos libido incessit, ut in uniuersum citracꝫ delectũ omnes pessundare gestiant. Quod ut cõsequantur, nunctꝫ tamen defuturi sunt, qui tanctꝫ loco motis, alias succenturiãt, eascꝫ, ut ferè fit, deteriores. Etenim inter multos hodie sacra tractantes, quotus quæsoquiscꝫ est, qui nõ angue peius oderit id omne, quod uel ceremoniæ speciẽ habet, eò qđ aliò sunt forte detortæ, quàm essent ab initio institutæ. At quid non potius rem ad fontes reuocant, & in uiam redigũt, qđ suapte natura frugi erat, at seculi uitio fermentatũ est? Mea ergo in his, alijscꝫ id genus rebus hæc est sententia, ut principio spectandũ putem, sit ne uel mica honestæ frugis in his, qđ si uel tantulã deprehenderis, nõ id tolli è medio, quemadmodũ ingressi sunt nõnulli facere, sed quoad fieri potest, quamemendatissimũ prorogari cupiã. Ad hoc uero utamur, si quibus alijs, certe Epistolis illis tanctꝫ amussi, quæ, ut alia taceã sanè plurima, tanta sunt scriptæ eruditione ac prudentia, ut plane magnã me à bonis omnibus gratiã initurũ confidã, nimirũ ea ꝓferens, quæ citra inuidiã, id qđ fuit mihi magnopere optandũ, poterãt põtifices, episcopos, presbyteros, demũ omnes sui officij admonere. Et simul ueluti digito uiam ostendere, qua possint, ipsis etiã pontificibus auctoribus, nõnulla tollere, in quæ tãto uidemus quosdã stomacho uociferari. Et desinant tandẽ rerũ imperiti impetũ facere in ea, quæ sunt tanto non modo seculorũ, sed & ecclesiarũ inter se cõsensu asserta. Nec interim puto quenctꝫ esse paulo cordatiorem, qui neget per ceremonias quasdã ueluti nebulas stare, ne clare agnoscatur CHRISTVS, ita ut maxime expediebat. Eas tamen si tollas, cogas plebẽ per se animi, iudicijscꝫ expertẽ, plane obbrutescere, dũ altissimarũ rerũ, ut quas assequi nequeat, cogitationẽ abijcit, & illis quæ utcunctꝫ CHRISTVM eis adumbrant, interdicitur. Sed iam qđ felix, faustũctꝫ sit isto nostro labore fruere, & Vale.

ARGVMENTVM PRIMAE EPISTOLAE CLEMENTIS, PER IO. SICHARDVM.

NOn admodũ his repugnauerim qui epistolam istam Clementis, Recognitionibus præfigendã censuerũt, ut quæ à Rufino latinitate donata sit ante Recognitiones. Attamen cum in præfatione ad Gaudentiũ episcopũ, Rufinus eius rei ipse meminerit, nolitcꝫ uersionis tempus obseruari, uisum fuit subiniquũ, autori iniuriam facere, præsertim huc nos serie historiæ inuitãte. Nam quid est uerisimilius, quàm tandemum ad constituendum ecclesiæ statum Petrum animum adiecisse, cum iamuideret mortis diem adpetere. Quod uero Clemens hic se primũ à Petro episcopũ Romæ ordinatum asserit, à Rufino est satis supercꝫ excusatũ, dum Apostoli & Episcopi peculiaria munera, inter se differre dicit.

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI EPISTOLA PRIMA, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

A CLEMENS Iacobo fratri domini, & episcopo episcoporũ, regenti Hebræorum sanctã ecclesiã in Hierosolymis. Sed & omnibus ecclesijs quæ ubicꝫ dei ꝓuidẽtia fundatæ sunt, cum præsbyteris & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus, pax sit semper. Notũ tibi facio domine, quia SIMON PETRVS qui ueræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentũ esse ecclesiæ definitus est, qua de caussa, etiã domini ore diuino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis domini, apostolorũ primus, cui & primo deus pater filiũ reuelauit, cui & CHRISTVS com ni, & comes electus, tanquam bonus & probatissimus discipulus, qui occidentem obscuriorem mundi plagam, uelut omnium potẽtior, inluminare præceptus est, quicꝫ integre potuit implere præceptum. Sed quousqꝫ sermonem B protraho, fugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde ꝓferre. Hic denicꝫ ipse Petrus qui pro immẽsa charitate, quã erga omnes homines gerebat, palàm cum omni fiducia, aduersante etiam tyranno totius mundi, bonum prædicare nõ destitit, & regẽ omnium seculorum per orbem terræ, & usqꝫ ad ipsius Romanæ huius urbis notitiam, ut etiã ipsa saluaretur, inuexit: hic inquam, pro pietate patiendo præsentẽ uitam finiuit. In ipsis aũt diebus, quibus uitæ finem sibi imminere præsensit, in conuentu fratrum positus, adprehensa manu mea, repente cõsurgens in auribus totius ecclesiæ, hæc protulit uerba. Audite me fratres & conserui mei, quoniã sicut edoctus sum

Petri nomen unde.

Neronẽ intelligit sub quo etiam passus est.

C ab eo qui misit me domino & magistro IESV CHRISTO, dies mortis meæ
instat: CLEMENTEM hunc episcopum uobis ordino, cui soli meæ prædi-
cationis & doctrinæ cathedram credo, qui mihi ab initio usq; ad finem comes
in omnibus fuit, & per hoc ueritatem totius meæ prædicationis agnouit, qui
in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseuerans, quẽ ex præ-
EPISCOPO RVM DO- teritis expertus sum deũ colentem, & homines diligentem, castũ, discendi stu-
TES. diijs deditum, sobrium, benignum, iustũ, patientem, scientem ferre nõnullo-
rum etiam ex his qui in uerbo dei instruuntur iniurias. Propter quod ipsi tra-
do à domino mihi datam potestatem ligandi & soluendi, ut de omnibus qui-
buscũq; decreuerit in terris, hoc decretum sit & in cœlis. Ligabit enim quod
oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum ecclesiæ
regulam nouerit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicunq; contristauerit do-
ctorem ueritatis, peccat in CHRISTVM, & patrem omniũ exacerbat deũ,
propter quod & uita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medi
Qui uerbo præsunt peritos medicos debent imitari id qd' & 1. Corin. 2. Paulus scriptum reliquit.
ci uicem agere, & nõ feræ bestiæ furore cõmoueri. Hæc eo dicente, ego pro-
cidens ad pedes eius rogabã, excusans me, & declinans honorem cathedræ, si-
mul & potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit, ne me rogaueris, hoc
enim fieri statutũ est mihi, & eò magis quo excusas, quia hæc cathedra eũ qui
Vocationẽ enĩ quisq; suã operiatur.
cupit eam & audaciter expetit, nõ requirit, sed ornatum moribus, & in uerbo
dei eruditum. Quod si esset alius melior, qui mihi adiutor tam sedulus adstitis-
set, aut tam plenæ doctrinæ meæ rationẽ cœpisset, sed & ecclesiasticas dispo-
D tiones à me tam plene didicisset, habens aliũ talem, nõ te cogerem bonũ opus
suscipere nolentem. Superfluũ ergo est alium quærere, cum primitias eorum
qui ex gentibus per me saluantur, & præcipue huius urbis, te primũ obtule-
rim deo. Sed & aliud intuere, quia si periculũ peccati timẽs, suscipere refugis ec
clesiæ gubernacula, certus esto quia amplius peccas, qui populum dei, uelut in
fluctibus positũ & periclitantem, cũ possis iuuare subterfugis, tui tantũmo-
do habens consideratione, & non quod in commune, & omnibus expedit
,puidens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum, quia
nec ego pro salute omnium, ab obsecrando cessabo. Quanto ergo citius mihi
adquieueris, tanto me citius mœroris & tristitiæ labore releuabis. Noui etiam
hoc ô Clemens, qd' tibi tædia & molestias, pericula etiam & obprobria inerti-
diti uulgi, indociliscq; conciliem, quæ tu tamen scio quod fortiter & cõstanter
feras, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud deum patientiæ præparat coro-
nam. Sed & illud te cupio mecum iusta ratione perspicere, quando maxime
opera tua indiget CHRISTVS, nũc cũ inimicus aduersum spõsam eius com
mouet bellũ, nam in futuro tempore, quando iam CHRISTVS post uictoriã
triumphabit, nec ultra ullius ope indigebit. Quis non etiam parui sensus intel-
ligat, quod istud est temporis, in quo operam tuã CHRISTVS requirit? To
ta igitur mente in præsente necessitate præbe operam tuã, & auxiliũ in præ-
sijs exhibere regi optimo, remunerationes magnificas post uictoriam reddi-
turo. Libẽter ergo suscipe episcopatus officiũ, eò maxime quod ecclesiasticas
dispen-

A dispensationes à me probabiliter didicisti, ut salus eorum, qui per nos confu-
gerunt ad deum, nequaquam uacillet. Veruntamen & breuiter te de ipsius di
spensationis ordine coràm omnibus cõmonere necessarium duco. Te quidẽ
Oportet episcopum esse irreprehensibilem 1. Timo. 3.
oportet inreprehẽsibiliter uiuere, & summo studio niti, ut omnes uitæ huius
occupationes abijcias, ne fideiussor existas, ne aduocatus litiũ fias, ne'ue in ulla
aliqua occupatione prorsus inueniaris mundialis negocij cuiuscunq; occasio-
ne perplexus: neq; enim iudicem aut cognitorem secularium negociorũ ho-
die te ordinare uult CHRISTVS, uti'ne præfocatus præsentibus hominũ cu
Episcopus renunciet omnibus huius mundi negocijs, ut soli uerbo dei uacare possit.
ris, non possis uerbo dei uacare, & secundum ueritatis regulam, secernere bo
nos à malis. Ista nanq; opera, quæ tibi minus cõgruere superius exposuimus,
exhibeant sibi inuicem discentes, id est laici, & te nemo occupet ab his studijs,
per quæ salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis
uerbi dei studijs, solicitudines suscipere seculares, ita unicuiq; laicorum pecca-
tum est, nisi inuicẽ sibi etiam in his, quæ ad cõmunis uitæ usum pertinent, ope
ram fideliter dederint. Te uero securũ facere ex his, quibus nõ debes uacare,
omnes communiter elaborent, quod si forte à semetipsis hoc laici non intelli-
Diaconorum officium.
gunt, per diaconos edocendi sunt, ut tibi solius ecclesiæ solicitudinem derelin-
quant, quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, & ueritatis uerbo abun-
Episcopis ecclesiarum tantummodo cura demandatur.
dantius possis & studiosius deseruire. Si enim mundialibus curis fueris occu-
patus, & teipsum decipies, & eos qui te audiunt, non enim poteris quæ ad sa-
lutem pertinent, plenius singulis quibusq; distinguere. Et ex eo fit, ut & tu tan
B quam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent puniaris, & di-
scipuli per ignorantiam pereãt. Idcirco ergo tu quidem ad hoc solum uacato,
uti opportune, & sine intermissione, doceas uerbum dei, per quod salutẽ con-
sequi possint. Illi uero cum tanta reuerentia tua uerba suscipiant, ut qui sciant
legatum te & præconem esse ueritatis, & quodcũq; ligaueris super terram,
Ligandi potestas data est episcopis, cum ligant quod ligare decet.
esse ligatum in cœlo, & quæcũq; solueris, etiam & ibi esse soluta, quandoqui-
dem & tu, ut dixi, quæ oportet ligabis, & quæ expedit solues. Ad te quidẽ qui
præes ista sint monita, & his similia. Ad præsbyteros uero sint ista, ante omnia
Presbyterorũ in ecclesia functio.
ut pudicitiæ studentes, adolescentes nuptijs iungant, quo calorẽ feruentis æta
tis coniugali lege præueniant, sed ne in prouectioribus quidem curam habere
huiusmodi negligant, quia in multis, etiam cũ senuerit corpus, concupiscentia
uiget. Ne forte ergo fornicationis labes occasione accepta, tanq; uenenũ pessi
mum serpat in uobis, cauere & anteuenire necessarium est, ne quod in uobis
adulterij occultum coalescat incendium, & quod in omnibus peccatis adul-
terio grauius: secundum nanque in pœnis obtinet locum, quoniamquidem
primum illi habent, qui aberrant à deo, etiamsi sobriæ uixerint. Propter quod
Incredulitas maximum peccatum est, secũdum uero est Adulterium.
uos ô presbyteri ecclesiam excolite, & adornate sponsam CHRISTI ad pudi
citiam. Sponsam autem dico omnem ecclesiam, id est, congregationẽ creden-
Sponsa Christi ecclesia est.
tium, quæ si pudica fuerit inuenta ab sponso suo, ingentibus ab eo donis &
muneribus honorabitur, & uos uelut ministri sponsæ, & amici sponsi, ingen-
ti gaudio ac lætitia perfruemini. Si uero sponsa hæc reperta fuerit cõmaculata

C peccatis,ipsa quidē tanquam indigna trudetur à regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis,si forte per uestram negligētiam,uel desidiam obrepserit contagio sæua peccati. Idcirco igitur ante omnia sobrietatis & pudicitiæ solicitudinem gerite: ualde enim apud deum graue crimē ducitur fornicatio,cuius

Fornicationis multæ species.

species quidē sunt plures,sicut & ipse uobis Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterij est,uirum propria solummodo uxore non esse contentum,& mulierem non proprio tantū seruare se uiro. Si ergo castus fuerit quispiam, potest & humanus & misericors fieri, per quod & ipse æternam à deo misericordiam consequatur. Sanè sicut adulterium uenenū cunctis malis perniciosius est,ita amor fraternus,& charitas totius boni fastigiū tenet. Et ideo diligite omnes fratres uestros,& cū religione ac misericordia respicite ad omnes. Orphanis exhibite uosmetipsos parentes: Viduis uirorum curam impendite,cū omni castitate quæ necessaria sunt præbentes: Iuniores tamen uiduas nuptijs copulate,his qui ignorāt artificia,exquirite honestas aliquas occasiones, quibus uictū necessariū quærant,artificibus uero opera prouidete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos uos,si charitatē præ cæteris ante omnia in uestro corde defigatis,cuius charitatis recipiēdæ & habendæ maximū erit fomentū, si frequenter inter uosmetipsos cōmunem cibum uestrū mensamq; faciatis,& in quantū unusquisq; prævalet,creD brius panes ac sales suos cū suis fratribus sumat. Per hæc enim præcipue charitas cōparatur,& caussa totius boni in huiusmodi cōmunione consistit. Vbi autē pax & bonitas,ibi & salus. Propter quod cōmunes facite cibos uestros, cum his qui secundū deum fratres sunt,quia per hæc temporalia officia,pacis & charitatis fructibus,gaudia æterna mercamini. Multo autem solicitius esuri entes reficite,& sitientibus potum date,nudis uestimentū, ægrotos uisitate,& eos qui in carcere sunt,prout possibile est iuuate,peregrinos satis prompte in domibus uestris susципite. Et ne omnia nunc singillatim dicā,omne bonū, ipsa per se si in uobis fuerit charitas,facere uos docebit. Sicut è contrario eos qui

Factum id est procul dubio quo maior inesset ordini sacerdotū autoritas,dum scilicet inter se malent sua cū quiete componere, quàm traduci apud iudices seculi,quod successu tēporis in abusum etiā,ut multa alia bene instituta,delapsum est.

à salute alieni sunt,omne malū facere,odiū docet. Si qui ex fratribus negocia habent,inter se apud cognitores seculi non iudicent,sed apud presbyteros ecclesiæ,quicquid illud est dirimatur, & omnimodo obediant statutis eorum. Super omnia autē auaritiam fugite,quæ homines, occasione præsentis lucri, ab æternis separat bonis. Pōdera,mensuras, stateras,p locis quibusq; æquissima custodite,deposita fideliter restituite,quæ omnia & si qua sunt his similia, ita demum solicite & diligenter implebitis,si futurū dei iudiciū sine intermissione in uestro corde uoluatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos dei iudiciū ponat? qđ in fine mundi certū est agitandū,ut tandem qui in hac uita bene egere,consequantur reposita bona, peccatores autem ut consequantur præparatas & reconditas pœnas,de quibus ita futuris dubitare omnino nō possumus; siquidem hæc omnia ita esse uentura, uerus nobis propheta prædixerit. Vnde & uos qui estis ueri prophetæ discipuli,abijcite à cordibus uestris ante omnia,discordias & animorū dissensiones,ex quibus

omne

A opus malum procedit,& benignitatem ac simplicitatem tota mente seruate. Quod si forte alicuius cor,uel liuor,uel infidelitas, uel aliquod malum ex his quæ superius memorauimus, latēter inrepserit, nō erubescat qui animæ suæ curam gerit,confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per uerbum dei, & consilium salubre curetur,quo possit fide integra,& operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ uitæ præmia peruenire. Diacones uero ecclesiæ,tanquam oculi sint episcopi,oberrantes & circumlustrantes cum uerecundia,actus totius ecclesiæ perscrutantes diligentius,si quem uideant uicinū fieri præcipitio,& proximū esse peccato,ut referāt hæc ad episcopū,ut commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsurus est,uti reuocet & nō corruat in peccatū. Neglentiores quoq;,& eos qui rarius ad audiendū uerbū dei accedunt,nec solicite ad episcopi tractatū ueniunt,ipsi cōmoneant & hortentur. Si enim adsidui sint ad audiendū, nō solū uitæ æternæ ex salubri cōmonitione capient lucra, uerū & quæcūq; illæ sunt tristitiæ uel mœrores, qui ex præsentis uitæ necessitatibus,& cladibus temporū ueniunt, quæcq; malorum sermonibus,in corde suo ueluti iacula defixa circumferūt, abijcientur omnia prædicatione ueritatis,& uitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Aliquin si multo tempore auditū subtrahant à uerbo dei, ut remaneant in cultu uitiorū, sine dubio deū dimisere, ac sentibus occupati,& qd aliud nisi ad ignē talis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut diximus, diaconibus cura sit. Sed & eos qui secundū carnem ægrotant,solicite perquirant,& plebi,si forte

B ignorat, indicent de his,ut & ipsi uisitent eos,& quæ necessaria sunt præbeant eis, cum conscientia eius qui præest,quod tamen etiamsi clam fecerint,nō peccabunt. Sed & de peregrinis similiter episcopo suggerant refouendis,& cætera his similia,quæ ad cultum ecclesiæ,& disciplinam eius pertinent,diaconis curæ sint. Qui catechizant,hoc est,qui uerbo instruunt incipientes, hi primo oportet instructi sint, de anima enim agitur hominū, & oportet eū qui docet, & instruit animas rudes, esse talem,ut pro ingenio discentiū semetipsum possit aptare,& uerbi ordinē pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse adprime esse eruditus & doctus,inreprehēsibilis,maturus,impauidus,sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multū est aūt,si ego nūc de singulis,quæ unusquisq; habere debeat,prosequar. Veruntamē illud est quod præcæteris ab omnibus uobis cupio in commune seruari,ut concordiam teneatis,per quam solam potestis portum quietis intrare,& ciuitatē regis summi, quæ pax nominatur,habitare. Similis nanq; est omnis ecclesiæ status nauí magnæ,quæ per undosum pelagus,de diuersis locis & regionibus uiros portat, ad unam potentis regis urbem properare cupientes, sit ergo nauis huius portus dominus ipse omnipotēs deus,gubernator uero sit CHRISTVS. Tū deinde pro reti,officiū episcopus impleat, presbyteri nautarū,diacones dispensatorum teneant locum. Hi qui catechizant nautologis conferantur, epibatis aūt totius fraternitatis multitudo sit similis,ipsum quoq; mare hic mundus habeatur, uentorum uero uarietates & turbinum, diuersis tentationibus confe-

Cōfiteri est cōsilium petere.

Diacones episcoporum sunt oculi.

Episcopus eruditus.

Nam & pacis urbs Hierusalē aliquoties in sacris libris dicitur.

Status ecclesiæ comparatur nauí.

C rantur, persequutiones ac tribulationes & pericula fluctibus exequãtur. Ter-
reni uero spiritus, qui uel de torrẽtibus, uel de conuallibus spirãt, pseudopro-
phetarum & pseudodoctorum improbæ doctrinæ uerba ducãtur. Promon-
toria uero & loca confragosa, hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pe-
ricula minãtur ac mortes. Bithalassa uero loca, quæ duplicibus undæ fallacis
æstibus uerberantur, dubijs mente & de promissionum ueritate nutantibus
conferantur, atque his qui inrationabili fidem nostram ratione discutiunt.
Hypocritæ uero & dolosi, pyratis similes habeant. Iam uero rapidus uortex
& tartarea Charybdis, & saxis inlisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, qd
aliud æstimanda sunt? Restat igitur quo hæc nauis cursu prospero, tuta possit
portum desideratæ urbis intrare, ita deo precem fundere nauigantes, ut me-
reantur audiri. Audiri autem à deo ita demum merebitur, si operationes ipsæ
bonis moribus, & bonis operibus adiuuẽtur. Sed ante omnia, cum quiete &
silentio epibatæ, id est, laici in suis unusquisq; resideant locis, ne forte per in-
quietudinem & inconditos inutilesq; discursus, si passim uagari cœperint, uel
ab officio suo nautas impediant, uel in alterum latus per inquietudinem eorũ
nauis pressa demergat. Nautologi de mercedibus cõmoneãt, & nihil omnino
quod ad diligentiam, uel disciplinam pertinet, diacones negligant. Præsbyteri
uelut nautæ, aptent singula ad instructionẽ nauis diligẽter, & instruant quæ
in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam per retia uigilanter &
licite gubernatores uerbo custodiat CHRISTI. Saluator dominus, guberna
D tor ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac iussis cre-
dat & obediat omnis ecclesia, deo quoq; indesinenter supplicetur à cunctis de
prosperitate uentorũ: Nauigantes omnem tribulationem, & omne periculũ
sperent, tanquam immane profundum mũdi istius, & uitæ humanæ pelagus
nauigantes, in quo & esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoq; ferenda,
morbos etiam corporis, & ægritudines tolerandas. Insuper & hominum insi
dijs ac dolis sæpe laborandum, quippe qui & dispergendos se non nunquam
nouerint, sed aliquando etiam congregandos. Vomitus quoq; & suggillatio-
nes ferendas, cum ex confessione peccatorum, & reiectione criminũ, uelut ma
le congregati in uisceribus fellis, iactura facienda est, & abijcienda prorsus è
corde, omnis intrinsecus latẽs amaritudo peccati, si qua forte ex desiderijs iní-
quis, uelut ex cibis noxijs cõgregata est. Quã utiq; cũ euomuerit quis & ab-
iecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post uomitum, quæ
ad sanitatem pertinent sumat. Veruntamen scitote cuncti, quod supra omnes
uos laboret episcopus, quia unusquisq; uestrum suum proprium fert laborẽ,
ille uero & suum & singulorum. Propter quod Clemẽs, tanquam qui omni-
bus præesse te noueris, singulos prout potueris iuua, & singulos releua, quia
& singulorũ onus ac solicitudinem portas. Vnde & ego nunc tibi iniungens
dispensationem, scio quod accipiam gratiã magis quàm præsto. Sed esto con
fidens, & fortiter ferens, certus quia laboris tui meritũ recipies, cum ad portũ
quietis incolumem hãc perduxeris nauẽ, ibi mercedes & præmia pro omniũ
salute

Principes huius mũdi cõparantur promontorijs.

Aliàs bimaria

Epibatæ.

Episcopus pro omnibus solicitus sit.

A salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate uigilauerit, itaq; si te multi ex
fratribus, propter rigorem iustitiæ odio habuerint, ex eo quidem non lædẽ-
ris, sed ex huiuscemodi odijs amor tibi conciliabitur dei. Et ideo satage, &
refuge lauderis ab iniquis, & ne à pessime agentibus diligaris, sed potius ut
propter iustam dispensationẽ & æquissimam regulam disciplinæ, à CHRI-
STO conlaudari merearis. Hæc cũ dixisset, & his similia quamplurima, rur-
sum respiciens ad populũ, dixit: Sed & uos charissimi fratres & conserui mei,
huic qui præsidet uobis ad ueritatem docẽdam, in omnibus obedite, scientes
quod si quis hunc contristauerit, CHRISTVM, qui ei docẽdi credidit cathe
dram, non recipit, & tanquam qui CHRISTVM non susceperit, nec deũ pa
trem susscepisse iudicabitur, & ideo nec ipse susscipietur in regno cœlorũ, pro-
pter quod satagite, ad omnem collectam & congregationem semper conue-
nire, uti non uelut negligentes & desides. à CHRISTO iudice cõdemnemini.
Conuenientes uero semper ad Clementem, omnes date operam pro ipso sen
tire, & summo studio fauorem uestrum erga ipsum depẽdere, scientes quod
propter singulos uos ipsum magis solũ infestat inimicus, & in ipsum maiora su
scitat bella. Oportet ergo uos summo studio niti, ut omnes erga illum uinculo
amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & uos quoq; ipsi,
unanimes in omni cõcordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes
pariter inconcussa unanimitate possitis, per quod & uos salutem consequi, &
B ille obtemperantibus sibi, promptius imposito oneris pondus uehere queat.
Etiam ex uobis ipsis intelligere debetis, si qua sint quæ ipse propter insidias ho
minum malorum, non potest euidentius & manifestius proloqui, uerbi grã-
tia, si inimicus est alicui pro actibus suis, uos nolite expectare, ut ipse uobis di-
cat, cum illo nolite amici esse, sed prudẽter obseruare debetis, & uolũtati eius
absq; cõmonitione obsecũdare, & auertere uos ab eo, cui ipsum sensistis auer-
sum. Sed nec loqui his, quibus ipse nõ loquit, ut unusquisq; qui in culpa est,
dum cupit omnium uestrũ amicitias reparare, festinet citius recõciliari ei, qui
omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cũ obedire cœperit præsidẽ-
ti. Si uero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus nõ est, & loquutus fuerit
his, quibus ipse nõ loquitur, unus est & ipse ex illis, qui exterminare dei eccle
siam uolunt, & cũ corpore uobiscũ esse uideatur, mente & animo contra uos
est, & est multo nequior hostis hic, quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimi
ci sunt. Hic enim per amicitiarũ speciem, quæ inimici sunt gerit, & ecclesiam
dispergit ac uastat. Et cum hæc dixisset in medio coram omnibus, manũ mihi
imposuit, & in cathedra sua, ingẽti uerecũdia fatigatũ me cõpulit. Cũq; sedis-
sem, hæc ad me rursum loquutus est: Deprecor te CLEMENS corã omni-
bus qui præsentes sunt, ut postea quàm, sicut naturæ debitum est, uitæ præ-
sentis finẽ fecero, Iacobo fratri domini descripta breuiter, uel quæ ad initiũ fi
dei tuæ expectant, uel etiã quæ ante fidẽ omnino gesseris mittas. Sed & qua-
liter mihi ab initio usque ad finem, comes itineris & actuum fueris, quæq; per
singulas ciuitates me disputante solicitus auditor exceperis, quippe in prædi-

Inuidiam ex iustitia cõflatam non magnifaciant uerbi dei præcones.

Caussa cur cũ excõmunicatis non loquantur ij qui Christiani uolunt censeri.

C cationibus meis uerborū fuerit ordo & actuū, sed & qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia cȝ potes breuissime cōprehensa, ad ipsum te destinare nō pigeat. Nec uerearis ne forte multū de meo exitu cōtristandus sit, cū me id pro pietate sustinere nō ambigat. Erit autem ei grande solatiū, cum didicerit, quod post me nō imperitus uir aliquis, aut indoctus, aut ignorans diuini uerbi mysteriū, ecclesiastici ordinis disciplinā, uel doctrinae regulam nesciens, susceperit cathedram meam. Scit enim quia si indoctus & inscius, officiū doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantiae tenebris obuoluti, in interitū demergentur. Vnde & ego domine mi IACOBE, cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere quod iusserat, indicans tibi, & de his ipsis simul, & de illis breuiter cōprehendēs, qd per singulas quasc urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorū uirtute perfecerit, quamuis tibi de his plurima iam, & plenius ante descripta, ipso iubente trāsmiserim, sub eo titulo quem ipse præcepit adfigi. Id est Clemētis itinerarium prædicationis Petri, sed & nūc iam exponere quæ præcepit incipiam.

Peroratio.

D

EPISTOLAE PRIMAE FINIS.

ARGVMENTVM SECVNDAE EPISTOLAE CLEMENTIS, PER IO. SICHARDVM.

POstc ordines ministeriorum in Ecclesia, quos per capita, ut uisum fuit nascenti Christianismo cōuenire, Clemēs digesserat, propius aliquāto nūc officia docet, & summam Christianae uitae totam compendio complectitur. Præter alia tamen eorū officiū quale esse debeat ostendit erga Episcopos, qui uitae ab his præcepta capiūt. Per occasionem hic principes, magistratus, plebem, ipsosc adeo episcopos obtestans, ne scripturae diuinae ita se adcōmodent, ut alienū aliquem sensum, & Christo indignum aliunde afferant, sed ex ipsa scriptura, autore uero Prophetā, exculpant. Vnde uidetur plane epistola illa, præter alias faciem habere syngeræ illius doctrinæ primitiuae ecclesiae, quā tamē hac tempestate, tantis errorū & dissidiorū fluctibus iactati, uix per transennam agnoscimus amplius. Porrò admonendus est lector, ea quæ hic legūtur pulcherrime cōmixta, tanquam cumulo, hæc eadem in Recognitionū libris sparsim legi, ut uerisimile uideatur mihi, hanc à studioso aliquo Clemētis conscriptā potius, quàm ab ipso Clemēte, quod tamen nec urgere nos magnopere debet, magis de re solicitos, quàm autore, cū extra controuersiam sit, eiusmodi hanc esse epistolā, quae uel publice in ecclesijs legi possit.

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI EPISTOLA SECVNDA, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

A CLEMENS urbis Romae episcopus, omnibus coēpiscopis, presbyteris, diaconibus, ac reliquis clericis, & cūctis principibus, omnibusc generaliter fidelibus, benedictio charitatis & gloria, in gratia dei quae data est nobis in CHRISTO IESV domino nostro. Vrget nos fratres multus amor uester, & religiosa inuitat deuotio, quia debitores sumus, ut quædam uobis scribamus. Vobis ergo qui sacerdotio domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, ut subditos uobis populos pleniter docere possitis, eisc ad regna cœlorū ducatū præbere domino annuente ualeatis. Vnde & ipsa per se ueritas ait: Vobis datū est nosse mysteriū regni dei, cæteris autem in parabolis. Propter quod consiliū do unicuic uestrū cōstanter docere uerba diuina, & discentibus libenter accōmodare auram uerbi dei. Vestrū em̄ qui legatione CHRISTI fungimini, est docere populos, eorū uero est uobis obedire ut deo. Si autem uobis episcopis nō obedire omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesc principes tam maioris ordinis, quàm & inferioris, atc reliquae populi tribus, & linguae nō obtemperauerint, nō solum infames, sed extorres à regno dei & consortio fideliū, à liminibus sanctae dei ecclesiae alieni erūt. Nam uestrū est eos instruere, eorū uero est uobis obedire, ut deo, cuius legatione fungimini, dicente domino. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: & qui uos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eū qui me misit. Nihil enim iniustius uel inhonestius est, quàm filios patribus rebelles, aut clericos uel laicos, doctoribus, seu discipulos magistris inobediētes uel proteruos existere. Nouimus enim primū hominem per inobedientiā cecidisse. Idcirco omnes hoc uitium summopere cauere monemus: Et quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiem, dominus noster mittens nos uice sua loco apostolorū ad prædicandū, præcepit nobis docere omnes, omnesc nobis fideliter obedientes, ut ipsi, existerēt, quoniā nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta recepe rit semē, & inrigata germinauerit, & pariet quae est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter nō receperit uerbū dei, illudc in corde suo germinare nō siuerit, ac minime crediderit doctoribus & episcopis suis, nō beneuolus, sed rebellis, atque inobediens extiterit, fructū nō germinabit, nec pariet, sed similis arbori illi erit, de qua dominus ait: Omnis arbor quae nō facit fructū bonum excidetur, & in ignem mittetur. Primus enim pontifex AARON chrismate cōpositionis perunctus, princeps populi fuit, & tanquam rex, primitias & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem sortē susc epit, de mūdis, immundisc iudicabat. Sed & si alius ex ipso ungento perunctus est uir-

Rom.1.

Matth.4.

B

Luce 10.

1. Petri 5.

Matth.3.

C tute inde concepta, etiã ipse rex, aut propheta, aut põtifex fiebat. Quod si tem
poralis gratia. & ab hominibus composita, tantũ potuit, intellige iam quan
tum sit illud ungentum, quod à deo de uirgulto uitæ prolatum est, cum hoc
quod ab hominibus factũ est, tam eximias inter homines conferat dignitates.
Quid enim in præsenti seculo propheta glorioſius, põtifice clarius, rege subli
mius? Omnis enim pontifex sacro chrismate peruncti⁹, & in ciuitate consti
tutus, scripturis sacris eruditus, charus & precioſus hominibus oppido esse
debet, quem quasi CHRISTI locum tenentem, honorare omnes debent, eiq; ſ
seruire, & obedientes ad salutem suam fideliter existere, sciẽtes quod siue ho
nor, siue iniuria quæ ei defertur, in CHRISTVM redũdat, & à CHRISTO
in deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam
fidei, monita autem uitæ à presbyteris inquirere, à diaconibus uero ordinem
disciplinæ. Propter quod deprecor uos conseruos, & adiutores meos, ut disca
tis attentius animarũ curam quærere, & pro omnibus stare, maxime tamen
pro his qui in cultu diuino laborant. Ecclesiarũ omnium curam habetote, ser
uisq; eorum adiutorium præbete, uiduarum religioſam curam gerite, pu
pillos enixius iuuate, pauperibus misericordiam facite, iuuenes pudicitiam
docete: & ut breuiter totum dicam, alterutrũ uos, in quibus res poposcerit, fu
stentate. Deum colite, qui creauit cœlũ & terram, & CHRISTO credite, in
uicem uos diligite, & misericordes estote in omnes, non uerbo solo, sed ope
re & rebus replete charitatem. Agitote pro uiribus conserui dilectissimi,
quia bonum est, ut unusquisq; uestrum secundũ quod potest, prosit accedenti
bus ad fidem religionis uestræ. Et ideo non uos pigeat secundum sapientiam,
quæ uobis per dei prouidentiam collata est, instruere ignaros & docere. Deſi
derium ergo habere omnes erga doctorem ueritatis, eumq; ut oculos suos
amare oportet, quia ipsum & docere condecet: hoc em̃ à patre cœlesti ei do
natum est. Sed & salus in eo est, ut uoluntatem eius, cuius amorem & deside
rium, deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis uoluerit existere,
& desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo ꝓ bonis actibus hæ
res cœlestium exgestis proprijs fiat. Accedat autem qui uult ad sacerdotem
suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni cœlorũ, ieiu
nijs frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut tri
bus mensibus iam consummando, in die festo possit baptizari. Baptizetur au
tem unusquisq; in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis inuocato ſu
per se, peruncti⁹ primũ oleo per orationẽ sanctificato, ut ita demũ per hæc
consecratus, possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter obpro
brium senectutis, uel nobilitatem generis, aut iuuẽtutis, à paruulis & minus eru
ditis (si quis forte est) utilitatis aut salutis inquirere aliquid negligat. Qui em̃ re
belliter uiuit, & discere atq; agere bona recusat, magis diaboli quàm CHRI
STI membrum esse ostenditur, & potius infidelis quàm fidelis monſtratur.
Quomodo ergo nõ omnibus hoc amabile est, cunctisq; exoptatum, ut quæ
ignorat discat, & quæ didicerit doceat? Charissimum nanq; est, quod neque

Misericordes ſimus opere, non uerbis.

Baptizari uolentes quid facere debeant.

A amicitia, neq; regni sublimitas homini debet esse precioſior ueritate, quia nihil
est precioſius anima. Dominus autem creator omniũ, ex initio ad imaginem *Gene.1.*
suam hominem fecit, eumq; dominatorem terræ, mariſq;, & aëris ipsius de
dit, ueritatemq; inquirere præcepit, sicut uerus nobis propheta enarrauit, &
ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo est rationabilis, & consequens est,
ut ratio inrationabilibus dominetur. Hinc enim ab initio, cum adhuc iuſtus
esset, cunctis uiribus, & omni fragilitate superior erat: ubi autem peccauit, &
factus est seruus peccati, simul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcirco
scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita
per pietatem possunt esse impassibiles, & nõ solũ impassibiles, uerum & par
ua in deum fide, aliorũ passiones curantes. Ita enim uerus ipse propheta pro
misit, dicens: Amen amen dico uobis, si habueritis fidem sicut granũ sinapis, *Matt.17.*
dicetis monti huic transi hinc, & transiet. Huius uocis etiam uos ipsi documen
ta cœpistis, etiam facta quædã per magistros nostros, ipsos uidelicet apoſto
los non ignoratis, quia astantibus nobis, eorum meritis, dæmones cum pas
sionibus quas hominibus inuexerant, transierũt & fugati sunt. Quia ergo alij
quidẽ homines patiũtur, alij patientes curãt, causſa sine dubio uel patiendi uel
iurandi noscenda est, quæ non alia esse in patientibus, quàm quidẽ infidelita
tis, curantibus uero fidei demonſtratur. Infidelitas enim dũ non credit futurũ
dei iudicium, peccandi licentiã præbet, peccatũ uero hominem passionibus
obnoxium facit, fides autem, futurum esse dei iudicium credens, continet ho
mines à peccato. Non peccantes uero, non solũ liberi sunt à dæmonibus &
B passionibus, uerũ & aliorũ dæmones & passiones fugare possunt. Ex his em̃
omnibus colligit̃, quod origo totius mali, ab ignorantia descẽdat, & ipsa sit ma
lorũ omniũ mater, quæ incuria quidẽ & ignauia gignit̃, negligẽtia uero alitur
& augetur, atq; in sensibus hominũ radicatur, dũ amatur. Quã si quis forte do
ceat effugandã, uelut antiquis & hæreditarijs sedibus, moleſte & indignanter
auellit̃. Et ideo paululũ laborandũ nobis est, ut indignãtes, ignorantiæ præ
sumptionem scientiæ ratione resecemus. In his præcipue, qui in aliquibus mi
nus rectis opinionibus præuenti sunt, per quas quasi sub specie alicuius scien
tiæ, ignorantia in his uehementius radicata est. Nihil enim grauius, quàm si id *Ignorantia maior est in his qui scientiæ ſpeciem præſe ferunt.*
quod ignorat quis, scire se credat, & defendat uerũ esse, quod falsum est. Qđ
tale est, quale si quis ebrius, sobrium se putet, & agat quidem cũcta ut ebrius,
sobrium se tamen & ipse putet, & dici à cæteris uelit. Ita sunt ergo & hi qui
ignorantes quod uerũ est, speciem tamen alicuius scientiæ tenẽt, & mala quasi
bona gerant, atq; ad perniciem, quasi ad salutem festinant. Propter quod an
te omnia properandum est ad agnitionem ueritatis, ut possimus quasi lumi
ne nobis inde succẽso, errorum tenebras depellere. Grande enim malum est,
ut diximus, ignorantia, sed quia substantiã non habet, facile ab his qui studioſi
sunt effugatur. Nõ em̃ aliud est ignorantia, nisi nõ agnouisse qđ expedit, ubi *Ignorãtia qđ. Epiſcopi omnĩ bus inſeuiant.*
aũt agnoueris ignorantiam, quæri magnopere debet ueritatis agnitio, quam
nemo alius assignare potest, nisi uerus propheta. Hæc enim porta est uitæ, uo

C lentibus ingredi,& uia operum bonorum pergentibus ad ciuitatem salutis. Si quis sane audiens sermonem ueri prophetæ,uelit recipere aut nolit,& amplecti onus eius,id est mandata uitæ,habet in sua potestate. Liberi em̃ sumus arbitrij,nam si hoc est,ut audientes,seu iam non haberent in potestate aliud facere,quàm audierant,uis erat quædam naturæ,per quam liberum non esset, ad aliam migrare sententiam. Aut si rursum ex audientibus nullus omnino reciperet,& hoc naturæ uis erat,quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. nunc autem quia liberum est animo,in quam uelit partẽ declinare iudicium suum,& quam probauerit eligere uiam,constat euidẽter inesse hominibus arbitrij libertatem. Igitur priusquàm audiat quis, quod ei expedit,certum est,quia ignoret,& ignorans,uult & desiderat quod non expedit agere,propter quod pro hoc non iudicatur. Cum uero audierit caussas erroris sui,& rationem ueritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum fuerat præuentus,recte iam uocatur ad iudiciũ, daturus pœnas,quia uitæ huius spacium,quod ad bene uiuendũ accepit,in ludibrijs consumpsit errorum. Qui uero audiens hæc libenter accipit,& gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam,requirat intentius, & discere non desinat, usquequo cognoscat, si est uere aliud seculum,in quo bonis præmia præparata sunt,& cum certus de hoc fuerit,gratias agat deo,quod sibi ueritatis lumẽ ostenderit, de cætero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis,quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam. Admirans per omnia & stupens cæterorum hominum errores,& quod ante oculos positam ueritatẽ nemo uideat, ipse tamen gaudens super diuitijs sapientiæ quas inuenit, insaciabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, æstimãs ad seculũ futurum mundo corde,& pura conscientia peruenire,ubi etiam uidere deum regem omniũ possit,his autem omnibus carere nos,& fraudare sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines,quantũ boni habeat scientia,ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi: nesciunt enim quanta sit in horũ permutatione diuersitas,propter quod consilium do unicuicp discentium ,libenter præbere aurem uerbo dei,& cum amore ueritatis audire quæ dicimus,ut mens optimo semine susceptο,per bonos actus lætos afferat fructus: Nam si me docente ea quæ ad salutem pertinẽt recipere quis abnuit, & animo prauis opinionibus occupato,obsistere nititur,non ex nobis,sed ex semetipso habebit pereũdi caussam. Debet enim iusto iudicio examinare quæ dicimus,& intelligere,quia uerbo loqmur ueritatis,ut cognitis his quæ sunt, & in bonis actibus dirigens uiam suam,regni cœlorũ possit particeps inueniri,subijciens sibi carnis desideria, & dominus eorũ factus,ut ita demũ etiam ipse fiat dominatoris omniũ iucũda possessio. Nam qui permanet in malo,& seruus est mali,non potest esse portio boni,donec permanet in malo,quia ab initio,ut antea iam diximus,duo regna statuit deus, & potestatem dedit unicuicp hominũ,ut illius regni fiat portio,cui se ad obediendũ ipse subiecerit. Et quia definitum est apud deũ,nõ posse unum hominem utriusqp regni esse seruum.

D

Duo regna.

A uum,omni studio date operam,ut in boni regis aulam ualeatis iure concurrere. Propter hoc denicp uerus propheta cum esset præsens nobiscũ, & quosdã ex diuitibus negligentes erga dei cultum uideret,huius rei ita aperuit ueritatem: Nemo potest, inquit,duobus dominis seruire. Et nõ potestis deo seruire & mammonæ, mammonã patria eorũ uoce diuitias uocans. Hic ergo uerus propheta,qui in Iudæa nobis apparuit,ut audistis,qui stans publice,sola iussione faciebat cæcos uidere,surdos audire,fugabat dæmones,ægris sanitatem reddebat, & mortuis uitam, cumcp nihil ei esset impossibile,etiam cogitationes hominũ præuidebat,quod nulli est possibile,nisi soli deo. Hic annunciauit regnũ dei,cui nos de omnibus quæ dicebat, tanquam uero prophetæ, credimus firmitate fidei nostræ. Nõ solũ enim ex uerbis eius,sed ex operibus assumentes, quia dicta legis quæ ante multas generationes de præsentia eius exposuerũt,in ipso cõsignantur,& imaginem gestorũ Moyses, & ante ipsum patriarcha Iacob, ipsius per omnia typũ gerebant. Tempus quocp aduentus eius, hoc est ipsum in quo uenerat,prædictum ab his constat,& super omnia quod esset à gẽtibus expectandus, sacris literis comprehensum est,quæ in eo pariter uniuersa completa sunt. Quod autem Iudæorũ propheta prædixit eũ à gentibus expectandũ, supra modũ in eo fidem firmat. Si enim dixisset à Iudæis expectandũ, nõ aliquid eximium prophetæ uideretur,quod à contribuli populo,& à propria gente speraretur,cuius aduentus ad salutem mundi fuerat repromissus,uideretur enim magis cõsequẽtiæ ratio esse,ut hoc fieret,

Matth. 6.

Patriarchæ Christi typũ gesserunt.

B quàm magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicãt,omnem illam spem quæ de salute mundi repromittitur,& nouitatẽ regni quæ instruenda per CHRISTVM est,atcp omnia quæ de eo indicãt,ad gẽtes esse transferenda,iam nõ secundũ consequentiam rerũ,sed incredibili quodam uaticinatus euentu,magnificentia prophetica confirmatur. Iudæi nanque ex initio affore aliquando hunc uirũ,per quem cuncta reparentur,uerissima traditione susceperant,& quotidie meditantes ac prospicientes,quando eius fieret aduentus,ubi adesse eum uiderunt,& signa ac prodigia,sicut de eo scriptũ fuerat adimplentem,inuidia excæcati,agnoscere nequiuerunt præsentem, in cuius spem lætabantur absentis. Intellexerũt tamen sancti apostoli qui à deo electi sunt,& nos qui post ab eis electi sumus. Hoc autem prouidentia dei factũ est,ut agnitio boni huius,etiam gentibus traderetur,& hi qui nunquam de eo audierant,nec à prophetis didicerant, agnoscerent eũ, illi uero qui quotidianis meditationibus euanuerant,ignorarent. Ecce enim per uos nunc qui præsentes estis,& desideratis audire doctrinã fidei eius,& agnoscere quis,& quomodo,& qualis sit eius aduentus,prophetica ueritas adimpletur. Hoc em̃ est quod prædixerant prophetæ, quia à uobis quærendus esset,qui de eo nunquam audistis. Et ideo uidẽtes in uobis ipsis prophetica dicta compleri, huic uni recte credentes, hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis,ut nõ solum expectetis eum,sed & hæreditatem regni eius credentes consequamini,secundũ quod ipse dixit,quia unusquisqp illius fit seruus,cui se ipse subiecerit. Pro-

Prophetiæ auctoritas ex rebus non ueristimilibus probatur.

C terea ergo uigilate, & dominū deumq; nostrum uobis conscribite dominū, qui & cœli ac terræ dominus est, & ad ipsius uos imaginem, ac similitudinem reformate, sicut ipse uerus propheta docet dicens: Estote boni & misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est, qui oriri facit solem suum super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Hūc ergo imitamini, & hunc timete, & sicut mandatum datur hominibus, dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Infidelibus quidem dormit dominus, & absens habetur his, à quibus esse non creditur, & mandatis eius nō obediunt, atq; odibilis uidetur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis non exaudiūtur. Porrò ipse à deo donū summi muneris cōsequūtur, qui per iustitiæ & præceptorū eius semitas incedētes, suis doctoribus, qui recte episcopi intelliguntur, libenter obediūt. De quibus & beatus Petrus, institutor & ordinator noster, principes apostolorum, manifeste cunctos audientes instruebat dicens: Videntur mihi qui loquuntur uerbum ueritatis, & qui illuminant animas hominū, similes esse radijs solis, qui ut processerint & apparuerint mundo, cælari ultra aut occultari nullatenus possunt, dum nō tam uidētur ab hominibus, quàm uidere omnibus præstāt. Vnde & bene ipsa per se ueritas, ad ueritatis præcones ait: Vos estis lux mundi, & non potest ciuitas abscondi supra montē posita, neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrū, ut omnibus luceat qui in domo sunt. Si quis ergo his obedierit, deo, ut dictū est, magnum munus offert, qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his, sed domino saluatori nostro, cuius legatione funguntur, resistit. Propter quod primum est omnium, iustitiam dei regnūq; eius inquirere, & suis iussionibus obtemperare, iustitiā quidem, ut recte agere doceamur, regnum uero, ut quæ sit merces posita laboris & patiētiæ, nouerimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorū remuneratio, his autem, qui contra uoluntatem eius egerūt, pro uniuscuiusq; actis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est in præsenti uita positis, oportet uos agnoscere uoluntatem dei, ubi & agendi & sacrificandi est locus. Vnaquæq; etenim res suum tempus habet & locū, operum hic locus est, tempus uero est meritorū seculū futurum. Ne ergo impediamur ordinem locorū ac temporū permutantes, primo quæ sit dei iustitia requiramus, uitam quā interim acturi abundātibus ac bonis operibus repleamus, quo possimus ad regnū dei, tanquam ad urbem maximam peruenire, deus em̄ his qui recte sentiunt, per ipsa opera mundi quæ fecit manifestus est, ipsius creaturæ suæ utens testimonio. Et ideo cū de deo dubitatio est, eū requirentes inuenire possimus, non uelocitate pedū, sed bonorū operum uelocitate currētes, ut ipso duce, nullū uitæ huius patiamur errorē. Si enim ipsum sequentes, ingredi merebimur illam quo peruenire cupimus ciuitatem, omnia iam de quibus quæritur, oculis uidebimus, tanquā hæredes omniū facti. Intellígite itaq; uiam esse hunc uitæ nostræ cursum, uiatores eos qui nos instruunt, uel qui bona opera gerunt, portam uero prophetam, de quo dicimus, ut habeam regnū esse, in quo resídet omnipotens pater, quem soli uidere possunt, hi qui

D

Lucæ 6.

Matth. 4.

Hæc Petri uerba habētur in lib. recogn.

Matth. 5.

Matth. 6.

Deus per creaturas cognoscitur, ad Rom. 1.

A qui mundo sunt corde. Nō ergo uobis difficilis uideatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit, nam & ipse uerus propheta, ab initio mundi per seculum currens festinat ad requiem. Adest enim nobis omni die, & siquando necesse est, apparet, & corrigit nos, ut obtemperantes sibi ad uitam perducat æternam. De his autem qui negligunt uiam suæ salutis, & ob hoc nō bene fideles, & præceptis eius suorumq; pontificum iussionibus inobedientes uel contumaces eis existant, dominus noster IESVS CHRISTVS mittens discipulos suos, præcepit nobis, dicens: In quamcūq; ciuitatem aut domum introieritis, dicite: Pax huic domui: & siquidem fuerit, inquit, ibi filius pacis, ueniet super eum pax uestra: si uero nō fuerit, pax uestra ad uos reuertetur. Exeuntes aūt de domo uel de ciuitate illa, etiā puluerē qui adhæserit pedibus nostris excutiamus super eos, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorū in die iudicij, quàm illi ciuitati uel domui. Quod utiq; ita demum fieri præcepit, si prius in ciuitate uel domo ueritatis sermo prædicetur, ex quo uel recipientes ueritatis fidem filij pacis, & filij dei fiant, uel non recipientes, arguantur quasi inimici pacis & dei. Ita ergo & nos magistri instituta sectantes, pacem primo ꝓponimus auditoribus, ut absq; ulla perturbatione possit uia salutis agnosci. Qđ si quis pacis uerba nō suscipit, neq; adquiescit ueritati, scimus aduersum eos pugnam uerbi mouere, & urgere acrius confutando ignorantiam, & redarguendo peccata: Necessario igitur pacem proponimus, ut

B si quis est filius pacis, pax nostra ueniat super eum, ab eo autem qui se alienū pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterū in mādatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem, discamus prius quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus: quanto magis cōuenit noscere, quis, qualisue sit is, cui immortalitatis uerba credenda sunt? Soliciti em̄ & ualde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos, sed & alias ob causas utile est uitæ huius habere notitiam. Si enim sciam quia in his de quibus non potest dubitari, quod bona sint, emendatus est & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus est, quæ bona esse nullus ambigit, tunc consequens uidebitur, ut ei qui obtinet bona uirtutum, etiam quod deest fidei & scientiæ conferatur, & in quibus maculari uidetur eius uita, quæ est in reliquis probabilis emendetur. Si uero in his quæ palàm sunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus, non me oportet aliquid de secretioribus, & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis obtestari, & cōuenire eum ut peccare desinat, & actus suos à uitijs emendet. Quod si ingesserit se & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentē, nō oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere, auditorū causſa utile non uidetur, ne forte æstimēt nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur non intelligentia præpositi nostri. Magna contumelia & graue nobis erit peccatū, si ita desipiamus ut uideamus eū qui idola colit, esse sobriū, nos qui deum colimus sobrij esse recusemus, non hoc sit inter nos, sed magnū habeamus studiū, ut si illi qui errant, homicidiū nō faciunt, nos nec irascamur.

C

Matth. 10.

Matth. 7.

C quidem. Et ſi illi adulterium non cõmittunt, nos nec concupiſcamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos ſuos, nos diligamus etiam inimicos noſtros. Si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus à quibus accipere non ſperamus. Et per omnia nos quia æterni ſeculi hæreditatẽ ſperamus, præcellamus eos qui præſens tantum ſeculum norunt: ſcientes quia ſi opera illorũ noſtris operibus conlata, in die iudicij ſimilia inueniantur ac paria, cõfuſio nobis erit, quod æquales inuenimur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam ſpem futuri ſeculi habuerunt. Et uere digna confuſio eſt, ubi nihil amplius geſſimus ab his quibus amplius intelleximus. Qd' ſi cõfuſio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis, quid erit nobis ſi inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipſe uerus propheta docuerit, ad eos autẽ qui
Matth. 12. negligenter audiunt uerba ſapientiæ ita ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cũ generatione hac, & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic, & nõ audiunt. Ad eos uero qui de malis actibus gerere pœnitentiam detrectabant, ita ait: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Iona hic. Videtis ergo quomodo eos qui erudiebãtur ex lege, adductis ad exemplũ illis qui ex gentili ignorantia ueniebant, & oſtendens eos nec illis æquales eſſe qui in
D errore poſiti uidebantur, ex ipſa tantũ comparatione condemnat. Ex quibus omnibus, ſermo quem propoſuimus approbatur, ut caſtimonia quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore ſunt poſiti, cuſtoditur, multo purius & attentius, & per ſingulas quaſq; ſicut ſupra oſtendimus, ſpecies à nobis qui ueritatem ſequimur teneat, eò magis quò apud nos obſeruantiæ eius præmia æterna ſunt poſita. Aliter enim nemo ſaluus eſſe poterit, niſi obſeruationibus pro uiribus operã dederit. Deus uos in ſua uoluntate, unũquemq; in ſuo ordine ſemper cuſtodiat fratres, & ſibi placere in omnibus concedat, Amen.

IN TERTIAM EPIST. DIVI CLEM. ARG. PER IO. SICHARDVM.

CONtra inſidias hæreticorũ, quibus iam tũ cœperãt omnia eſſe infeſta, attentos iubet Clemẽs eſſe epiſcopos, ut doctrina ueritatis obſtruat aditus lupis, qui poterãt per occaſiones in gregẽ domini graſſari. Eos uero qui aliò iam fuerãt quorundã perſuaſionibus traducti, quàm Chriſtianæ regulæ præſcriptũ ferret, & palàm quorũdam pſeudoprophetarũ decretis ſubſcripſerãt, obteſtatur, ne tanq; trãsfugæ, ab eorũ ſtent partibus, quorũ tota ꝓfeſſio, ignorãtiæ nebulis adumbrata, nullò pertineat, niſi ut ſubuertant quí iam pulchre uidebant ſibi in cognitione ueri prophetæ ꝓmouiſſe. Atq; hic in ignorantiam, ut qua uix ſit peſtis ulla capitalior, totis uiribus inuehit, eiq; deberi dicit, qd' à uero, erga quod noſtropte ſumus ingenio melius affecti, abhorreamus, & noſtra culpa æternis nos ſupplicijs obnoxios faciamus. Per contentionẽ uero cognitionẽ ueritatis nobis ita cõmẽdat, ut putet parentũ, quibus alioquí uita debeat, reſpectũ nõ tanti eſſe oportere, ut in eorũ gratiã diutius q; ſit noſtræ ſaluti integrum in ignorãtia permaneamus. Ne uero habeant contentionũ ſtudioſi, quod morbo ſuo prætexãt, addit, eã diſſidij anſam nõ eos, q iam uero prophetæ nomen dederint, quæ ſituros, ſed qui ignorantiã præoptantes, alijs hoc ipſum inuident, unde inuiti licet, coguntur tamen profiteri ſalutem pendere.

DIVI CLEMENTIS

AD IVLIVM ET IVLIANVM EPISCOPOS EPISTOLA TERTIA.

A CLEMENS Romanæ urbis epiſcopus, chariſſimis fratribus IVLIO & IVLIANO, ac reliquis cõſodalibus noſtris gentibuſq; quæ circa uos ſunt. Oportet fratres omnes doctores, qui ad ſalutem animarum inſtituti ſunt, & ad lucrandas animas epiſcopi ſunt conſecrati, pro cunctis ſolicitudinem gerere, & errantes ad uiam ueritatis, & ad portũ ſalutis reducere. Et licet propter gentes quæ circa uos ſunt, in modico uos erraſſe contigerit, melius tamen eſt redire ad ueritatis uiam, quàm diutius in ipſo errore perdurare. Quoſcũq; enim de his, qui uos errare fecerunt, uel de his, qui adhuc uerbum præuaricationis non audierunt, poteſtis, uobiſcum adſumite, & ad uiam ueritatis reducite, ne infructuoſi, ſed fructuoſi domino inueniamini. Quoniamquidem ſicut terra cultore neglecta, ſpinas & tribulos neceſſario producit, ita ſenſus ueſter longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falſæ ſcientiæ germinauit. Opus eſt nunc multa diligẽtia, ad excolendum rus mentis ueſtræ, ut hunc ſermo ueritatis, qui eſt uerus & diligens cordis colonus, aſſiduis excolat diſciplinis. Veſtrũ ergo eſt præbere obedientiam, & occupationes, ac ſolicitudines ſuperfluas amputare, ne bonũ uerbi ſemen, enecet noxium germen. Poteſt enim fieri, ut multi temporis ne-
B gligentiam, breuis & aſſidua reparet diligentia. Incertũ nanq; eſt uniuſcuiuſq; uitæ tempus, & ideo feſtinandum eſt ad ſalutem, ne forte cunctantes mors repentina præueniat, & hoc acrius adnitendũ eſt temporis ſpatio, ut dũ eſt tempus, collecta malæ cõſuetudinis dediſcamus, qd' nõ aliter facere poteritis, niſi ut iraſcamini quodãmodo aduerſum uoſmetipſos, pro his quæ inutiliter geſſiſtis ac turpiter. Hæc enim eſt iuſta & neceſſaria iracũdia, ut unuſquiſq; in his quibus errauit & perperã geſſit indignetur, & ſemetipſum accuſet, ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui uelut agro ſterili immiſſus, cõſumptis & excoctis radicibus peſſimæ uoluntatis, bono ſemini uerbi dei fœcundiorem cordis præparet glebam. Puto autem quod ſatis dignas habeatis cauſſas iracundiæ, ex quibus iuſtiſſimus ignis cõcaleſcat, ſi cõſideretis in quantos uos errores deduxerit ignorantiæ malũ, quantosq; lapſus, & quanta præcipitia ad peccandũ dederit, à quantis uos bonis abſtraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod eſt ſuper omnia grauius, quod uos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nónne pro his omnibus ubi uobis ueritatis lumen effulſit, ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur? & iracundiæ deo placitæ intrà uos conſurgit incendium, quo conſummatur & radicitus intereat omne germen, ſi quod forte intra uos malæ cõcupiſcentiæ pullulauit. Vnde & ipſe qui miſit nos, cũ ueniſſet, & omnẽ mundũ uidiſſet ad malitiam declinaſſe, nõ continuo ei pacem in erroribus poſito dedit, ne eum cõfirmaret in malis, ſed

Animus humanus conſertur agro, qui incuria ſordeſcit.

C ignorantiæ eius ruinis, scientiam ueritatis oppoſuit, ut ſi qui forte reſipiſcerẽt, deceptos ſe & in præcipitia erroris abſtractos merito dolerent, & iracũdiæ ſalutaris ignem aduerſum deceptricem ſuam conciperẽt ignorãtiam. Ob hoc itaq; dicebat: Ignem ueni mittere in terram, quem uolo ut accendatur. Eſt ergo pugna quædam quæ gerẽda nobis eſt in hac uita, ſermo enim ueritatis & ſcientiæ, neceſſario ſeparat homines ab errore & ignorantia. Sicut ſæpe uidemus putrefactas & mortuas corporis carnes, à connexione uiuentium membrorum ferro ſecante ſeparari, tale ergo aliquid eſt, quod agit ueritatis ignoratio. Neceſſe eſt enim ut ſalutis cauſſa filius, uerbi gratia, qui ſermonẽ recepe rit ueritatis, à parentibus ſeparetur incredulis, aut rurſum pater ſeparetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos & conſanguineos credentes atq; incredulos, ſcientiæ atq; ignorantiæ, ueritatisq; & erroris pugna conſurgit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos miſit: Non ueni pacem mittere in terram, ſed gladium. Quod ſi dicit aliquis, & quomodo iuſtum uidetur ſeparari filios à parentibus? Audi quomodo, quia ſi cum ipſis in errore permaneant, neq; illis proderunt, & ipſi cum illis pariter interibunt. Iuſtum igitur & ualde iuſtum eſt, ſeparari eum qui fœda uult, ab eo qui nõ uult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, uenit iſta ſeparatio, ille enim uult inter eſſe pariter & prodeſſe his, & docere meliora, ſed eſt iſtud proprium ignorantiæ uicium, ut confutantem ſe ueritatis lucem, nõ ferat habere de proximo, & ideo illis iſta naſcitur ſeparatio. Nam qui ſcientiam ueritatis accipiũt, quia bonitatis plena eſt, tanquam à bono deo datam, cupiunt eam, ſi fieri poteſt, cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos, & perſequũtur. Sciunt enim peccatũ ipſorum cauſſam ignorantiæ eſſe. Propterea idem ipſe magiſter, cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucẽ, orabat patrẽ pro interfectoribus ſuis, & dicebat: Pater, dimitte his peccatum, neſciũt enim quid faciunt. Imitantes quoque diſcipuli magiſtrum, etiam ipſi cum paterentur, ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabãt. Quod ſi diſciplina nobis eſt orare etiam pro interfectoribus & perſecutoribus noſtris, quomodo nõ etiam parentum, & propinquorũ perſecutiones ferre, & pro cõuerſione eorũ orare debemus? Tum deinde etiam illud diligẽtius conſideremus, quæ ſit nobis cauſſa parentis diligendi: Pro eo, inquiũt, quod uitæ noſtræ uidẽtur autores. Autores quidem uitæ noſtræ parentes non ſunt, ſed miniſtri, non enim uitam præbent, ſed ingrediendi nobis ad hanc uitam exhibent miniſterium, autor autem uitæ unus & ſolus eſt deus. Si autem autorẽ uitæ diligere uolumus, illũ nobis eſſe diligendum ſciamus. Sed illum, inquiunt, cognoſcere nõ potuimus; iſtos autem & nouimus, & in affectu habemus. Eſto nõ potuerit cognoſcere quid ſit deus, quid tamen nõ ſit deus perfacile ſcire potuiſtis, nã quomodo latere potuit hominem quod lignũ, aut lapis, aut æs, uel alia huiuſmodi materia non ſit? Quod ſi in his quæ facile deprehendere potuiſtis, animum ad diſcutiendum noluiſtis intendere, certũ eſt quia in agnitione dei impediti eſtis, nõ impoſſibilitatis, ſed ignauiæ uitio. Nam ſi uoluiſſetis, ex ipſis inutilibus ſimulachris

Matth. 12.

Pugna quædã eſt in hac uita ignorantiæ & ſcientiæ ueritatis.

Luce 23.

Parentes miniſtri ſunt ad uitam.

NOTA D

A ſimulachris profecto accepiſſetis intelligẽtiæ uiã. Certum eſt quia per ferrũ facta ſunt ſimulachra, ferrum uero per ignem confectum eſt, qui ignis aqua extinguitur, aqua autem per ſpiritum mouetur, ſpiritus autem à deo initium habet. Sic enim dicit Moyſes propheta: In principio fecit deus cœlum & terram, terra autem erat inuiſibilis, & incompoſita, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus dei erat ſuper eam. Spiritus iuſſu dei quaſi in ipſa cõditoris manu lucem ſeparauit à tenebris, & poſt illud inuiſibile cœlũ, iſtud uiſibile produxit, ut ſuperiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora uero hominibus. Propter uos ergo iuſſu dei aqua quæ erat ſuper faciem terræ ſeceſſit, ut terra uobis produceret fructus, cui etiam humorum uenas latenter inſeruit, ut uobis ex ea profluerent fontes, & flumina. Propter uos producere iuſſa eſt animantia, & omnia quæ ueſtro uſui, uoluntatiq; ſeruirent. Aut nõ propter uos uenti ſpirant, ut ex ipſis concipiens fructus uobis terra parturiat? Nõ propter uos imbres perfluunt, & tempora uiciſſitudines mutant? Nõ propter uos ſol oriẽ & occidit, & mutationes luna perpetitur? Nõ propter uos mare exhibet famulatum ſuum, ut uobis ingratis cũcta ſubiaceant? Nõne pro his omnibus iuſta erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorẽ, quem ante omnia & agnoſcere, & uenerari debuiſtis, ſolum præ cæteris ignoratis? Sed & nũc uos ad hãc intelligentiã eius duco, uidetis etenim quod omnia gignuntur ex aquis, aqua uero per unigenitũ ex initio facta eſt, unigeniti uero omnipotens deus caput eſt, per quem tali ordine, ut ſupra diximus, peruenitur ad patrem. Cũ

B autem peruenerit is, agnoſcite hanc eſſe uoluntatem eius, ut per aquas quæ primæ creaturæ ſunt, denuo renaſcamini. Qui eĩ regeneratus fuerit per aquã, bonis operibus repletus, hæres efficitur eius à quo in incorruptionẽ generatus eſt. Propter quod paratis animis accedite quaſi filij ad patrem, ut peccata ueſtra diluantur, & cauſſa eorum ſola ignorantia fuiſſe probetur apud deum. Nam ſi poſt agnitionem horum permanetis in incredulitate, uobis iam perditionis ueſtræ cauſſa, & nõ ignorantiæ reputabitur. Nec putetis quod etiam ſi omnem pietatem colatis omnemq; iuſtitiam, baptiſmum uero non accipiatis, ſpem poſſitis habere apud deum, imò maiori pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati eſtis, confertur enim meritum boni hominis, ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur ſicut deus iubet. Deus autem iuſſit omnem colentem ſe baptiſmo conſignari, quod ſi renueritis, & ueſtræ uolũtati magis quàm dei obtemperetis, contrarij ſine dubio & inimici eſtis uoluntati eius. Sed dicitis fortaſſe: Quid confert aquæ baptiſmus ad dei cultum? Primo quidem quia quod deo placuit impletur, ſecũdo, quia regenerati ex aquis & deo, renouata fragilitas prioris natiuitatis, quæ uobis per hominem facta eſt, amputatur, & ita demum peruenire poteritis ad ſalutem, aliter impoſſibile eſt, ſic enim nobis cum ſacramento uerus propheta teſtatus eſt dicens: Amen dico uobis, niſi quis denuo renatus fuerit ex aqua uiua, non introibit in regnum cœlorum. Et ideo accelerate, eſt eĩ in aquis iſtis miſericordia eius quædã, quæ ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos qui baptizantur ſub appellatione triplicis

Baptiſmus qd proſit.

Ioann. 3.

C *Baptiſmus.*

ſacramẽti,& eripit eos de ſupplicijs futuris,quaſi donũ quoddam offerẽs deo. animas per baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas, ſolæ ſunt enim quæ poſſunt uim futuri ignis extinguere,ad quas qui moratur accedere,conſtat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere, & ab ipſo prohiberi ad aquas,quæ ſalutem conferunt,properare. Siue enim iuſtus,ſiue ſit iniuſtus, baptiſmum per omnia neceſſariũ eſt: Iuſto quidem,ut adimpleatur in eo perfectio,& regeneretur deo: Iniuſto uero,ut peccatorũ quæ geſſit,remiſſio concedatur. Omnibus ergo feſtinandum eſt ſine mora renaſci deo,& demũ conſignari ab epiſcopo,id eſt ſeptiformem gratiam ſpirituſſancti percipere,quia incertus eſt uniuſcuiuſq; exitus uitæ. Cum aũt regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodum ſeptiformi ſpiritus gratia ab epiſcopo, ut memoratũ eſt,confirmatus,quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquam poterit, nec ſedẽ habere inter perfectos, ſi non neceſſitate,ſed incuria aut uoluũtate remanſerit, ut habeat quod à Petro accepimus,& cæteri ſancti apoſtoli præcipiente domino docuerunt,& demum ex operibus bonis oſtendit in ſe ſimilitudinẽ eius, qui eum genuit patris. Poſt hæc uero agnoſcat deum honorare, honor autẽ eius eſt,ut ita uiuat,ſicut ipſe uult. Vult autem unumquemq; ita uiuere, ut homicidium & adulterium neſciat, odium & auaritiam fugiat, iram, ſuperbiam, iactantiam reſpuat,& execretur, inuidiam quoq;,& cætera his ſimilia penitus à ſe ducat aliena. Eſt ſanè propria quedam noſtræ religionis obſeruãtia, quæ non tam imponitur hominibus, quàm proprie ab unoquoq; deum colente cauſſa puritatis expetiũ. De caſtimoniæ dico cautela cuius ſpecies multæ ſunt, ſed prima, ut obſeruet unuſquiſq; ne menſtruatæ mulieri miſceatur, hoc em̃ execrabile dicit lex dei,quod etſi lex de his non admonuiſſet,nos ut canterij libenter uolueremur in ſtercore? Debemus aliquid amplius habere animalibus,utpote rationabiles homines,& cœleſtiũ capaces ſenſuum, quibus ſummũ ſtudiũ eſſe debeat,ab omni inquinamẽto cordis conſcientiam cuſtodire. Bonum eſt autem & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonũ uero dico nõ quaſi principale illud in quo mens purificatur,ſed quod ſequela ſit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim & magiſter noſter quoſdã phariſæorũ & ſcribarũ,qui uidebantur eſſe cæteris meliores, & à uulgo ſeparati,increpat, dicẽs eos hypocritas,quia ea ſolummodo quæ hominibus uidebantur purificabant: corda uero,quæ ſolus deus aſpicit,inquinata relinquebant & ſordida. Ad quoſdam ergo ex ipſis non ad omnes dicebat: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia mundatis calicis & paropſidis quod deforis eſt,intus aũt plena ſunt ſordibus: phariſæe cæce mũda prius qđ' intus eſt, & qđ' deforis eſt erit mundũ. Vere enim ſi mens mundet luce ſciẽtiæ, cũ ipſa fuerit mũda ac ſplẽdida,tunc etiã eius qui deforis eſt hominis, ipſa neceſſario curã gerit,id eſt carnis ſuæ,ut & ipſam purificet. Vbi autem iſta quæ foris eſt purificatio carnis negligitur,certũ eſt ibi neq; de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit ut is qui intrinſecus mundus eſt,mundetur ſine dubio & extrinſecus: nõ ſemper is qui mundatur extrinſecus,etiam intrinſecus

Id uulgo hodie appellamus cõfirmationẽ.

Matth. 23.

D *Chriſtiani quæ dã per ſe ipſi, nõ admoniti legibus faciunt.*

A cus mundus eſt,uidelicet cũ agit hæc ut hominibus placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt,ut ne paſſim & libidinis ſolius cauſſa feminis coëat quis,ſed poſteritatis reparandæ gratia,quæ obſeruantia cum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur,pudori eſt ſi nõ ab hominibus rationabilibus,& deum colentibus obſeruetur,ergo omnes peccauerunt, & egent auxilio dei. Propter quod chariſſimi ſectamini ſemper charitatem, & emulamini meliora & ſpiritualia, & adiuuate uos inuicem,ut deo ſemper in omnibus placere ualeatis, Amen.

IN QVARTAM DIVI CLEMENTIS EPISTOLAM ARGV. PER IO. SICHARDVM.

MIremur uero,ſi libet,quædam tanto ſeculorum interuallo aliò decidiſſe,quàm ſunt inſtituta,quædam uero penitus in deſuetudinem abijſſe,cum ex hac epiſtola nõ obſcure liceat cognoſcere, illam menſæ, totiuſq; cultus rationẽ, quam inter ſe Chriſtiani peculiarem habuere, paulatim ſenuiſſe,ipſis etiam Clementis temporibus,apparetq; eam obſoleuiſſe citius, quàm eſſet paulo propius cognita, magna em̃ epiſtolæ pars in eo cõſumitur,ut in memoriam redigat id uictitandi genus, quod nõ temere à dilectione apud Græcos nomen inuenit,qua refrigeſcente ſenſim precia uitæ peſſumiere, & ut quidq; fuit honeſtius inſtitutũ. At deum immortalem quantulo poſt apoſtolos tempore? Eiuſmodi autem tum fuit Chriſtianorũ uita,quemadmodũ in actis apoſtolicis deſcribitur, ut ſublata priuatarũ rerum nomenclatura, in publicũ quicquid uſpiã eſſet abierit,indeq; ut uiſa fuit cuiuſq; neceſſitas poſtulare, expenſum ab epiſcopo tanquã œconomo. Res fuit per ſe honeſta,ut uix alia æq;, ſed quæ lucri

Menſa enim illa Chriſtianorum ἀγάπη dicitur.

B cupidioribus feneſtrã quodammodo aperuerit, qua ad diuitias, quas pro ruderibus ducere debebant,per fas atque nefas aſpirarent. Diſpertiebant enim ueteres illi pontifices,ut de quorũ fide nemini eſſe dubiũ poſſet,prout omniũ ratio tulit, tantũq; abfuit,ut eorum quicquam abraderent,ut etiam uitam ſi quò opus fuiſſet, impendere nihil eſſent grauati. Vſi ſunt re honeſtiſſima poſteriores aliquot pontifices ad quæſtus aucupiũ,& quod in hunc uſum publico addiceretur,cœptũ eſt primo decimari, paulo poſt,ubi res ſucceſſit,& uita illa lautior arriſit,& ſordiũ eos piguit, abiecta fronte palàm pro ſuo omne id habuerũt,quod erat uſibus omniũ deſtinatum. Nihil addam amplius,ne argumentũ ſcribens,imprudentius hic, quod nolim, Camarinam iſtam commoueam.

DIVI CLEMENTIS
EPISTOLA QVARTA AD ECCLESIAM HIEROSOLYMITANAM.

DILECTISSIMIS fratribus & cõdiſcipulis, Hieroſolymis cũ chariſſimo fratre Iacobo coëpiſcopo habitãtibus, CLEMENS epiſcopus. Cõmunis uita fratres oñibus eſt neceſſaria,& maxime his qui deo irreprehenſibiliter militare cupiunt,& uitam apoſtolorũ,eorũq; diſcipulorũ imitari uolũt. Cõmunis enim uſus omniũ, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit, ſed per iniquitatẽ, alius hoc ſuũ dicit eſſe,& alius

C illud,& sic inter mortales facta diuisio est. Denicp Græcorum quidam sapien
Plato is est, qui & philosopho rũ deus dictus est. tissimus, hæc ita sciens esse ait, Cõmunia debere esse amicorũ omnia, & sicut
non potest, inquit, diuidi aër, neque splendor solis, ita nec reliqua quæ cõmu
niter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendũ, diuidi debere, sed haben
da esse cõmunia. Vnde & dominus per prophetã loquitur, dicẽs: Ecce quàm
Psal.132. bonum, & quàm iocundũ habitare fratres in unũ. Istius enim consuetudinis
more retento, etiam apostoli, eorumcp discipuli, ut prædictum est, unà nobi
Actu.4. scũ & uobiscũ cõmunẽ uitã duxere. Vnde bene nostis, erat multitudinis eorũ
cor unum, & anima una, nec quisquam eorũ aut nostrum, de his quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant cõmunia, nec quis
quam egens erat inter nos. Omnes uero qui domos uel agros possidebãt, uendebant eos, & precia eorũ, & reliquas res quæ habebant, afferebant, ponentes ante pedes apostolorũ. Sicut nobiscũ quidam uestrũ cognouerunt, & uis
Actu.5. derunt, & diuidebantur singulis prout cuicp opus erat. Ananias autem uir au
sterus, & Zaphira uxor eius, qui mentiti sunt apostolis de precio agrorum
suorũ quos uendiderant, nobis præsentibus in conspectu omniũ circumstan
tium, à conspectu apostolorũ, propter peccatũ eorũ & mendaciũ quod fece
runt, mortui delati sunt ambo. Cætera quæ de talibus cognouimus & uidi
mus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt, quapropter hæc no
bis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. Relatũ est etiam nobis, quod
D quidam uestris in partibus cõmorantes, aduersantur sanis doctrinis, & prout
eis uidetur, nõ secundũ traditionem patris, sed iuxta aliũ sensum docere uiden
tur. Multas enim quidam, ut audiuimus, uestrarũ partium, secundũ ingenium
hominũ, ex his quæ legunt ueri similitudines capiunt, & ideo diligenter obser
uandum est, ut lex dei cum legitur, nõ secundũ propriam ingenij intelligentiã
legatur uel doceat: sunt enim multa uerba in scripturis diuinis, quæ possunt
trahi ad eũ sensum, quem sibi unusquisq; sponte præsumpsit, sed fieri nõ oportet: nõ enim sensum extrinsecus ab alteris alienũ, & extraneum debetis quærere, aut quo modo ipsum scripturarũ autoritate confirmetis, sed ex scripturis sensum cauere ueritatis. Et ideo oportet ab eo intelligẽtiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundũ ueritatem sibi traditã seruauit, & ipse possit ea quæ recte suscepit cõpetenter asserere. Cum enim ex diuinis scriptu
ris, integram quis & firmam regulam ueritatis susceperit, absurdũ nõ erit si ali
quid ex eruditione cõmuni, ac liberalibus studijs, quæ forte in pueritia attigit,
Disciplinis p̃phanis nonnihil etiam loci erit in sacris. ad adsertionem ueri dogmatis cõferat, ita tamen ut ubi uera didicit, falsa & si
mulata declinet. Incertũ est enim, etiã iuuenibus uitæ tempus, senibus autem
nec incertũ est: nõ enim dubitatur quin quantumcunq; est quod putatur su
peresse, breue sit. Et ideo tam iuuenes, quàm senes oportet de conuersione &
pœnitentia ualde esse solicitos, & satagere, ut de reliquo ornent animam suam
ornamentis dignissimis, id est dogmatibus ueritatis, decore pudicitiæ, splen
dore iustitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus quibus comptam decet esse ra
tionabilem mentem. Vnde consiliũ dantes, uestram prudentiam hortamur,
ut ab

A ut ab apostolicis regulis non recedatis, sed cõmunem uitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quæ domino sunt placita, uos ea salubre adimplere satagatis, ut oratione assidua, cum dei gratiam merueritis, tunc sine suspicione mali inter uos uota possint celebrari festiua. Deus autẽ pacis sit cũ omnibus uobis, Amen.

ARGVMENTVM SEQVENTIS COMPENDIOLI DIVI CLEMENTIS, PER IO. SICHARDVM.

COmmodum cum iam Anacleti epistolas adornarem, bona fortuna in istud compendiolum Clementis, præter spem aliudcp omnino agentes incidimus. Et limas, si in tempore contigisset, gratulabar tamen mihi hãc felicitatem, quæ etiam alieno tempore, & cum iam uix esset locus reliquus, casu esset obiecta, cum tale ego nihil cogitassem. Nam incunabula, ut ita dixerim, totius fidei tractat, atcp ab ipsa infantia Christianismo destinatum edocet, nec ferè quicq; est admonitione dignũ, in quo nõ tanquam in amœnissima diuerticula excurrat. Quamobrem cum ubicp diuinã quandã cum summa pietate eruditionem coniunxisse uideatur, hic ita me deus bene amet sepsum uincit. Atcp utinam aliquando fiat, ut iussis quorundã nenijs, quibus nunc perstrepunt omnia, longum ualere, illa malint Christianæ fidei candidati admirari, unde & meliores, nec paulo uero doctiores euadere poterunt.

B

COMPENDIOLVM
FIDEI CHRISTIANAE QVAM POTVIT fieri breuissime descriptum à diuo CLEMENTE, RVFINO Aquileiense interprete.

POENITEMINI, & ueram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines qui Christiano censentur uocabulo, patrem & filium & spiritumsanctum, unum deum & dominũ ueraciter credere & confiteri, eumcp tota mente, & toto corde, & tota uirtute diligere, & proximos suos tancp semetipsos, docibilescp usq; ad perfectam doctrinam, ad hæc perficienda summopere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum, sine fide autem placere deo nemo poterit. Christo itaque resurgente, & ascendente in cœlum, misso sancto spiritu, cõlata apostolis scientia linguarũ, adhuc in uno positi, symbolum, quod fidelis nũc tenet ecclesia, unusquisq; qd' sensit dicendo, condiderunt, ut discedẽtes abinuicem, hanc regulã per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, & unius dei omnipotẽtis, id est sanctæ trinitatis æqualitas declaratur, & mysterium incarnationis filij dei, qui pro salute humani generis à patre de cœlo descẽdẽs, de uirgine nasci dignatus est. Quóque ordine, uel quando mortem pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, & in carne ipsa ad cœlos ascenderit, ad dexterãcp patris cõsederit, & iudex uenturus sit. Ac qualiter remissionem peccatorũ, sacro baptismate renatis cõtule-

Fides fundamẽtum omniũ uirtutum.

Summa Christianæ fidei.

D

C rit,& resurrectionem humani generis in eadem carne in uitam æternam futu-
ram, sic docuerunt: Symbolum enim græce, latine collatio dicitur, quod hoc
Symbolū apostolorum. prædicti sancti apostoli, inter se per spiritumsanctum salubriter, ut dictū est,
condiderunt, dicitur & indicium, quod per illud is qui recte crediderit, indi-
catur. Ergo cunctis credentibus, quæ continentur in præfato symbolo, salus
animarū, & uita perpetua bonis actibus præparatur. Et quod in primordio
eiusdem symboli præponitur: Credo in deum patrē omnipotentem, præcla-
rum fidei testimonium & fundamentem in prima fronte mōstratur, quia sal-
uus esse poterit, qui recte crediderit. Credere eīm oportet accedētem ad deū,
Rom.10. quoniam corde creditur ad iustitiam, ore cōfessio fit ad salutē. Vnde ait pro-
Psal.115. pheta: Credidi, propter qđ loquutus sum. Et illud: Iustus ex fide uiuit. Et nisi
crediderit is non intelligetis. Ergo sanè in rebus humanis nullum opus incipi-
tur, nisi labor omnis ad effectum uenire credatur, unde credendū est in deū,
Dei nomen. à quo tam præsens uita, quàm futura tribuatur. Deus autē appellatio est sub-
stātiæ sempiternæ, siue timoris diuini, igitur deus sine principio, sine fine, sim-
plex, incorporeus, & incomprehensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce
quod habeat filium ueraciter genitum, sicut possessor dicitur, qui aliquid pos-
sidet, & dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergo pater, secreti sacramē-
Deus pater. ti uocabulum est, cuius uere filius est, uerbum, & speculū, & character, & ima-
go uiuens patris uiuentis, in omnibus patri similis, eiusdem naturæ, & in diui-
D nitate genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo ge-
nuit filium, quod & angeli nesciūt, prophetis incognitum est, unde illud dictū
Esa.53. est. Generationem eius quis enarrabit? quam secretam originem, cū proprio
filio nouit ipse solus, qui genuit. Nec à nobis deus discutiendus est, sed creden-
dus, qui in nobis ipsis nescimus quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium,
aut intellectus, consilium, aut mens nostra generat uerbum. Sed sufficit nosse,
Psal.109. quia lux genuit splendorem, sicut ait propheta: In splēdoribus sanctorum, ex
utero ante luciferum genui te. Et illud: Hic deus noster, & non reputabitur al-
Baru.3. ter ad eum, & post in terra uisus est, & inter homines conuersatus est. Dili-
gere ergo deum unumquenq; ex toto corde, & tota anima, ut præfixū est, &
tota fortitudine oportet, & proximum tanq; semetipsum, respondente domi-
no cuidam scribarum, ac dicēte: Primum omniū mandatum est: Audi Israël,
dominus deus tuus, deus unus est. Et diliges dominum deum tuū ex toto cor-
Matth.22. de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est
primum mandatū. Secundum autem simile est illi: Diliges proximū tuū tanq;
teipsum. Maius horum aliud mandatum nō est, quod maius est omnibus ho-
locaustomatibus & sacrificijs. Vnde & in ueteri testamento scriptum habet:
Matth.7. Quod tibi fieri nō uis, alteri ne feceris. Et dominus ait: Omnia quæcunq; uul-
tis, ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter. Quibus utriusq; manda
tis, per unū malitia compescitur, & per alterum benignitas propagatur, ut ne
malum quis inferat, sed bonum impendat: primū ut caueat lædere, secundum
ut norit bonum præstare. Si enim fratrem quem uides non diligis, deum quē
non

A non uides, quomodo potes diligere? Sic ergo docet nos exercere curā nostri,
& sic diligere nos, ut non negligatur dilectio proximi, quia dei dilectio morti
cōparatur, dicēte Sapiētia. Valida est dilectio ut mors, idcirco quia sicut mors
Cant.8. uiolenter separat animā à corpore, ita dilectio dei uehementia sui, debet sepa-
rare animam à mundano & carnali amore: qui enim, inquit dominus, diligit
me, mandata mea seruabit. Nam qui dei præcepta cōtemnit, deum nō diligit.
Vnde scriptum est: Nolite putare quod maneatis in dilectione mea, si nō ser-
Ioan.15. uaueritis præcepta mea, neq; enim regem diligimus, si odio leges eius habue-
rimus. Neq; etiam ex toto corde poterit is deū diligere, qui noscitur erga pro-
ximum carere dilectione, quia per dilectionem proximi, peruenitur ad chari-
tatem CHRISTI, quoniam, ut præmissum est, his duobus præceptis, tota
Matth.22. lex pendet & pphetæ. Docibiles ergo, qui perfecti docti non sunt ad hæc per-
agenda, oportet omnes esse, ut & ipsi docti sint, & alios prudenter instruere,
& perfecte possint docere, iuxta Danielem prophetam, qui ait: Populus autē
Dan.9. sciens deum suum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.
Omnes docere promptos, ut etiam iam dictū est, qui docti sunt, esse oportet,
sed sacerdotes doctiores cæteris in populo necesse esse dicebat, quia si cæcus
Sacerdotes cæteris sint doctiores. cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadūt. Sacerdotes uero sal terræ, &
mundi lumen dicens, præcipiebat ipsis præ cæteris in splendore operum pa-
trem glorificare deum, de quibus dominus ait: Beati estis cū maledixerint uo
Matth.5. bis, & persequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mētien
B tes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœ-
lis, sic enim persequuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Vos estis sal ter-
ræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur? id ad nihilum ualet ultra, nisi ut foras
mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non potest ciuitas abscōdi supra mō-
tem posita, neq; accendunt lucernam, & ponūt eam sub modio, sed supra can-
delabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, ut qui ingrediuntur, lumen ui
deant. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra,
& glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Episcopos autem per singulas
ciuitates, ad quas ille non miserat, & doctos, & prudentes sicut serpentes, sim-
plicesq; sicut columbas, iuxta domini præceptū nobis mittere præcepit, qđ
etiam facere iam cœpimus, & domino opem ferente, facturi sumus. Vos autē
per uestras dioceses episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias regiones,
quod ipse iussit agere, curabimus. Aliquos uero ad Gallias, Hispaniasq; mit-
timus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atq; ad reliquas gentes dirigere
cupimus. Vbi autem ferociores & rebelliores gētes fore cognouerimus, illuc
Ferociores prouinciæ doctiore indigēt episcopo. dirigere sapientiores & seueriores necesse duximus, qui quotidie nō cessent
diuina seminare semina, & multos CHRISTO domino lucrari, & ad rectam
fidem, & uiam ueritatis perducere, ut plures manipulos domino ualeant præ-
sentare. In illis uero ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos primi flamines
eorum, atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, uel
patriarchas ordinauit, qui reliquorum episcoporum iudicia, & maiora, quo-

C ties neceſſe fuerit, negocia in fide agitarent ſecundū dei uoluntatem, ſicut conſtituerūt ſancti apoſtoli, & ita, ut ne quis iniuſte periclitetur, definirent. In illis autem ciuitatibus, in quibus dudū apud prædictos erāt Archiflamines, quos tamen minoris ducebant quàm memoratos Primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit, qui nō tamen Primatum, ſed Archiepiſcoporum fruerentur nomine. Epiſcoporum quoq; iudicia, ut ſuperius memoratum eſt, & maiora eccleſiarum negocia, ſi ipſi reclamauerint, aut fortaſſis aliquem timorē, aut hos, aut illos ſuſpectos habuerint, ad iam dictos Primates ſeu Patriarchas, ne quis innocenter periret, trāsferri iuſſit. In ſingulis uero reliquarum ciuitatū, ſingulos & non binos uel ternos, aut plures epiſcopos conſtitui præcepit, qui nō Primatum, aut Archiepiſcoporum, aut Metropolitanorū nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed epiſcoporum tantum uocabulo inſignirentur, quoniam nec inter ipſos apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed unus omnibus præfuit. Hoc tamen præuidendum inſtituit, ne in uillis, aut caſtellis, aut modicis ciuitatibus inſtituerentur epiſcopi, ne uile nomen eorum fieret. Epiſcopos ergo uicem apoſtolorum gerere, dominum docuiſſe dicebat, & reliquorum diſcipulorum uicem tenere presbyteros debere. Et ſi quis aliquem ex his ſcandalizaret, grauiſſimam illi pœnam inferri deberi. Cūctos ſe inuicem diligere, & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris ſe ſubſtrahere docebat. Homicidas uero & adulteros, & cūctos criminalibus nexibus implicitos, & eos qui ipſis forte æquales non eſſent, ab illorum uexatione & accuſatione, iubēte domino, prohibebat: & nō niſi à coæqualibus aliquid eis inferri, quia diſcipulū ſupra magiſtrum eſſe, aut ullam ei iniuriā irrogare, nullatenus decet. Infames quoq; oēs, & quos adminiſtratores legū ſeculi non recipiunt, & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat, & cunctorū etiā ſacerdotū uitā, ſuperiorē, ſanctioremq;, ac diſcretā à ſecularibus & laicis hominibus eſſe. Et ſpirituales quoſq; atq; ſacerdotes, ſuper carnales ac laicos ſemper conſtituendos docebat, quoniā pro minimo nobis eſſe debet, ut à talibus arguamur & iudicemur, uel ab alio humano die. Maiores uero à minoribus, nec accuſari, nec iudicari ullatenus poſſe dicebat, quoniam non ſolum diuinas, ſed & leges ſeculi hoc inhibere conſtaret. Omnes ergo legum diuinarum ſponte uiolatores, & ſacrarū inſtitutionum perturbatores, eccleſiaſtica indignos regula, & ſancta cōmunione iudicabat. Operatores uero earundem, eiſq; obedientes, utrarumq; ac cæterorū honore dignos eſſe dicebat, unde & prophetas in teſtimoniū ſumebat:

Eſa.1. Audite cœli & auribus percipe terra, quoniam dominus loquutus eſt: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū, & aſinus præſepe domini ſui, Iſraël autem nō cognouit me, populus meus nō intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum, ſuper quo percutiam uos ultra addentes prævaricationem, omne caput languidū, & omne cor mœrens, à planta pedis uſq; ad uerticem non eſt in eo ſanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt circūligata,

Archiflamines

In ſingulis ciuitatibus maiuſculis ſinguli epiſcopi ſint.

1. Corin.4.

D

A gata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra ueſtra deſerta, ciuitates ueſtræ igne ſuccenſæ, regionem ueſtram coram uobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in uaſtitate hoſtili, & derelinquetur. Væ, inquit, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierūt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; ullo termino, & deſcendunt fortes eius & populus eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eū, & incuruabitur homo, & humiliabitur uir, & oculi ſublimium deprimētur, & exaltabitur dominus in iudicio, & dominus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Carnales ſpiritualibus reſiſtere prohibebat, & de his qui ceruices ſuas contra magiſtros & ſeniores ſuos erigebant, in exemplū adducebat: Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, cecidit cadauer tuū, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuū erunt uermes. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terrā qui uulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: in cœlum aſcēdam, ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamen ad infernū traheris, in profundum laci, qui te uiderint, ad te inclinabuntur, teq; proſpiciēt: Nunquid iſte eſt uir qui cōturbauit terram, qui concuſſit regna, qui poſuit orbem deſertum, & urbes eius deſtruxit, uinctis eius nō aperuit carcerē? Ebrietatem oppido prohibebat, ebrioſos corpore & animo mortuos eſſe dicēs, de quibus & in exemplum aiebat. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectādam, & potandū uſq; ad ueſperam, ut uino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & uinum in conuiuijs ueſtris, & opus domini non reſpicitis, & opera manuum eius non conſideratis. Et iterum: Væ qui potentes eſtis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcendam ebrietatem, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiā iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, ſic radix eorū quaſi fauilla erit, & germen eorum ut puluis aſcendet: abiecerunt enim legē domini exercituū, & eloquium ſancti Iſraël blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor domini in populo ſuo, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum, & conturbati ſunt mōtes, & facta ſunt morticinia eorum quaſi ſtercus in medio platearum. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Nullum etiam presbyterum, in alicuius epiſcopi parrochia aliquid agere debere abſq; eius permiſſu uolebat, ſed & cunctos presbyteros propriis epiſcopis in omnibus abſq; mora, inſtituente domino, obedire. Nullum item aliena concupiſcere aut præſumere eorum, ſed unumquēq; ſuis ſibiq; cōmiſſis contentum abire oportere. Neminem etiā quicquam alteri facere, niſi qd' ſibi uellet fieri, inſtruebat. Sanctam quoq; eccleſiā immaculatam, omnes ſeruare debere euāgelizabat, cuius claues epiſcopos nominabat, ipſi eā habent poteſtatem claudere cœlū, & aperire portas eius, quia claues cœli facti ſunt:

Eſa.5.

Eſa.14.

Eſa.5.

4.Reg.9.

Claues cœlorū ſunt penes epiſcopos.

C & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quanta pœna dignus sit is qui
Matth.18. eos scandalizat, ipsum dominũ docuisse dicebat, ubi ait: Qui scandalizat unũ de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendaẽ mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ inferni. Væ mundo ab scandalis: necesse enim est ut ueniant scandala, ueruntamen uæ homini illi, per quem scandalũ
Matth.5. uenit. Si autẽ manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscide eum & proĳce abs te: bonũ est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudũ, quàm duas manus uel duos pedes habentem, mitti in ignem æternũ. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proĳce abs te: bonũ est tibi unum oculũ habentem, in uitam intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Amẽ dico uobis, quæcunq; alligaueritis super
Matt.16. terram, erunt alligata & in cœlo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt
Marci 11. soluta & in cœlo. Iterũ dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quacunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est: ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Et iterum per prophetam loquitur, dicens. Expauit, inquit, cœlum super hoc, & horruit amplius uehementer dicit dominus: O intolerabilem malignitatem, ò linguam iniquitatem loquentem cõtra deum, & mentem in altitudinem cor
Eccles.28. nu extollentem. Et iterũ. Impone homo tuæ linguæ ostiũ & seram, cessa cor-
D nu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem aduersus deum & proximum tuum. Quousq; insultas patienti CHRISTO & fratribus? Sic autẽ peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmã conscientiã, in CHRISTVM grauiter peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiemini, & iuste expellemini. Et iterũ per prophetam loquitur, dicens: Vos autẽ sacerdotes domini uocabimini ministri dei uestri, dicetur uobis: Fortitudinem gentiũ comedetis, & in gloria eorũ superbietis. Pro confusione uestra duplici & rubore, laudabũt patrem eorũ. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit eis: quia ego dominus diligens iudiciũ, & odio habens rapinam in holocaustũ, & dabo opus eorũ in ueritate, & fœdus perpetuũ feriam eis, & scietur in gentibus semen eorũ, & germen eorũ in medio populorũ. Omnes qui uiderint eos cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudẽs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo, quia induit me uestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatum monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suũ, & sicut hortus semẽ suũ germinat, sic dominus deus germinabit iustitiã, & laudem coram uniuersis gentibus. Eos autem à solo domino, aut iudicandos, aut remouendos, & nõ ab alĳs, idcirco astruebat, quia sui
Rom.14. sunt, & nõ alterius. Et quis est, qui alterius iudicet seruũ? nam si ista non patiuntur homines, nec deus deorũ, & dominus dominantiũ hæc ullatenus pati
Esa.48. tur. Vnde & prophetas eius rei testes ꝓferebat, per quos dominus loquitur, dicens: Ecce excoxi te, sed nõ quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. propter me faciam, ut nõ blasphemer, & gloriam meam alteri nõ dabo. Audi me

A me Iacob & Israël, quem ego uoco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos. Ego uo- Esa.51.
cabo eos & stabunt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternũ erit, & iustitia mea nõ deficiet. Audite me qui scitis iustũ, populus meus, lex mea in corde eorũ. Nolite timere obprobria hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim uestimentum, sic comedet eos uermis, & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Salus autẽ mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generatione generationum. Et iterum: Abscondita est uita mea à domino, & à deo meo iudiciũ trãsibit. Nun- Esa.40.
quid nescis aut non audisti? Deus sempiternus, deus qui creauit terminos terræ non deficiet, neq; laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso uirtutem, & ĳs qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat, Deficiẽt pueri & laborabunt, iuuenes in infirmitate cadent. Qui autẽ sperant in domino, mutabunt fortitudinem, & assument pennas sicut aquilæ. Current & nõ laborabunt, ambulabunt & non deficient. Transeãt ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudiciũ propinquemus. Eos autem qui illos uexant, aut amouere, aut damnare nitũtur, dominus per prophetam damnat, & usq; ad satisfactionẽ eorũ, etiam ecclesiæ damnatos esse declarat, ubi per prophetam ait: Talia elegerunt in uĳs suis, & in abo- Esa.66.
minationibus anima eorum delectata est. Vnde & ego eligã illusiones eorũ, & damnationem adducam eis, quia loquutus sum eis, & non audierunt, fece-
B runtq; malũ in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. Audite uerbũ domini qui tremitis ad uerbũ eius, dixerunt fratres uestri odientes uos, & abĳcientes propter nomen meũ, glorificetur dominus, & uidebimus in lætitia uestra, ipsi autem confundentur. Non enim laborabunt frustra in conturbatione præsules mei, quia semẽ benedictionum domini est. Anteq; clament ego audiã, & adhuc illis loquentibus ego exaudiam. Ad glorificandũ se & diuina mandata seminanda & euangelizanda, eos dominus eligit, & nõ ut prohibeãtur aut perturbentur, quoniam qui eos lædit, eum lædit cuius legatione fungũtur. Prædicare suggerebat eos assidue, & mandata domini sine intermissione annunciare, opera eorum bona, coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam corã deo habere, omnesq; principes terræ & cunctos homines illis obedire, & capita sua submittere, eorumq; adiutores existere, ut omnes pariter fi- Esa.41.
deles & coöperatores legis dei monstrarentur, ne de eis dicatur: Confundentur & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te, & erunt quasi non sint. Et peribunt uiri qui contradicunt tibi, quærens eos, & non inuenies uiros rebelles tuos, & erũt quasi nõ sint, & ueluti consumptio hominis, bellãtes aduersum te. Omnes ergo qui illis contraueniunt, ita damnatos & infames usque ad satisfactionem esse uoluit, & si non conuertantur, liminibus ecclesiæ extorres esse præcepit. Homicidiorum uero tria genera dicebat, & pœnam eorum pa- *Homicidij tria genera sunt.*
rem esse. Nam sicut homicidæ interfectores fratrũ, ita & detractores fratrũ, eisq; obedientes, homicidæ sunt, quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum,

C & qui detrahit, pariter homicidã esse monstrat scriptura. Omnes etiam à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam abstinere, & bonam eorũ conuersationẽ ac innocentẽ, omnibus monstrare postulabat, & ex corde cunctos attentius se inuicem diligere, & uerã fraternitatẽ inter se habere. Quotidiana uero illius prædicatio, circa reliqua diuina mandata, hæc est, quam ad eius præceptum, etiam tibi frater charissime significare curaui. Bonorum, inquit, operum inter cætera semina ac negocia sunt, quantum unusquisq; sapit, & potest totius intimi cordis, ut prætactum est, uisceribus deum diligere, & proximum uelut seipsum, abnegare seipsum sibi, ut IESVM CHRISTVM dominum nostrum sequatur, & nihil eius amori præponere. Veritatem corde & ore profiteri, & totã spem suam deo semper cõmittere. Actus uitæ suæ omni hora custodire, & eum in omni loco deũ respicere, firmiter scire. Cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad CHRISTVM allidere, & sacerdotibus domini manifestare. Os suũ à multo uel prauo colloquio custodire. Et uerba uana aut mendacia nõ dicere, quia os quod mentitur, occidit animã. Verba diuina libenter audire, & sacerdotibus suis obtemperare, obediẽtesq; esse. Prædicationi & orationi ac lectioni frequẽter incumbere, & eleemosynas ueras perficere. Desideria carnis nõ amare, nec propriã facere uoluntatẽ. Boni aliquid in se cum uiderit, deo, nõ sibi attribuere. At malum, à se factum cognoscere, sibiq; ipsi imputare. Multũ loqui nõ amare, sed custodire labia sua,

D ne dolum aut malum loquantur, diem iudicij timere, gehẽnam expauescere, uitãq; æternã omni cõcupiscentia desiderare. Non occidere, non adulterare, non furtum facere, non rem proximi cõcupiscere, non falsum testimoniũ dicere, sed omnes homines honorare. Corpus custodire, uanasq; & caducas nõ amplecti delicias. Ieiuniũ & uigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos uestire, infirmos uisitare, mortuos sepelire, & diligẽter eorum exequias peragere, p eisq; orare, & eleemosynas erogare, dolentes consolari, & suis bonis refouere, & à malis actibus se alienum efficere. Non esse superbũ, non uiolentũ nec multum edacem, non somnolentum, non pigrũ, non murmuratorem, nõ detractorem, quia qui detrahit, non solum se, sed & multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reseruare, dolũ in corde non tenere, nec pacem falsam prætendere, charitatẽ non derelinquere, nec iurare, ne forte in periurium, quod absit, incurratur. Malum pro malo nõ reddere, nec iniuriã facere, sed factam patienter tolerare. Inimicos diligere, maledicentes se nõ rursus maledicere, sed magis benedicere, & persequutionẽ pro iustitia sustinere. Castitatem amare, & nullũ odio habere, quia qui odit fratrem suũ, ipse homicida est. Elationem fugere, zelum malũ non habere, inuidiam nõ exercere, nec contentionem diligere, cum discordantibus ante solis occasum in gratiam redire, & de dei misericordia nunquam desperare, seniores uenerari, & iuniores diligere. Episcopi, sacerdotes suos, ac cunctos reliquos ecclesiæ ministros, atque omnẽ plebem sibi cõmissam, uerbo diuino & mandato instruere, atq; dirigere, hosq; omnes suos episcopos, cũ omni uirtute, ut, pprios oculos amare, quia

Cõmunia quædam Christianæ fidei.

A quia oculi sunt illorũ, eorũ præceptis in omnibus obedire, etiamsi ipsi aliter (quod absit) agant, memores sancti illius dominici præcepti: Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem episcopi si exorbitauerint, ab istis nõ sunt reprehendendi uel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. Illi ergo super istos sunt, nõ autem isti super illos, quoniã maior à minore nec argui, nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores, ac magistros suos, quia discipulus supra magistrũ esse nõ debet, neq; potest. Nullus uelit dici sanctus antequam sit, sed prius sit, quo uerius dicatur. Præcepta domini, doctorumq; ac magistrorũ, factis quotidie adimplere, & in CHRISTI nomine pro inimicis orare oportet: obedientia enim & humiliatio quæ magistris exhibetur, domino exhibetur. Timor domini delectabit, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierũ. Timenti deũ bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Væ dissolutis corde, qui nõ crediderũt deo, & resistunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces sunt ijs, qui eius legatione funguntur, & ideo nõ proteguntur ab eo. Væ his qui perdiderunt suffe rentiam, qui dereliquerunt uias rectas, & diuerterunt in uias prauas, & quid facient cum inspicere cœperit dominus? Qui timent dominũ, non erunt increduli uerbo eius: & qui diligunt illum, obseruabunt uiam illius. Qui timẽt dominũ, inquirent quæ beneplacita sunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dominũ, præparabunt corda sua, & in conspectu

B illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum, custodient mandata ipsius, & patientiam habebunt usq; ad aduentũ illius, dicentes: Si pœnitentiã non egerimus, incidemus in manus dei, & nõ in manus hominũ: secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia eius cũ ipso est. Venite, inquit, filij audite me, timorem domini docebo uos. Currite dum uitæ lumen habetis, ne tenebræ mortis uos cõprehendant. Omnis qui uult uitam, & cupit dies uidere bonos, prohibeat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum, diuertat à malo, & faciat bonum, inquirat pacẽ & persequatur eam, quia oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorũ. Propterea nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, sed lætamini in domino & exultati iusti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi ueniẽt ab oriente & occidente, domino dicente, atq; à septentrione ac meridie, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob. Propter quod pater charissime, promoue, ut doceant attentius hunc prædicationis ordinẽ, & absolutionis diem, ut saluentur animæ hominum, quæ occulta dei uirtute, quem debeant diligere, prius quàm doceãtur, agnoscunt, operum uero ratio, potestati & arbitrio uniuscuiusq; permittitur, & hoc ipsorum est proprium: desiderium uero habere erga doctorem ueritatis, hoc à patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est, ut uoluntatem eius cuius amorem & desiderium, deo largitore, conceperis, efficias, ne dicatur ille sermo eius ad nos, quem ipse dixit: Quid autem dicitis me domine domine, & nõ facitis ea quæ dico? Est ergo proprij muneris,

Epiſcopi ſi in fide errauerint, admonẽdi ſunt à quibuslibet.

Eccle.1.

Eccl.2.

Pſalm.33.

Pſal.31.

Matth.8.

DE LIBERO ARBITRIO.

Lucæ 6.

C ut sit unusquisq; ꝓut dominus noster dederit, perfectus in ecclesia, mittensq;
semina diuina, ut de nobis nō prædictus sermo, sed ille dicatur quem alibi dixit dominus noster: Ideo, inquit, nobis doctus in regno cœlorū, similis erit homini patrifamilias, qui ꝓfert de thesauro suo noua & uetera. Nullus ergo, inquit, impediat ordinem, aut locū occupet irrationabiliter, uel temporū permutet uices, sed primo quæ sit iustitia eius, quæ uoluntas, requiramus, ut bonis operibus, ac dei gratia repleamur. Deus enim ijs qui recte sentiunt, & bona agunt, præsto est, quoniam illis manifestat seipsum: nam si quis uelit antequàm actus suos emendet, de ijs requirere, quæ non potest inuenire, stulta & inefficax erit huiusmodi inquisitio. Tempus enim breue est, & in iudicio dei gestorū caussa agitur, nō quæstionū: ideoq; ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter oporteat agere, ut æternā uitā consequi mereamur. Nā si exiguum hoc uitæ tempus, per inanes occupemus & inutiles quæstiones, inanes sine dubio & uacui ab operibus bonis pergemus ad deum, ubi iudiciū operū nostrorū fiet. Vnaquæq; etenim res suum tempus habet, & locū, operum hic locus, hoc tempus est, meritorū seculū futurū. Currant igitur per uiam mandatorum dei, & ab eorū, & præceptorū domini institutis, & à spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda sunt corda nostra ac corpora, sancte mandatorū eius, suorūq; episcoporū ac prædicatorū obediētiæ
D militatura, ut suæ gratiæ iubeat nobis auxiliū ministrare, & fugientes gehennæ pœnā, ad uitæ ualeamus omnes peruenire æternam. Hæc itaq; pater charissime Iacobe, ab ore beatissimi Petri iubentis excepi, tibiq;, ut optabas, insinuare studui, ut seruari omnia immaculata præcipias, quia ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negocia. Hæc ergo præcepta nemo credat absq; sui periculo negligēda, aut dissimulāda, quia iudicio dei ignis æterni tormēta sustinebit, qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui uero te audierit, ut iusserat minister CHRISTI IESV, gloriam accipiet. Qui autē te nō
†malo hic accerset legere. audierit, imò loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem † accipiet. Curandum igitur & attendendū est nobis omnibus, ut quod perpetuum est expetet, & CHRISTI passionibus per patientiam participemus, atque regni eius mereamur esse consortes, Amen.

IN PRIMAM EPISTOLAM ANACLETI ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

MAgni referre D. Paulus non ab re existimat, quam quisq; suæ doctrinæ habeat autorem. Nec ita multo secus Tertullianus, de præscriptionibus contra hæreticos, hoc plus esse cuiq; deferendum censet, quo saniore sit is, atq; meliore nixus sæ sententiæ principe. Indeq; esse quod Clementē pro se quisq; pluris facere debeat, nā is ut doctrinæ suæ institituta è Petro hausit, ita prærogatiuam quodāmodo docendi ab eo tulerit. Atq; ita demum cuiuslibet ecclesiæ dignitatem esse colligendā, si quàmplurimos autorum habuerit similes. Ea in re quis non uidet, Anacletum esse, qui cū Clemente sit antiquior, quem hoc nomine uel maxime suspicere debeamus. Eius em̄ episcopatus, cui magna innocentia XII. annis præfuit, cum in Domiciani cruentissimi imperato-

imperatoris tempora incidisset, qui hanc sibi operam poposcerat, ut ferro igneq;, quod in se erat, Christianorum penuriam ad internitionem redigeret essentq; nō pauci defectionem iam, ob diutinum periculorum metum, cogitantes. Eos ad patiētiam Anacletus animat, adfirmās eam esse, qua ueluti militari tessera, eius nos imperatoris esse milites testemur, ad cuius sumus imaginem creati. Vbi autem hoc se euicisse putat, dilectionem proximi, ut quæ patientiæ umbra sit, illis commendat, exemplo Christi, qui cum fratrum nomen unice nobis conciliare studeret, exæquo uoluit & dici, & esse omnium parens.

PRIMA ANACLETI EPISTOLA, OMNIBVS ECCLESIIS SCRIPTA.

A ANACLETVS seruus CHRISTI IESV, in sede apostolica domino seruiens, episcopis omnibus & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem. Gratia uobis, & pax, atque consolatio multiplicentur à domino in ecclesia. Benedictus deus, & pater domini nostri IESV CHRISTI, qui secūdum magnam misericordiam suā, regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem CHRSTI IESV ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & inmarcessibilē, conseruatam in cœlis, in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem & salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis, etsi modicū nunc oportet cōtristari in uarijs tentationibus, ut probatio uestræ fidei multo precioſior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti, probati inueniamini. Patientes estote dilectissimi, quia patientia probationem operatur, probatio uero spem, spes autem nō confundit. Ecce agricola expectat precioſum fructū terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneū & serotinū. Si agricolæ hæc patienter ferūt pro tēporalibus fructibus, quanto magis uos pro æternis patiētes esse debetis? Estote ergo patiētes & cō
B firmate corda uestra, ut adueniēte iudice CHRISTO, læti & ꝓbati esse ualeatis. Nolite ingemiscere in alterutrū, ne iudicemini, ecce iudex ante ianuā assistit, exemplū capite huiusmodi laboris & patiētiæ, ꝓphetas, qui loquuti sunt in nomine domini, etenim beatificamus qui sustinuerūt. Sufferentiā Iob audistis, & finē domini uidistis, quoniā misericors & miserator est deus. Tribulationes uestras audiuimus fratres tā per uestros, quàm & per aliorū apocrisiarios, super quibus ualde dolemus, uobiscq; cōpatimur, & auxiliū ferre, prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est, parati sumus. Nolite mirari charissimi, qui persequutiones patimini, quasi nouī uobis aliquid cōtingat, sed cōmunicantes CHRISTI passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius, gaudeatis exultantes. Si exprobamini in nomine CHRISTI, beati eritis, quoniā qđ' est honoris, gloriæ, & uirtutis dei*, & qui est spiritus, super uos requiescet. Nemo autem uestrum patiatur qualis homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem ut Chri-

Rom. 5.

* Deest hic uerbū, quale est, uobis contingat, aut simile.

C stianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tem-
1.Petr.4. pus est ut incipiat iudicium de domo dei. Si autem primum à nobis, quis finis
eorum qui nō credunt dei euangelio? & si iustus uix saluabitur, impius & pec
cator ubi apparebunt? Itaq; & ij qui patiuntur secundum uoluntatem dei, fi-
deli creatori commendāt animas suas in benefactis. Nam & ait CLEMENS
beatus antecessor noster, similis est ecclesiæ status naui magnæ, quæ per un-
dosum pelagus, diuersis è locis & regionibus uiros portat, ad unam potentis
Libro nono re cognitionum. regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis autor huius, dominus ipse
omnipotens deus, gubernator uero sit CHRISTVS. Tamē deinde pro rete
officium episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum lo-
cum teneant, hi qui catechizant nautologis conferantur, epibatis autem totius
fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoq; mare hic mūdus habeatur, uen
torum uero uarietates & turbinum, diuersis tentationibus cōferantur. Perse-
quutiones, tribulationes, siue pericula, fluctibus exæquētur. Terreni uero spi
ritus, qui de torrētibus uel conuallibus spirant, pseudoprophetarum, & sedu-
ctorum, seu prauæ doctrinæ uerba docentes. Promontoria uero & loca cō-
fragosa, hi qui in potestatibus sunt, seculi iudices, & pericula minantur ac mor
tes. Bithalassa uero quæ duplicibus undæ fallacis æstibus uerberātur, dubijs
mente & repromissionum ueritate nutantibus conferantur, atq; his qui irra-
tionabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ uero & dolosi piratis
similes habeantur, iam uero rapidus uortex, & tartarea carybdis, & saxis illisa
naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt quàm pec-
D cata? Restat igitur ut hæc nauis cursu prospero tuta possit portum desideratæ
urbis intrare, & ita deo precē fundere, ut nauigantes mereātur audiri. Au
diuimus fratres quod quidam & detrahunt & accusant sacerdotes dei, cupi-
entes eos damnari, non intelligentes forsitan, quod iniuria sacerdotum, ad
CHRISTVM pertinet, cuius uice funguntur, nec hoc aspiciūt, quod beatus
1.Petr.2. princeps apostolorum, instructor noster ait: Deponentes igitur omnem ma-
litiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones,
sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite, ut in eo cre-
Psal.33. scatis in salutem. Et dominus per prophetam, inquit: Qui uult uitam diligere,
& uidere dies bonos, coērceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquant
dolum. Qui aūt ista transgrediuntur, profecto transgressores legis dei, & con
temptores, atq; inobedientes eius præceptis existūt. Vnde & beatus Aposto
Iaco.2. lus ait: Si diligitis proximos sicut uosmetipsos, benefacitis: si autem personas
accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores. Et beatus
apostolus ac præcessor noster CLEMENS, uir apostolicus, & spiritu dei ple
nus, cum reliquis sanctis collegis suis statuit dicēs: Accusandi uel testificādi li-
centia denegetur, qui Christianæ religionis & nominis dignitatē, & suæ legis,
uel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint, transgresso-
Apostatæ. res enim sponte legis suæ, eiusq; uiolatores, apostatæ nominantur: omnis em
Prouerb.6. apostata refutandus est, & ante reuersionē suam nō in accusatione recte agen

A tium, aut testimonio suscipiendus, quia uir duplex animo inconstans est in o-
mnibus uijs suis. Quicunq; autem, ut ait Iacobus apostolus, totam legem ser-
uauerit, offendit autem in uno, factus est omniū reus. Qui enim dixit, nō mœ- Iac.2.
chaberis, dixit & nō occides: quod si nō mœchaberis, occides autem, factus
es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis inci-
pientes iudicari, iudiciū enim sine misericordia illi qui nō fecit misericordiā,
superexaltat autem misericordiæ iudiciū. Et dominus ait: Nolo mortem pec- Ezech.33.
catoris, sed ut conuertatur & uiuat, & multa alia horum similia: nemo enim,
inquit Apostolus, nostrū sibi uiuit, & nemo sibi moritur: siue ergo uiuimus, Rom.14.
siue morimur, domini sumus. In hoc enim CHRISTVS mortuus est, & re-
uixit, ut & mortuorū & uiuorū dominetur: tu autē quid iudicas fratrem tuū?
aut tu quare spernis fratrē tuū? omnes enim stabimus ante tribunal dei: Scri
ptum est enim, uiuo ego dicit dominus, quoniam in eo flectetur omne genu,
& omnis lingua confitebitur deo. Nō ergo amplius inuicem iudicemus, sed
hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratri uel scandalum. Scimus enim
quia multū derogatio prævalet, quando derogator creditur fidedignus. Ideo
fratres uarijs detractationibus nō oportet labefactari iudices, & primates ec-
clesiæ, sed magis apostolorū & doctorū regulis informari & roborari. Vnde
iustum est, omnes in uniuerso Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis
sunt, recte sapere, & operari, & nō regulas nascentis ecclesiæ confundere, aut
B fidem, ac doctrinam apostolorū uarijs maculare doctrinis, nec fratres infesta-
re. Si autem omnia in hoc seculo uindicata essent, locum diuina iudicia nō ha-
berent: superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui solem certat fa
cibus adiuuare. Ideo si aliquis putat deo in hoc placere, quod seruos suos ac-
cusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in uanum laborat, & plus inuidiæ
stimulis agitur, quàm charitatis, quoniam gratiæ plenitudo adiectione nō in-
diget, nec ulla requirit cōmendationis augmenta. Erigit ergo doctores consci
entia sua, & siquando, incertis temporū flatibus opponuntur, sustinent mala,
quæ scire magis sunt adscribenda quàm meritis. Datā enim scimus satanæ po
testatem, ut seruos CHRISTI cribraret, ut qd' de tritico inueniri possit, hor-
reis iungeretur, & quod de his ad ignium alimenta transirent. Ad uos specia- Lucæ 2.
liter dictū est: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro, dare
uobis regnum. Venit inter uos gladius perfidorum, ut marcida ecclesiæ mem
bra resecaret, & ad cœlestem gloriam sana perduceret. Quos habeat CHRI-
STVS milites, certamen ostendit, qui triumphū mereantur per bella. Scimus
autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant, & propriæ uoluntatis *Milites Chri-*
placita adimpleant. Nō propterea tamen doctores, inquantū uires suppetūt, *sti certamē pa-*
à recta æmulatione & bona intentione recedere debēt, sciētes quia beati pau- *lām faciet*
peres qui persequutionem patiuntur propter iustitiā. Nihil autē pastore mi-
serius, qui luporū laudibus gloriatur, quibus si placere uoluerit, atque ab his
amari dilexerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastor place
re lupis & gregibus ouiū potest, perdit enim laboris memoriam, mens terre-

C nis obligata carceribus,sicut artiū in suo quæq; opere inuenitur mater instan
Negligentia nouerca eruditionis, tia,ita nouerca eruditionis est negligētia. Nullus ergo præiudiciū alteri faciat,
neq; quod sibi fieri non uult,exerceat. Nemo dictū de aliquo inueniat,quod
in eius actibus nō agnoscat.Ego autem labefactatam nō solū quietem meā,sed
& salutem iniquorum ualitudine,& rumorū procellis agnosco, potens est di
uinitas, immensæ tempestatis incerta,bono serenitatis amouere.Et quid aliud
1.Petr.2. CHRISTVS passus est pro nobis,nobis relinquens exemplum,& reliqui pa
tres,nisi ut sequamur tam doctrinam eorum,quàm & exemplū: & patiamur
aduersa pro CHRISTO,& cum patribus atq; cum fratribus crucem porte
mus,eorumq; tribulationibus compatiamur, ut CHRISTI ueri discipuli in-
Lucæ 9. ueniamur, qui dicit: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum,& tollat
crucem suam,& sequatur me.Præsumptio est,si dominorum beneficia famu
li non sequantur, obsequium ergo æstimādum puto,quod pariturus impen
do. Quid est hoc,quod plus creditur filij uocabulum ualere,quàm obsequiū:
Non sufficiet nos filiorū nomine gloriari, nisi & amemus patrem. & non quæritur quid in amoris lance promoueas,sed quale ad præiudicium
æstimanti nomen opponas, cum apud prudentes frustra solem dicimus, nisi
exhibeat quod uocatur.Ego uero uolo errore meo alienas culpas asserere,ut
factū qđ doleo, amisisse conuincar.Odisti,inquit, dominus per prophetam,
omnes operantes iniquitatem,perdes loquentes mendacium. Virum sangui-
Psal.54. num & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine mise-
ricordiæ tuæ: Introibo in domum tuam, adoraboq; in templo sancto tuo in
D timore tuo:Domine deduc me in iustitia tua,propter inimicos meos,dirige an
te faciem meam uiam tuam. Nō est in ore eorum rectum,interiora eorum in-
fidiæ:Sepulchrum patens est guttur eorum,linguam suam lenificant,conde-
mna eos deus:Decidant à consilijs suis iuxta multitudinem scelerū eorum,&
expelle eos,quoniam prouocauerunt te: Et lætentur omnes qui sperant in te,
in seculum laudabunt te:Et proteges eos,& lætabuntur in te qui diligunt no-
men tuum,quia tu benedicis iusto:Domine ut hasta placabilitatis coronabis
eum. Deo em̄ perfecte sacrificantes,nō debent uexari,sed portari,consolari,
atque ab omnibus uenerari. Ipsi aūt quando domino sacrificant, nō solū hoc
agere debent,sed testes secū adhibeant, ut domino perfecte,in sacratis deo sa
crificare locis probent̄,ait nanq; autoritas legis diuinæ: Vide ne offeras holo
causta tua in omni loco quē uideris, sed quē elegit dominus deus tuus.Episco
pus deo sacrificās,testes,ut præfixū est,secū habeat,& plures quàm alius sacer
dos: sicut em̄ maioribus honoris gradibus fungitur,sic maiori testimonij in-
cremēto indiget. In solennioribus quippe diebus, aut VII. aut V. aut III.dia
Diaconi, ab oculis sunt episcoporum. conos,qui eius oculi dicuntur,& subdiaconos atq; reliquos ministros secū ha-
beat,qui sacris induti uestimentis,in fronte & à tergo,& presbyteri è regione
dextra leuaq;,contrito corde & humiliato, ac prono stent uultu, custodien-
tes eum à maliuolis hominibus,& consensum eius præbeant sacrificio. Pera-
OMNES COMMVNICENT. cta autem consecratione,omnes cōmunicent,qui noluerint eccleſiasticis care-
re liminibus,sic enim & apostoli statuerūt.Seruite, inquit dominus per pro-
phetam,

A phetam Dauid,in amore & exultate ei cū tremore. Adorate pure,ne forte ira
scatur & pereatis de uia,ille enim nō perit de uia,qui recte graditur,& præce- *Psalm.2.*
pta custodit maiorū.Doceri ergo omnes oportet,qui domini sacerdotio fun
guntur,ut & cæteros instruant,& sibi proficiant.Scriptum est autē,qui docti
fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti,& qui ad iustitiam erudiunt mul
tos,quasi stellæ in perpetuas æternitates,& alibi: Populus autem sciens deum *Dan.12.*
suum,obtinebit & faciet,& docti in populo docebunt multos. Ipsa enim ueri- *Dan.11.*
tas per se infert,& dicit:Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, ille pro-
cul dubio scandalizatur in deo, qui recte non docet,& qui eius scādalizat epi
scopum, uel sacerdotem,impie nanque agentes sunt impij, neque intelligent *Matth.11.*
omnes impij,porrò docti intelligent,omnes enim in inuicē humilitatem insi-
nuate,quia deus superbis resistit,humilibus dat gratiam. Nolite, inquit Ioan-
nes apostolus, omni spiritui credere,sed probate spiritus si ex deo est, quo- *1.Ioan.4.*
niam pseudoprophetæ exierunt in mundum. Et idem ipse alibi ait: Vos quod
audistis ab initio,in uobis permaneat,si in uobis permānserit,quod ab initio au
distis,& uos in filio & patre manebitis,& hæc est repromissio,quam ipse pol-
licitus est nobis,uita æterna. Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos,&
unctio quam accepistis ab eo,maneat in uobis. Et non necesse habetis ut ali-
quis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus,& uerum est, &
non est mendacium,& sicut docuit uos, manete in eo,ut cum apparuerit,ha-
beamus fiduciam,& non confundamur ab eo in aduentu eius,scitis quoniam
B iustus est,scitote quoniā & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Videte
qualem charitatem dedit nobis pater,ut filij dei nominemur,& simus,propter
hoc mundus non nouit nos,quia non nouit eū,charissimi nunc filij dei sumus,
& nondum apparuit,quid erimus? Scimus quoniā cum apparuerit,similes ei
erimus,quoniam uidebimus eum sicuti est, & omnis qui habet spem hanc in
eo,sanctificat se,sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum,& iniquita
tem facit,& peccatum est iniquitas,& scitis quia ille apparuit,ut peccata tolle-
ret,& peccatum nō est in eo. Omnis qui in eo manet,nō peccat,& omnis qui
peccat,non uidit eum,nec cognouit eum. Filioli,nemo uos seducat,qui facit
iustitiam,iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum,ex diabolo est,
quoniam ab initio diabolus peccat,in hoc apparuit filius dei,ut dissoluat ope- *Ioan.8.*
ra diaboli. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen
ipsius in eo manet,& non potest peccare,quoniā ex deo natus est. In hoc ma-
nifesti sunt filij dei, & filij diaboli,omnis qui non est iustus,non est ex deo, &
qui nō diligit fratrem suū,quoniā hæc est annūciatio quam audistis ab initio,
ut diligamus alterutrum. Non sicut Chain,qui ex maligno erat,& occidit fra *1.Ioan.3.*
trem suum,& propter hoc occidit eū,quoniā opera eius maligna erant,fratris
autem eius iusta. Nolite mirari fratres,si odit uos mundus,nos scimus,quoniā
translati sumus de morte in uitam,quoniam diligimus fratres,qui non diligit,
manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum,homicida est, & scitis, quoniā
omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem. In hoc cognou-

C mus charitatem dei, quoniam ut ille pro nobis animã suã posuit, ita & nos pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiã mundi, & uiderit fratrẽ suũ necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, nõ diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. In hoc cognoscimus quoniam ex ueritate sumus, & in conspectu eius suadebimus cordi nostro: quoniam si reprehenderit nos cor nostrũ, maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrũ nõ reprehẽderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatũ, ut credamus in nomen filij eius IESV CHRISTI, & diligamus alterutrũ, sicut dedit mandatũ nobis, & qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus quoniã manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis. Et sicut deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, charitas est, bonus, iustus, patiens, atque mitis, & misericors, & reliqua uirtutum sanctarum insignia, quæ de ipso leguntur, ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus & iustus, ut patiens atq; mitis, mundus, & misericors foret. Quas uirtutes, quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est deo, & maior est, atque sui conditoris gerit similitudinem. Si uero, quod absit, aliquis per deuia uitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine deuius aberrat, tunc fiet de eo quod scriptum

D est, & homo cum in honore esset, non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini esse, quàm qđ ad similitudinẽ sui factoris conderetur? & eisdem uirtutum uestimentis ornareť, quibus & conditor, de quo legitur: Dominus regnauit, decore indutus est, id est omniũ uirtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius hominis potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quàm ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorũ iumentorũ delabatur similitudinẽ? Quapropter quisq; diligentius adtendat primæ conditionis suæ excellentiam, & uenerandã sanctæ trinitatis in seipso imaginẽ agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ, ad quẽ creatus est, nobilitatem morũ, & sacrationem uirtutũ, dignitatem meritorũ habere contendat, ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformauit. Omnis igitur homo qui ad imaginem dei factus est, illũ debet imitari, cuius ad imaginem conditus est, illius debet sequi uestigia, qui eum ad imaginem suam condidit. Consiliariũ uero ac protectorem meliorem reperire nõ poterit, quàm illum qui eum ad imaginẽ suam condidit, qui eum precioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri nõ est dedignatus. Quem procul dubio inueniet, si in eum totã spem suam, iuxta Psalmistæ uocem proiecerit, ait nanq; : Proijce super dominũ charitatem tuam, & ipse te enutriet, nec dabit in æternũ fluctuationẽ iusto. Omnis enim homo sua causa deficiens, & in suis hæsitans consilijs, quærit sibi amicũ fidelem, in cuius cõsilijs

Conscientia nostra arguit nos delinquentes.

Imago dei multarum nos uirtutũ admonere debebat.

Psal. 92.

Psal. 54.

A silijs confidat, qui in sui diffidebat, & talem fiduciam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat. Quid dulcius est, quàm habere illum cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cũ omnibus fiunt, quanto magis cum deo hoc est agendũ, qui omnes uult saluos fieri, & neminem perire? Nam si ueraciter deum credimus, eumq; diligimus ut debemus, & proximũ sicut nosmetipsos, in eumq; totã spem proiecerimus nostrã, ipse nos eripiet, & consolabitur. Et sicut per angelũ suum, Abacuc prophetã cum prandijs in lacum leonũ ad Danielem uatem misit, & Philippũ unum de septem diaconibus, ad eunuchum, ita dabit uobis liberationem & consolationem. Hæc sectamini charissimi, & nulli unquam nocete. Fratres estis, inuicem uos diligite, ut ueri domini dici & esse mereamini: nam qui rancida corda uiuorũ inficit, malitiã inter homines spargit: & qui detrahit fratri suo, homicida est: & qui abstulerit aliquid patri uel matri, dicitq;, hoc peccatũ non est, homicidæ parti ceps est. Pater noster sine dubio deus est, qui nos creauit: mater uero nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regenerauit. Ergo qui CHRISTI pecunias, & ecclesiæ rapit, aufert, uel fraudat, homicida est, atq; homicida ante conspectũ iudicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniã proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniã, uel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegiũ facit. Priuilegia enim ecclesiarũ & sacerdotũ, sancti apostoli, iussu saluatoris, interne

B tionem faciens Loth, per Moysen loquitur, dicens: Ingressus est, inquiũt, ut aduena, nunquid ut iudices. Vnaquæq; enim prouincia tã iuxta ecclesiasticas quàm iuxta seculi leges, suos debet iustos, & nõ iniquos habere iudices, & nõ externos, nisi apostolicæ huius sedis decreuerit autoritas, quatenus quicunq; causam habuerit, apud suos iudices iudicetur, & nõ ad alienos causa uagandi stimulante proteruia, suam despiciens patriã transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorũ iudiciũ omnes causæ ciuitatũ referuntur, deferatur negociũ. Si autem fuerit ecclesiasticũ, apud episcopos, interueniente primate, si maior causa fuerit: Si uero minor, Metropolitano: Si uero fuerit seculare, apud eiusdẽ ordinis uiros, iudicio tamen episcoporũ: cum apostolus priuatorũ Christianorũ causas, magis ad ecclesias deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari uoluit. Omnis enim oppressus, libere sacerdotũ, si uolue rit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negocia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni nõ poterint, aut iuste terminari, ubi fuerit summorũ congregatio cõgregata, quod per singulos annos bis aut ter fieri solet & debet, iuste & deo placite coram patriarcha, aut primate ecclesiastico, & coram patritio, secularia iudicẽtur negotia in cõmune. Quod si difficiliores forte fuerint quæstiones, aut temporũ uel maiorũ iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem apostolicã, si appellatũ fuerit, appelletur: quoniam hoc apostoli statuerunt, iussione saluatoris, ut maiores & difficiliores quæstiones sem

F

Cic. de amicitia

Dan. 14. Actuũ 8.

Pecunias ecclesiæ appellat, quæ essent collatæ uiritim ad publicũ usum.

XII. iudices cuiusq; prouinciæ.

In honorẽ hoc est factum professionis, ne qui præ Christi amore omnia posthabere uiderí uellent, iudicia publica nossent.

C per ad ſedem referantur apoſtolicã, ſuper quã CHRISTVS uniuerſam conſtruxit eccleſiam, dicente ipſo ad beatũ principem apoſtolorũ Petrũ: Tu es,
Matth.16. inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Sit ergo fratres conſtantia ueſtra aduerſus contentiones eorũ, qui aduerſa ſapiunt, & nõ
quæ dei ſunt, & erit fortior petra, cõſtantia ueſtra, ſicut ſcriptũ eſt: Ne timue-
Matth.5. ritis ab eis, & neq; terreamini à facie eorũ qui corpus occidunt, animã autem
non poſſunt occidere. Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illũ
timentes qui poteſt animã & corpus occidere, & mittere in gehennã. Fratres
2. Cor.10. mei in carne enim ambulantes, nõ ſecundũ carnem militamus, arma enim mi
litiæ noſtræ, nõ carnalia, ſed potentia ad deſtructionẽ munitionũ, conſilia de-
ſtruentes, & omnem exaltationem extollentem ſe aduerſum ſcientiam dei, &
in captiuitatem redigentes, omnem cogitationem in obſequiũ CHRISTO
perducentes. De cætero fratres cõfortamini in domino, ut in potentia fortitu
dinis eius, & pax uobis multa, & gratia à deo & dño noſtro IESV CHRI-
STO miniſtretur. Amplectimur & oſculamur, ac ſi præſentes, charitatẽ ue-
ſtram, in unitate ſpiritus, & in uinculo pacis & charitatis CHRISTI: pro-
pter quod chariſſimi expectantes ſatagite immaculati, & inuiolati inueniri in
pace, & domini noſtri longanimitatẽ ſalutẽ arbitramini. Sicut & chariſſimus
Epiſtolæ Pauli frater noſter PAVLVS, ſecundũ datam ſibi ſapientiã ſcripſit uobis, ſicut in
omnibus epiſtolis loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intel
D lectu, quæ indocti & inſtabiles deprauãt, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam
perditionem. Vos igitur fratres præſcientes cuſtodite, ne inſipientiũ errore
tranſducti, excidatis à propria firmitate: creſcite uero in gratia & cognitione
domini noſtri IESV CHRISTI & ſaluatoris. Vos aũt chariſſimi, memo-
res eſtote uerborũ quæ prædicta ſunt ab apoſtolis dñi noſtri IESV CHRI-
2. Timoth. 3. STI, qui dicebant uobis, quoniam in nouiſſimo tempore uenient illuſores,
ſecundũ ſua deſideria ambulantes in impietate, hi ſunt qui ſegregant ſemet-
ipſos, animales, ſpiritũ non habentes. Vos autem chariſſimi ſuperædificantes
uoſmetipſos ſanctiſſimæ ueſtræ fidei in ſpiritu ſancto orantes ipſos uos in di
lectione dei ſeruate, expectantes miſericordiã domini noſtri IESV CHRI-
STI, in uitam æternã. Et hos quidẽ arguite Iudaicos, illos uero ſaluate de igne
rapientes, aliis autẽ miſeremini in timore, odientes eam, quæ carnalis eſt, ma-
culatã tunicã. Ei autem qui potens eſt uos cõſeruare ſine peccato, & cõſtituere
re ante cõſpectũ gloriæ ſuæ immaculatos, in exultatione ſoli deo ſaluatori no
ſtro, per IESVM CHRISTVM dominũ noſtrum, gloria, magnificentia,
& imperiũ, & poteſtas ante omnia ſecula, & nunc & in omnia ſecula ſeculo-
rum, Amen.

IN PRIMAM EVARISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

Diu multumq; de receptis eccleſiæ inſtitutis cogitantem, torſit me aliquandiu illa in ſpeciem ambitioſa, de diaconis ceremonia, præſertim cui ne ullæ ueteris illius

A lius functionis reliquiæ apparerent. Eam tamen ut nõ libuit indicta cauſſa cõdemnare, ita uiſa eſt inſolentior, quàm ut credi à quoquam facile poſſit apoſtolos habuiſſe
autores. Reliqua enim eccleſiæ ex magna parte eius ſunt loci, ut etiãſi ocioſa pleriſq;
uideantur, ipſæ tamen qualeſcunq; ruinæ ſatis declarant, quàm ab honeſto principio
degenerauerint Hæc autem ſola, extra cæterarũ propè omniũ ſortẽ, regium quendã
imitata apparatũ, in eo tantũ occupata eſt, ut nõ modo epiſcoporũ, eos dico qui in ec
cleſijs hodie ſacrificant, iuſſa capeſſant, uerũ & ad nutũ inſeruiant. Deoſculantur eñ
manus, mouent capita, deducunt, reducunt ad altaria, atque demũ hic omnia licet cõ *Leuitæ hodie*
ſpicere, quæ uel in potentiſſimi regis aula poterãt accidere. Anacleti autem epiſtolã *uocantur.*
cũ legiſſem, & eam quæ nunc in manibus eſt Euariſti, ſtatim animaduerti circa diaco
nos uſu ueniſſe, quod nuſquã nõ, nimirũ ab honeſtis partibus, rem in mollitiẽ quan-
dam decidiſſe, & à loco quem poterat cũ dignitate tueri, in nugas quaſdã plus quàm
pueriles uocatam. Præter alia enim, quæ eſſent diaconorũ curæ credita, hoc erat non
poſtremũ, ut obſeruarent tanquam excubitores, epiſcopos omnibus modis rebus ſa-
cris intẽtos, atque hac de cauſſa de ſe parum ſollicitos, ne aduerſariorũ incurſione, id
quod factum fuiſſe ueriſimile eſt, ſacra turbarentur, aut aliquà ipſis rei ſacræ operan-
tibus noceretur. Proinde iſtiuſmodi inſidijs cum eſſent omnia ſuſpecta, fuere aliquan
diu ab oculis epiſcoporũ. Nũc cum altiſſima ſit, quod huc pertinet, ſecuritas, poterãt
illa pulchre abrogari, ne, quod ſolet fieri, dum illa paulo acutioribus riſum mouent,
dent etiam occaſionẽ, qua de maximis quibuſq; nihilo melius ſentiant. Hactenus de
diaconis. Cæterũ quod ad matrimoniũ pertinet, docet Euariſtus ea tantummodo ra-
ta eſſe debere, quæ teſte populo, ſolenni ritu eſſent peracta, oblatiõe antea facta. Hic
B nõ dubito exorituros, qui tanquam anile, hoc quicquid eſt rei, putẽt abijciendũ. His
uelim in memoriã ueniat noſtrorũ ſeculorũ ſiniſteritas, quo uix utcunq; durãt nuptiæ
his auſpicijs, quæ ab Euariſto præſcribũt exorſæ. Quid ergo futurũ exiſtimamus, ſi
clandeſtino id fiat aſſenſu, remotis arbitris? cũ facile cuiq; eſſet, quod recepiſſet uxo-
ri inficiari, aut pro re nata excludere omnino quam habuiſſet uſurariam. Oblationũ
uero eiuſmodi quæ fiebant nuptiarũ die, meminit etiam Tertullianus in eo libello cui
titulũ feçit De corona militis, cũ ſcilicet quædam cõferrent in menſam, quæ in eccle
ſia tum publice pauperibus ſeruiebat, ut & ad illos tanquam partes celebritatis huius
peruenirẽt, unde reficerentur. Eius nimirum rei ſunt in hunc uſq; diem, niſi fallor, in
Germania, ex ipſa uetuſtate durantia ueſtigia. A ſacro enim ut primũ fuerint cũ no-
ua nupta reuerſi domũ, pro ipſis foribus, miſſilia quædam in cõfluentem turbã, quæ
officij gratia comitat, pro cuiuſq; facultatibus mittunt.

PRIMA EVARISTI-

EPISTOLA AD ECCLESIAM AFRICANAM.

DILECTISSIMIS fratribus, uniuerſis Africæ regionis epiſcopis, EVARISTVS. Cõſulentibus uobis fratres chariſſimi, quid ſuper his quæ in ueſtris continebantur ſcriptis, ui
ſum nobis eſſet, uel quid docilis ratio perſuaderet, aut quid
à beatis apoſtolis nobis traditũ, aut cuſtoditum remaneret,
optantes, ut retuliſtis, noſtris inſtrui documẽtis. Siquidem
dilectio ueſtra normam ſequuta prudentiũ, ad ſedem apoſtolicam referre ma
luit, quaſi ad caput, quid deberet de rebus dubijs cuſtodire, potius quàm uſur *VII. diaconi*
patione præſumere. Diaconi, qui quaſi oculi uidẽt eſſe epiſcopi, in unaquaq; *in qualibet ci*
uitate.

C ciuitate,iuxta apostolorũ constituta, septem debent esse,qui custodiãt episco

Diaconi custodes episcoporũ

pum prædicantẽ, ne ipsi ab insidiatoribus quoquomodo infestentur suis,aut uerba diuina detrahendo,aut insidiando polluantur,uel despiciantur,sed ueritas spiritali redoleat feruore,pax prædicata labijs, cum uoluntate animi concordet. Similiter custoditũ & traditũ habemus,ut uxor legitime uiro iungatur,aliter enim legitimum,ut à patribus accepimus, & sanctis apostolis,eorumq; successoribus traditũ inuenimus,nõ fit coniugiũ, nisi ab his qui super ipsam feminã dominationem habere uidentur,& à quibus custoditur, uxor petatur,& à parentibus, ppinquioribus,sponsetur,& legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter,ut mos est,cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur,& à paranymphis,ut cõsuetudo docet,custodita,& sociata à proximis,tempore congruo petita,legibus detur,& solenniter accipiatur,& biduo uel triduo orationibus uacent,& castitatem custodiant,ut bonæ soboles generentur,& domino suis in actibus placeãt. Taliter enim placebunt,& filios nõ spurios,sed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter fratres charissimi,& merito illustres fide catholica suffragante,ita peracta legitima scitote esse cõiugia,aliter uero præsumpta cõiugia,aut adulteria, aut contubernia,aut stupra,uel fornicationes, potius q̃ legitima cõiugia esse nõ dubitate. Si uoluntas ppria suffragauerit,& uota succurrerint legitima: nã fructus diuinus est, præcepta diuina custodire,& à quoq; discedere præsumptionem fieri nulli dubiũ est. Cur ergo indignũ est unitate ecclesiæ custodiri statuta, eadem si omnes pariter & sentiamus & pronunciemus? Si aliter enim præsumpta fuerint,perdunt profecto ipsi transgressores seipsos,qui semetipsos decipiunt. Hæc cuncta,recitãda per omnes Africanas ecclesias,scriptà dirigite,& istis connectite quas adiunximus literas prophetarũ. Vnde his qui inique laudantur,si quid tale probari poterit,iudiciũ fiat,& inhibita coërceãtur,& præterita mala,& illicita coniugia coërceantur, & admissa digna seueritate corrigantur. De cætero uero caueantur alia per omnes ecclesias, ne ecclesiæ sanctitas,per uestram fatigata negligentiam, perdat priuilegia,quæ est per uiros uenerabiles cõsequuta. De his uero quibus ab insidiatoribus fatigamini,unde & nos consulere inter cætera uoluistis,eò quod sint quidam qui arbitrantur de patre solo dictũ esse,quia ipse solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem,ita eos apostolicis repercutite ferulis, & diuinis redarguite præceptis. Non enim solus pater sine filio,lucem inaccessibilem habitat, quia ubi pater est,ibi etiam filiũ esse indubitabili fide credendũ est: nam si solus pater sine filio,quod dicere nefas est,lucem habitat inaccessibilem,necesse est ut sequestratam pater à filio habeat mansionem. Quod si ita est, quonam modo idem filius ad dexteram patris stans, à beato martyre Stephano dicitur conspici. Sed nec pater solus dicitur sedibus contineri,absit hoc à sensu fidelium, CHRISTO in unitate fidei adhærentiũ: quoniam sicut nõ obest filio,cũ solus pater dicitur lucem inaccessibilem habitare,ita nõ obest patri, cum sapientia,quæ est filius,gyrũ cœli sola dicitur circuire. Pater itaq; cum sit inuisibilis, & in-

Hæresis de luce inaccessibili

Actuum 7.

D

A &ingenitus,in filio uisus apostoli testimonio comprobatur,& in filio,à se inenarrabiliter genito,mansisse ac requieuisse monstratur. Ipso filio in propheta loquente: Qui genuit me,requieuit in tabernaculo meo. Et in euangelio: Pater in me manens facit opera hæc. Et deum nemo uidit unquam,nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris. Si in sinu patris erat filius ab initio,& ex corde patris uerbũ bonum eructatũ est, quomodo in corde paterno cõsistens,lucẽ cum eodem nõ inaccessibilem habitasse credendus est? Nũquid pater absq; ulla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij sine eodem potuit requiescere? Cum idem filius candor sit æternæ lucis,& speculũ sine macula deitatis,quam Salomon super salutẽ suam dilexisse se dicit, in cuius specie semper delectari gestiuit: Super salutem & speciem,inquit,dilexi illam,& pro luce proposui habere eam,quoniã inextinguibile est lumen eius. Hanc igitur lucem Dauid propheta desiderans,anxius proclamabat dicens: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam.& iterũ: In lumine tuo uidebimus lumen. Cuius igitur luminis claritate, filius seipsum in mõte tribus discipulis præostendit, qui metu mortis perterriti,prostratiq; in faciem,finem sibi uitæ adesse senserunt. Hanc,inquam,lucem in se fuisse demonstrans filius proclamabat,& ut in eadem incederent, discipulos præmonebat: Dum lucem habetis,inquit,ambulate in luce. Et iterũ: Ego sum lux huius mundi,qui sequitur me,nõ ambulat in tenebris,sed habebit lumen uitæ æternæ. Et Euãgelista: Erat lux uera quæ illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Si hæc lux quæ credentibus permittitur,in filio esse probat, & cum æterno æterna esse dicitur,quomodo à uobis ab inaccessibili lucæ patris separatur? Si enim filius deus uerus, & uita æterna est,sine dubio in hac luce simul cũ patre habitare credendus est, quam nullus modo nostrũ,hoc mortali corpore cõstitutus,potis est aliquatenus contueri,sed cũ apparuerit,tunc uere illũ uidebit,sicuti est qui eius cõspectibus dignus fuerit coaptari. Et nõ sicut Moyses,cæteriq; prophetæ per enigmata & figuram,sed ipsam ueraciter in filio, secundũ apostolum, cõtuebitur deitatis imaginem. Nam si hunc eundemq; prophetæ testimonio subsequenter sereno mentis intutu inuestigare uolueris,inuenies filiũ non posse ab hac luce patris penitus separari: quoniã cum solũ filium dixerit in terra cum hominibus conuersatũ,patrem ab illo nõ fieri alienũ. Si testimoniũ enim hominum accipimus,testimoniũ dei maius est: quoniã hoc est testimoniũ dei qd' maius est,quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filiũ dei,habet testimonium quod testificatus est de filio,& hoc est testimoniũ,& uitam æternã dedit nobis deus,& hæc uita in filio eius est. Qui habet filiũ,habet uitã: qui non habet filiũ dei,non habet uitã. Hæc scribo uobis,ut sciatis, quoniã uitã æternam habebitis,qui creditis in nomine filij dei,& hæc est fiducia quã habemus ad eum,quia quodcunq; petierimus,secundũ uoluntatẽ eius,audit nos,& scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulemus ab eo: qui scit fratrem suũ peccare peccatũ non ad mortem,petat,& dabitur ei uita peccanti nõ ad mortem. Est peccatũ ad mortem,

Ioan.14. *Ioan.1.* *Psal.44.* *Sap.17.* *Psal.42.* *Ioan.17.* *Ioan.12.* *Ioan.1.*

B

Petentes secundum uoluntatem dei, exaudimur.

C non pro illo dico ut roget quis: omnis iniquitas peccatū est, & est peccatū ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo, nō peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus nō tangit eum. Scimus quia ex deo sumus, & mūdus totus in maligno positus est. Et scimus quoniā filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum deū, & simus in uero filio eius, hic est uerus deus, & uita æterna. Hæc fratres prædicate, hæc omnibus nunciate, uos uero inuicem exhortamini, perfecti estote, semperq; gaudete: pacem autem sectamini omnes, & deus pacis & dilectionis erit uobiscū. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorū, Amen. Data IX. Cal. Aprilis Valente & Vetere VV. CC. COSS.

Lego doctissimorum uirorū iudicio, Viris Clarissimis cōsulibus.

IN ALTERAM EVARISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

ECclesiæ, cuius sancti modulatissima inter se proportione membra sunt, Christus constituit hæc epistola caput & sponsum, cuius dicto ita per omnia iubet sponsam esse audientē, ut in animū nihil sibi facere inducat, nisi id ex summa mariti uoluntate fiat. Eius uero sponsæ paranymphos quodammodo, episcopos facit, quibus hoc datum est negocij, dent operam ne ullæ adulterij speciei obnoxia fiat. Adulterij autē tum de se præbet suspicionem, cū præ nugis quibusdam hominū, segnius obit quod à uero marito in mandatis habet, aut cum pastorū partes his credas, quorum fidem in leuiusculis nō sis ad plenum ante periclitatus. Qui cū hoc maxime spectare debebāt, ut à procorum lenocinijs tuta esset sponsa, uolentes accersunt discrimina, ex pernicie ouium, Christiq; coniuge cōstuprata precium, atq;, si dijs placet, popularē etiā plausum sperantes. Cæterū accusationis episcoporū, quoniam nulla epistola non meminit, & propediem aliās erit opportunior locus, quo id tractem exquisitius, satis fuerit, si in præsentia rem ueluti suspensa manu attingam. Non quilibet temere est ad eorum insectationem admittendus, nisi illustria quædam bene actæ superioris uitæ extent exempla, ne litem aliqui maleuolentia non re ipsa adducti, intendere malint, quàm iusto sacramento contendere. Quod autē circa episcopos obseruari uult Euaristus, uelim posset eadem opera persuaderi omnibus iudicibus, quemadmodū enim innocens esse nullus poterit, dicēte Iuliano Cæsare, si accusasse sufficiet, ita tranquille uiuere nunquam satis licebit, si quibuslibet promiscue sit præbitum hoc accusationis tanquam telum, quod impune in optimos quosq; pro libidine detorqueant.

ALTERA EVARISTI
EPISTOLA AD FRATRES AEGYPTI.

EVARISTVS urbis Romæ episcopus, omnibus per Aegyptum domino conglutinatis fratribus in domino salutē. Vnum nos fratres sentire oportet & agere, ut sicut legimus, in nobis unū cor, & una anima esse ꝓbetur. Scimus nanq; sicut & à patribus accepimus, CHRISTVM esse caput, cuius & membra sumus: ipse enim sponsus, & ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus, & ideo unū patrem habemus deum in cœlis. Sacerdotes uero uice CHRISTI legatione funguntur in ecclesia, & sicut ei sua est cōiuncta sponsa, id est ecclesia, sic episcopi iunguntur ecclesiæ unicuiq; proportione

Christi sumus membra.

Ecclesiæ sponsus est Christus

A tione sua: Et sicut uir nō debet negligere uxorem suam, sed diligere, & caste custodire, & amare, atq; prudenter regere, sic & episcopus debet ecclesiā suā. Et uelut uxor quæ sub manu est uiri, obedire debet uiro suo, eumq; amare, & diligere, ita debet etiam ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumq; amare, & diligere ut animā suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut uir nō debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiā suam, id est ut illam dimittat, ad quā sacratus est, absq; ineuitabili necessitate, aut apostolica uel regulari mutatione, & alteri se ambitu coniungat. Et sicut uxori nō licet dimittere uirū suum, ut alteri se, uiuente eo, matrimonio societ, ut eū adulteret, licet fornicatus sit uir eius, sed iuxta apostolū, aut uiro suo debet reconciliari, aut manere innupta, ita ecclesiæ non licet dimittere, aut ab ea segregare episcopū suum, ut alterū uiuente eo accipiat, ut fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Nā si adulterata fuerit, id est si se alteri episcopo iunxerit, aut sua per se alterū episcopum adduxerit, aut esse fecerit, uel desiderauerit, per acerrimam pœnitentiā, aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. Vnde & dominus in euangelio loquitur, dicens: Si quis uiderit mulierem ad cōcupiscentiam, iam mœchatus est eam in corde suo. Episcopū uero oportet opportune & importune, atq; sine intermissione ecclesiā suam docere, eamq; prudenter regere, & amare, ut à uitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia, eius doctrinā debet suscipere, eumq; amare & diligere, ut legatum dei & præconem ueritatis: quia attestante ueritate, B quodcunq; ligauerit super terram, erit ligatū & in cœlo, & quodcunq; soluerit super terram, erit solutū & in cœlis. Nimis timenda est fratres hæc sententia, & præuidendū uobis, ne offendatis eos, qui tantā à domino habent potestatē. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summopere sunt uenerandi, nō detrahendi, uel lacerandi, aut eijciendi, sed amandi, ipso dicente domino: Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit. Ideo & uobis omnibus fidelibus scribimus fratres, ut ab his uos caueatis, & posteris uestris non malū, sed bonū exemplū relinquatis, quoniā iniuria episcoporū ad CHRISTVM pertinet, cuius uice funguntur. Audiuimus enim quosdam à uobis infamatos, & dilaceratos episcopos, à ciuitatibus propulsos, quia alibi episcopi constitui nō possunt, nisi in ciuitatibus nō minimis, & alios in eis ipsis uiuentibus cōstitutos: Ideo hæc uobis scribimus, ut sciatis hoc fieri nō licere, sed proprios reuocari, & integerrime restitui debere: illos uero qui adulterina fœditate suas sponsas, quas & uxores eorū præfixo tenore esse intelligimus, tenent, eijci ut adulteros atq; infames fieri, eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquā quærelam habueritis, his peractis, inquirendū erit & autoritate huius sanctæ sedis terminandū. Et ne omnia nunc singillatim dicamus, omne bonū, si ipsa per se in uobis fuerit, charitas facere uos docebit, sicut è contrario eos qui à salute alieni sunt, omne malū facere odium docet. Vnde & uos qui ueri dei estis discipuli, abijcite à cordibus uestris ante omnia discordias, & animorū dissensiones, ex quibus omne opus malū procedit, &

Collatio episcopi & boni mariti.

Viris datū est aliquid etiā ad scelera ipsis mulieribus maius, atq; hoc ob dignitatē sexus, & creationis, ita in legibus xij. tab. mulier in adulterio si sit deprehensa, ius sit uiro occidendi eam, uirum aūt deprehensum, mulier ne quidē digito attingat. Nec multo aliter est in Deut.

Charitas optimus est bonorū præceptor.

C benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate. Veruntamen ſcitote cuncti quia ſupra omnes uos laboret epiſcopus, quia unuſquiſq; ueſtrũ ſuum proprium fert laborem, ille uero & ſuũ, & ſingulorũ. Et ideo ſicut ille pro uobis omnibus, ita & uos omnes pro eo ſummopere laborare debetis: in tantũ ut ſi etiam neceſſe fuerit, animas ueſtras pro eo ponatis, ſicut & ipſe animã ſuam
Ioan. 10. pro uobis, ſi neceſſe fuerit, ponere debet, ipſo dicente ſaluatore: Bonus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis. Vos uero obedite eis, & uigilate pro eis, quia ipſi peruigilant, quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri, ut cũ gaudio hoc faciant, nõ gementes. Non eſt itaq; à plebe, aut uulgaribus hominibus ar
Mali epiſcopi & principes ex peccatis noſtris nobis contingunt. guendus, uel accuſandus epiſcopus, licet ſit inordinatus, quia pro meritis ſubditorum, diſponitur à deo uita doctorũ, exemplo Dauid peccantis, ad cõparationem principũ, qui ex merito plebis præuaricãtur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorũ, & ſagaci ſolicitudine unumquemq; probare,
Hiere. 6. iuxta teſtimoniũ domini ad Hieremiã dicentis: Probatorem, inquit, dedi te populo meo robuſtũ, & ſcias & probabis uiam eorũ. Ideo iſta dico, quia inſidiator ſæpiſſime ſolet conuertere in malũ, & in electis ponit maculã. Vnde ſi qui ſunt uituperatores, aut accuſatores epiſcoporũ, uel reliquorũ ſacerdotum, nõ oportet eos à iudicibus eccleſiæ audiri, ante quàm eorũ diſcutiatur æſtima
D tionis ſuſpicio, uel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua cõſcientia, quóue merito, ſi pro deo, aut pro uana gloria, aut inimicitia, uel odio, aut
Hæc fuit cauſſa cur diſcreta etiam hodie habeant iudicia, quod nonnulli iam odio profeſſionis, crimina epiſcopis impingerẽt, à quibus alieni erãt cupiditate iſta ſumpſerint nec ne. Hæc omnia fideliter ſunt perſcrutanda, & diligenter pertractanda: Nam ſunt nõnulli qui præpoſitos ſuos peruerſe reprehendũt, ſi uel parũ ipſis moleſti extiterint, idcirco recto oculo primates ecclesiarum utiliter præuideant, ne quiſquam eorũ innocens uexetur, aut ſcandalizetur, intendentes ſententiæ domini, quæ ait: Si quis ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis, melius eſt illi ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris, & reliqua. Deus omnipotens ut nos à præcipitan
Gen. 18. tis ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, prius quàm manifeſte agnoſceret, quæ dicebantur. Vnde ipſe ait: Deſcendam & uidebo utrũ clamorem qui uenit ad me, cõpleuerint, an non eſt ita, ut ſciam. Deus omnipotens cui nihil abſconditũ eſt, ſed omnia ei manifeſta ſunt, etiam ante quàm fiant, non ob aliud hæc & alia multa, quæ hic prolixitatem uitantes, non inſeruimus, per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut nobis exemplũ daret, ne præcipites in diſcutiendis & iudicandis negocijs eſſemus, & ne mala quorundã prius præſumamus credere, quàm probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendã ſententiam unquam præcipites ſimus, aut temere, indiligenterq; indiſcuſſa quæq;
Ne ſimus ad iudicandũ præcipites. quoquomodo iudicemus, dicente ueritatis uoce: Nolite iudicare, ut nõ iudicemini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nam mala audita nullũ moueant, nec paſſim dicta abſq; certa probatione quiſquam unquã credat, ſed ante audita, diligenter inquirat, ne præcipitando quiddã aliquis agat. Si enim dominus omniũ Sodomorũ mala, quorũ clamor ad cœlũ uſq; peruenerat,

A nerat, omnia ſciens prius, nec credere, nec iudicare uoluit, quàm ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat, opere ueraciter cognoſceret. Multo magis nos humani & peccatores homines, q bus incognita ſunt occulta iudicia dei, hæc præcauere, & nullũ ante ueram iuſtamq; probationẽ iudicare, aut damnare debemus: manifeſte apoſtolo dicẽte Paulo, qui ait: Tu
Rom. 14. quis es, qui iudicas alienũ ſeruum? ſuo enim domino ſtabit aut cadet. Vnde per prophetã Dauid, dominus loquitur, dicens: Nolite exaltare in excelſum
Pſal. 74. cornu ueſtrũ, loquentes in ceruice ueteri: Quia neq; ab Oriente, neq; ab Occidente, neq; à ſolitudine montium: ſed deus iudex hunc humiliabit, & hunc exaltabit, quia calix in manu domini, & uino meraco ad plenũ mixtus, & pinabit ex eo: Veruntamen feces eius potabunt uiuentes omnes impij terræ:
Pſal. 75. Ego autẽ annũciabo in ſempiternũ, pſallam deo Iacob. Et alibi idem ait propheta: Ab increpatione tua deus Iacob, conſopitus eſt & currus & equus, tu terribilis, & quis ſtabit aduerſum te? extũc ira tua: De cœlo auditũ feciſti iudicium, terra timuit & tacebit: Cum ſurrexerit ad iudicandũ deus, ut ſaluos faciat omnes mites terræ. Et Apoſtolus ait: Mihi uindicta, ego retribuã. Et ali-
Rom. 12. 2. Cor. 2. bi idem inquit Apoſtolus: Sufficit unicuiq; obiurgatio, quæ fit à pluribus, ita ut magis donetis & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui in anguſtia eſt. Propter quod obſecro uos, ut confirmetis in illo chari
B tatem. Et dominus in euangelio ait: Dilige dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & proximũ tuum ſicut teipſum: dilectio enim proximi malũ nõ operatur. Propter quod, iuxta Apoſtolum, inexcuſabilis es homo omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alte-
Rom. 2. rum, teipſum condemnas, eadem enim agens quæ iudicas: ſcimus enim quoniam iudiciũ dei eſt ſecundum ueritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas aũt hoc ò homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans, quoniã benignitas dei ad pœnitentiam te adducit: Secundum duritiam autem tuã, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet unicuiq; ſecundũ opera eius.

In uetuſtiſſimo codice, quo ſumus uſi, deerant aliquot paginæ, quod effecit ut inchoatam haberemus iſtam Euariſti epiſtolam, & Alexandrum ἀκέφαλον.

IN FRAGMENTVM ALEXANDRI ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

DIuinitus ferè ita eſt cõparatũ, ut quo quidq; eſt melius, hoc plures habeat perundi cauſſas. Et quemadmodũ ueteri prouerbio dici conſueuit, bonũ uirum ſolere uel murem mordere, ita in libros, ut quiſq; eſt maioris precij, indulſit ſibi pluſcu-
lum tanquam iure ſuo, malus quidã genius. Peſſimorũ enim librorũ uidemus ubiq; magnũ prouentũ, eorumq; miram impunitatem. Bonorũ autem inopiam maiorem quàm cuiq; ſit facile creditu, atq; illa ipſa paucitas quibus iniurijs non eſt expoſita: ut interim taceam blattas, tineas, puluerem, ſitũ, fatalia librorũ incommoda, quibus nõ pœnitenda librorũ pars interijt, quotam librorũ deniq; partem ſupereſſe huic publi-

cæ calamitati uidemus, quæ Germaniam nunc propemodũ exhauſit. Id uero quod A
ſupereſt, tanquam ſingulari ſe ſcelere obligarit, quàm miſeris modis diſcerpitur, tor-
quetur, dum quiſq; ingenio ſuo fauens, audacia pro ſapientia uti mauult. Nondũ er-
go conſtitui cui imputem epiſtolæ iacturam, quod unũ poſſumus, dolemus non lí-
cere integras exhibere his, quibus hanc qualemcunq; induſtriam uolebamus proba
ri. Cogitent interim candidi lectores, nõ minus eſſe ingenuum bene uoluiſſe, q̃ præ-
ſtitiſſe, præſertim cum in manu non ſit ſarcire, quod uel temporũ iniuria intercidit,
uel ex induſtria à quibuſdam noxæ deditũ eſt. Id uero quod extat, uerſatur in laude
trinitatis, quam tamen inenarrabili uia unitatem eſſe contendit.

FRAGMENTVM EPISTOLAE ALEXANDRI PERQVAM ERVDITVM.

C IDEM quoq; ſanctæ trinitatis ſic docendam à patribus acce-
Eſaiæ 6. pimus, uobiſq; tradendam ſubditis deſtinamus. Eſaias nanq;
propheta ait: Vidi dominũ ſabaoth ſedentem ſuper thronum
excelſum, & ſeraphim ſtabant in circuitu eius, ſex alas uni, &
ſex alas alteri: Duabus uelabant faciem, duabus aũt uelabãt pe
des, & duabus uolabãt, & clamabant ad alterutrũ, dicentes. Sanctus, ſanctus,
ſanctus, dominus deus ſabaoth. Si trinitas non eſt, quare tertio ſanctus dixe-
runt? Aut ſi unitas nõ eſt, quare ſub trina repetitione unũ deum ac dominũ
intimarunt? Si trinitas nõ eſt, cur in Geneſi dicitur, dixit deus, fecit deus, &
benedixit deus? Si trinitas nõ eſt, quare tertio deus, & deos plurali numero
Exodi 34. non cõmendauit? Si trinitas nõ eſt, quare in Exodo dictũ eſt tertio: Domine,
domine, domine miſerator & miſericors? ſi unitas non eſt, quare dum tertio
domine diceret, poſtea miſerator, & miſericors, ſingulariter dicit, & nõ miſe
Gen. 18. ratores, ut plures oſtenderet imitauit? Si trinitas nõ eſt, cur Abraham ad ili-
cem Mambræ ſedẽs, uelut occurrẽs uni, domine dixit, & nõ ut uiderat, tribus
D ſalutationis obſequiũ reddidit. Si trinitas nõ eſt, cum Moyſi deus Abraham,
deus Iſaac, & deus Iacob diceretur, cur unitatem oſtendens hoc mihi nomen
eſt dixit, non hæc ſunt noſtra nomina deſignauit? Si trinitas nõ eſt, quare Da
Pſal. 66. uid tertio dixit: Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus? ſi uni-
tas nõ eſt, quare cum deum tertio nominaſſet, benedicat dixit, & nõ benedi-
cant adiunxit? Si trinitas non eſt, cur Eſaias denuo dicit, dominus deus ſaba-
oth, deus Iſraël, qui ſedes ſuper cherubim? ſi unitas nõ eſt, quare qui ſedes di-
xit, & nõ qui ſedetis aſtruxit? Si trinitas nõ eſt, quare in Regnorũ libro dici-
tur, dominus deus omnipotens, dñs deus Iſraël, ſermones tui fideles ſunt? ſi
unitas nõ eſt, quare tui dicitur, & nõ ueſtri potius intimatur? Si trinitas non
Pſal. 59. eſt, cur in pſalmo cantatur: Domine deus uirtutum deus Iſraël, intende ad ui-
ſitandas omnes gentes? ſi unitas nõ eſt, quare intende poſuit, & nõ intendite
intimauit? Si trinitas non eſt, quare in Apocalypſi tertio dicit, ſanctus domi-
nus deus omnipotens, qui eſt, & qui erat? ſi unitas nõ eſt, quare non qui ſunt,
& qui erant pluraliter deſignatur? Si trinitas nõ eſt, quare in Deuteronomio
Deut. 4. dictũ eſt: Dominus deus tuus miſericors eſt, & audiet uocem tuam? ſi unitas
non

A nõ eſt, quare audiet, & nõ audient intimauit? Si trinitas nõ eſt, quare in Hyeſu
dicitur libro, deus deus eorum eſt? ſi unitas nõ eſt, quare eſt dixit, & nõ ſunt
more loquutionis induxit? Si trinitas non eſt, quare Helias adorando, domi
3. Reg. 18. ne domine deus Iſraël, oſtẽde quia tu es deus meus dixit? ſi unitas nõ eſt, qua-
re oſtende, & nõ oſtendite poſuit? Si trinitas non eſt, cur Mardochæus oran
do, domine domine deus omnipotẽs, omnia in poteſtate tua ſunt dixit? ſi uni
tas non eſt, quare in tua poſuit, & nõ in ueſtra ſignificauit? Si trinitas nõ eſt,
cur etiam Iudith orando dixit, domine domine deus omnipotens omniũ uin-
Iudith. 6. tutum, reſpice in orationem meam? ſi unitas non eſt, quare reſpice, & non re-
ſpicite deſignauit? Si trinitas nõ eſt, quare in Hieremia dicitur, dominus deus
Hiere. 10. ueſter deus uerax eſt? ſi unitas nõ eſt, quare uerax eſt dixit, & nõ ueraces po-
tius intimauit? Si trinitas nõ eſt, cur in Apocalypſi ſcriptũ eſt, dominus deus
Apoc. 1. & ſpiritus prophetarũ miſit angelum ſuum, oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet
fieri cito? ſi unitas nõ eſt, quare cum patrem & filiũ & ſpiritũ ſanctum nomi-
naſſet, miſit dixit, & nõ miſerunt, ſub * prætaxato triũ perſonarũ & nominũ
introduxit? Si trinitas nõ eſt, quare in Deuteronomio dicitur, dominus deus
Deuter. 6. ueſter hic eſt deus? ſi unitas nõ eſt, quare hic eſt, & non hi ſunt plurali nume
ro deſignauit? Si trinitas nõ eſt, quare in eodem dicitur libro, dominus deus
tuus, deus magnus & potens eſt? ſi unitas nõ eſt, quare magnus & potens ſin
gulariter nominantur? Si trinitas nõ eſt, cur Tobias cum filium ſuũ in Rages
Tob. 7. B ciuitatem, cum Raphaëlo angelo mitteret, benedicens eos ita dixiſſe docetur.
Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob, ipſe impleat benedictionem ſuam in
uobis? ſi unitas nõ eſt, quare ipſe impleat dixit, & nõ ipſi impleãt intimauit?
Poſtremo ſi trinitas nõ eſt, quare dominus diſcipulos ſuos in nomine patris,
Matth. ult. & filij, & ſpiritus ſancti uniuerſas gentes diſpoſuit baptizare? ſi unitas nõ eſt,
quare in nomine dixit, & nõ nominibus præcipiendo perdocuit? Si trinitas
Rom. 11. nõ eſt, quare apoſtolus Paulus ait: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia?
ſi unitas nõ eſt, quare ex ipſo poſuit, & nõ ex ipſis aſtruxit? Si enim certo cer
tius uolueritis unitatem, trinitatemq; agnoſcere, à ſæpe dicto doctore gentiũ
2. ad Cor. ult. apoſtolo, poteritis uniuerſa condiſcere, & ſequi catholicam fidem, & horũ re
ſpuere prauitatem. Gratia domini noſtri IESV CHRISTI, inquit, & chari
tas dei, & cõmunicatio ſpiritus ſancti, ipſe eſt patris & filij & ſpiritus ſancti gra
tia, & ſic fidem ſanctæ trinitatis, & intelligere, & diſcere, domino adiuuante,
pleniter poteſtis. Idcirco ergo chariſſimi, fidei regulas iuxta huius epiſtolæ fi
nem poſuimus, ut in eius confeſſione fideliter perſeueremus, & domino auxi
liante bonũ finem habere mereamur. Quicunq; ergo uoluerit amicus eſſe ſe-
culi huius, inimicus dei conſtituitur. Aut putatis, quia inaniter ſcriptura dicit?
Ad inuidiã concupiſcit ſpiritus qui habitat in uobis, maiorem autem dat gra-
1. Pet. 5. tiam: propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã.
Subditi igitur eſtote deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à uobis. Appropin
quate domino, & appropinquabit uobis: & mundate uobis manus peccato-
res, & purificate corda uobis duplici animo: Miſeri eſtote, & lugete, & plora

C te, risus uester in luctum conuertatur, & gaudiū in mœrorem: Humiliamini
Iacobi 4. in conspectu domini, & exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrū fratres mei,
quia qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat
legem: si autem iudicat legem, nō est factor legis, sed iudex. Vnus est enim le-
gislator & iudex, qui potest perdere & liberare: tu autem quis es qui iudicas
Iacobi 5. proximū? Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ adue-
nient uobis: diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis co-
mesta sunt: Aurū & argentū uestrū eruginauit, & erugo eorū in testimoniū
uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis: Thesaurizastis uobis irā
in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones ue-
stras, qui fraudatus est à uobis clamat, & clamor eorū in aures domini Saba-
oth introibit. Aepulati estis super terrā, & in luxurijs enutristis corda uestra
in die occisiōis cōdemnastis & occidistis iustū & nō resistit uobis. Væ fratres
his per quos tribulant, uos uero quantū amplius tribulamini, tantū purgatio-
res atque beatiores efficiamini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit suppor-
tata. Vnde & ipsa ueritas per se dicit: Beati qui persequutionē patiuntur pro-
Math. 5. pter iustitiam. Et alibi: Beati eritis cū uos oderint homines, & persequuti fue-
rint, & eiecerint nomen uestrū tanquam malū: gaudete in illa die, quoniam
merces uestra multa est in cœlo. DATA IX. CAL. AVGVST. Traia-
no & Eliano VV. CC. COSS.

FRAGMENTI EPISTOLAE ALE-
XANDRI FINIS.

IN SECVNDAM ALEXANDRI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

ORationū quanti sint fructus, declarat hæc epistola, ad quas magnopere nos in-
uitat, eam tamen magis celebrat, quæ cōmuni multorū inter se adfectione fit.
Si enim Christianis debent omnia esse cōmunia, uotis etiam cōmunibus, quibus im-
petremus quod uolumus, opus esse docet. Si qui uero, ut necesse est in promiscua mul-
titudine aliquādo accidere, episcopos in ministerio importunius interpellant, aut tur
bant, eos arcendos aliquandiu à Christianorū cōmercio ducit, ut uel isthoc pacto, ad
cor reuersi, Christo lucrifiant. Próinde ad dilectionem mutuam hortatur, cum alios,
tum ipsos maxime episcopos, ut cōmunibus auxilijs, scuto fidei, & gladio uerbi ho-
stes profligāt, aut in ditionem redigāt. In eo certamine, ut humanitus fermè fit, si quē
ex fratribus uiderint durius acceptū, aut ab aduersarijs præualentibus proscriptū, iua-
bet eos qui integri etiam dum sunt condolere, ut ethnicos, si nullis alijs machinis de-
bellare possint, patientiæ tamen & concordiæ inter se glutino labefactent. Non enim
raro patientia plus proficitur, quàm si uel omnia omnium generum tormenta adhi-
beas, præsertim si animus nullius mali sibi conscius, innocentia pro muro uti poterit.

SECVNDA ALEXAN-
DRI EPISTOLA OMNIBVS FRATRIBVS SCRIPTA.

A DILECTISSIMIS fratribus, omnibus episcopis, per diuer
sas constitutis regiones, ALEXANDER episcopus. Nulli
fratres dubiū est, quia boni à malis semper persequutionem
patiuntur & tribulantur, propter quod nos humiliari opor
tet sub potenti manu dei, ut liberet nos in tempore tribula-
tionis: Nam sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuo- 1. Petri 5.
ret, sic diabolus nō cessat circuire & quærere, quos ex fidelibus perdat, & ma
xime illos, quos ardētiores in seruitio saluatoris, eiq; familiariores inuenerit.
Familiariores dico eos quos sibi sacrari, & in ordine apostolatus constitui uo
luit. Ipsi enim pro populo interpellant, & peccata populi cōmendant, quia
suis precibus & oblationibus ea delent atque consumunt: qui quanto digniо
res fuerint, tanto facilius pro necessitatibus quibus clamant exaudiūtur. Mul-
tum enim, ut ait beatus apostolus Iacobus, ualet deprecatio iusti assidua: qui Iacobi 5.
enim uos persequitur, ipsum, cuius uice legatione fungimini, persequitur. Quia
sicut ipse filius dei mediator fuit dei & hominū, ita & uos eius uice, in ecclesia
estis constituti, ut inter deū & homines legatione fungimini. Si quis autem le
gationem uestram impedit, nō unius, sed multorū profectum auertit. Et sicut
multis nocet, ita à multis arguendus est, & bonorū societate arcēdus, & quia
dei causſam impedit, & statū conturbat ecclesiæ, ideoq; ab eius liminibus ar-
ceatur ab omnibus, talis est cauendus, & nō in cōmunionē fideliū, usq; ad sa- Excommu-
B tisfactionem recipiendus. Est enim statū olim, ut qui statū conturbat ecclesiæ, nicatio.
ab eius liminibus arceatur, nec cum fidelibus cōmunicet, qui eorū bona auer
tit. Vos ergo si dilectionem habueritis adinuicem, & unanimes fueritis, facile
tales superare poteritis. Si uero, quod absit, discordes fueritis, & canino den- Canino dente
te uos derodere cœperitis, non solum eos nō superabitis, sed & uobis ipsis no arrodere.
cebitis, atq; ab eis superabimini, & innocentes forte peribitis. Qui autē ex ue-
stro collegio fuerit, & ab auxilio uestro se subtraxerit, magis schismaticus q; sa
cerdos esse probabitur. Ecce, inquit propheta, quàm bonū, & quàm iocundū
habitare fratres in unum. Illi uero nō in unum habitant, quia fratrū se solatio
subtrahunt, & quod deterius est, fratribus insidias præparant, aut laqueos po
nunt. De his enim & eorū similibus dominus per Oseam prophetā loquitur Oseæ 4.
dicens: Propter uos lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea: In
ea bestiæ agri, & uolucres cœli, sed & pisces maris congregabuntur: Verun-
tamen unusquisq; nō iudicet, & nō arguatur uir: Populus enim tuus sicut ini
qui contradicunt sacerdoti: Et corrues hodie, & corruet etiā propheta tecū:
Nocte tacere feci matrem tuam, conticuit populus meus, eò quod nō habue
rit scientiā: Quia tu scientiam repulisti, repellā te, ne sacerdotio fungaris mi-
hi: Et quia oblita es legis dei tui, obliuiscar filiorū tuorū, qui peccauerunt mi-
hi; Gloriam eorū & ignominiam cōmutabo, peccata populi comedent, & ad

C iniquitatem eorũ ſubleuabunt animas eorũ, & erit ſicut populus, ſic ſacerdos, & uiſitabo ſuper eum uias eius, & cogitationes eius reddam ei, & comedent, & nõ ſaturabuntur, fornicati ſunt, & nõ ceſſauere, quoniã dominũ dereliquerunt in non cuſtodiendo. Hæc cauete fratres, & bona ſemper agere feſtinate, quia in hoc cognoſcent omnes, dicit dominus, quoniã mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Bonum eſt nanq; procul dubio, & omnibus timentibus deum deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes, fratribusq; ſubuenire, & inuicem nõ ridere, ſed adiuuare. Nos ergo qui diſcipuli domini, & dici & eſſe cupimus, portare crucem CHRISTI, & compati fratribus debemus, & nõ qualcũq; eis inſidias aut foueas præparare quia tale nomen nõ mereẽ, qui fratribus foueam parat. Nolite errare fratres, quia deus non irridetur. Huius rei gratia uobis dominus cõmiſit eccleſiam ſuam, ut pro omnibus laboretis, & cunctis oppreſſis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per prophetam loquitur, dicens: Hæc dicit dominus, iudicate mane iudiciũ, & eruite ui oppreſſos de manu calumniantis, ne forte egrediatur quaſi ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & nõ ſit qui extinguat. Vos ergo qui in ſumma ſpecula à domino conſtituti eſtis, attendere eos, & opprimere

D oportet, qui inter fratres ſeditiones & ſcãdala excitãt, ne ſimul cum eis pereatis. Salutate omnes qui recte laborãt in euangelio CHRISTI, & iuſte gubernant nauẽ eius, ne cohabitantes in ea mergantur, aut ſuffocentur. Salutat uos omnis apoſtolica eccleſia in domino, Amen. DATA IX. CAL. NOVEMBR. Traiano & Eliano VV. CC. COSS.

Ioan. 13.

Ad Galat. 6.

Hiere. 22.

IN TERTIAM ALEXANDRI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

QVale debeat eſſe epiſcoporũ officium, docet hæc Alexandri epiſtola, nempe ut omne uitæ tempus in cognitione diuinarũ ſcripturarũ collocent. Atque ex ea leges uitæ hominibus præſcribant. Sicuti enim ut credam facile adducor, ex inſcitia ſcripturarũ quædam in eccleſiã redundaſſe, non ita ex præſcripto Chriſti, ita in ſpem uenio rem chriſtianam, & melius, & conſtantius habituram, ſi id ſtudiũ quod in prophanis quibuſdam rebus conſeneſcit, incipiant epiſcopi atq; presbyteri legi diuinæ addicere, ut qui Chriſti legatione funguntur, eius etiam mandata in procinctu habeant, cuius titulo præ cæteris apud homines conſpicui ſunt.

TERTIA ALEXANDRI EPIST. OMNIBVS PRESBYTERIS SCRIPTA.

ALEXANDER epiſcopus omnibus diuino ſacerdotio fungẽtibus, pax & miſericordia multiplicetur, & ſapientia atq; bona uoluntas in omnibus augeatur, & fructificetur à domino. Gratia dei ſumus, fratres chariſſimi, id qd' ſumus, idcirco nobis prouidendũ eſt, & oppido decertandũ, ne in ea uacui inueniamur, ſed eadem nobis cooperante gratia, fructũ domino plurimum reportemus,

1. Cor. 15.

A portemus, quod aliter fieri nõ poteſt, niſi ſapientiam ſcrutando, eiusq; præcepta lectionibus & hymnis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, uigilando, & uoluntatem eius, in quantũ ipſe largitus fuerit, perficere ſtudeamus. Nec enim negligendam gratiam nobis dominus dedit, ſed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim ſine ſimulatione in nobis eſſe & apparere debet: quia omnis qui odit fratrem ſuũ, homicida eſt: qui uero diligit eũ, in deo manet, & deus in eo. Vnde Apoſtolus ait: Nolite iudicare fratres in inuicem, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratribus uel ſcandalum. Et dominus inquit: Quod tibi nõ uis fieri, alteri ne facias. Et alibi: In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Et Salomon ait: Sacrificiũ ſalutare eſt, attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate: Summa enim iniquitas eſt fratres, detrahere & accuſare. Vnde ſcriptũ eſt: Omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt, & omnis homicida non habet partẽ, aut hæreditatẽ in regno dei. Et alibi: Cauete uos fratres chariſſimi, ne participes efficiamini, qd' abſit, malis eorũ: & nõ ſolũ uos cauete à talibus, ſed & alios cauere ab eis, & auertere docete. De his eñ dñs ait per

pphetã Michæã: Væ qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus ueſtris, in luce matutina faciunt illud, quoniã contra deũ eſt manus eorũ. Et cõcupierũt agros, & uiolẽter tulerũt, & domos rapuerũt, & calumniabant uirũ & domũ eius, uirũ & hæreditatẽ eius. Idcirco hæc dicit dñs: Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malũ, unde nõ auferetis colla ueſtra, & nõ ambulabitis ſuperbi, quoniam tempus peſſimũ eſt. In die illa ſumetur ſuper uos parabola, & cantabitur canticũ, cum ſuauitate dicentiũ: Depopulatione uaſtati ſumus, pars populi mei cõmutata eſt. Quomodo recedis à me, cũ reuertatur qui regiones noſtras diuidat. Propter hoc nõ erit tibi mittens funiculũ ſortis in cœtu domini. Ne loquamini loquentes: Non ſtillabit ſuper iſtos, non cõprehendet confuſio, dicit dominus Iacob: Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini, aut tales ſunt cogitationes eius? Nónne uerba mea bona ſunt cum eo qui recte graditur? Et è contrario populus meus in aduerſariũ cõſurrexit: Deſuper tunicã palliũ ſuſtuliſtis, eos qui tranſiebant ſimpliciter, conuertiſtis in belIum. Et contra de his qui accuſantur uel tribulantur, per Naum prophetam confortans eos, ſic loquitur dominus: Et confortans in die tribulationis, & ſciens ſperãtes in ſe. Et diluuio prætereunte cõſummationem faciet loci eius, & inimicos eius perſequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominũ, conſummationem ipſe faciet: Nõ cõſurget duplex tribulatio, quia ſicut ſpinæ ſe inuicem cõplectuntur, ſic conuiuiũ eorum pariter potantiũ: Conſũmentur quaſi ſtipula ariditate plena: Ex te exibit cogitans contra dominũ malitiam, mente pertractans præuaricationẽ. Hæc dicit dominus. Si reperti fuerint ita plures, ſic quoq; adtondenẽ & pertranſibit: Afflixi te, & non affligã te ultra. Facile eſt fratres uerbo fallere hominẽ, ſed nõ deum, ſapiens non eſt qui nocet, nec uir linguoſus in malũ ſe diriget in terra. Nihil uero mali uult qui fidelis eſt, malo enim & prauo ingenio fides aliena eſt, ait Apoſtolus: de infidelium ignoran-

Scrutari ſcripturas.

Rom. 14.

Ioan. 13.

1. Ioan. 3.

Ad Epheſ. 5.

Mich. 2.

B

Naum 1.

C tia. Si enim cognouissent, nunquam dominũ gloriæ crucifixissent: crucifigũt enim dominũ qui eum in sacerdotibus suis persequũtur, quia crux à cruciatu dicitur: magnũ uero cruciatũ sustinet qui uim patitur. Sed tamen qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, ecce ait Iudas apostolus, ueniet dominus in nubibus suis facere iudiciũ, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnẽ de omnibus operibus impietatis eorũ. Hæc fratres ualde timenda sunt, & perpendenda, ne ueniens unusquisq; ad iudiciũ, pœnã cũ impijs recipiat, sed cum iustis gloriã, quod pius dominus præstare dignetur, qui uiuit & regnat per secula cuncta. DATA CAL. MAI, Eliano & Vetere VV. CC. COSS.

IN XISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

XIstus ab apostolis sextus Rom. episcopus, trinitatis mysterium paucis attingit uerius quàm tractat, cui tanquam rei peruulgatæ, & quæ extra controuersiæ aleam esse debeat, ab omnibus, quotquot Christiano censemur uocabulo, assentiendum docet, aperte hoc præ se ferens, ut de rebus, quarũ agnitio nõ ad plenum nostræ imbecillitati constare possit, potius pie & liberaliter suspicemur, quàm ut curiosius & ob id incautius inuestigemus. Quod enim nostræ salutis interest, id fermè totũ satis est loco illustri, ut nec possit ignorari etiam ab his qui uel huius professionis limen ingressi fuerint. Trinitati autem sacrosanctæ, indiuiduam coniungit unitatem, ita ut

D tantundem deferatur filio, quantũ patri, nec sit quicquam honorificũ patris, quod nõ idem filio cõpetat, quod usq; adeo uisum est indignũ Ebionitis, ut gradibus aliquot superiorem fecerint patrem, filium autem interuallo quodam sequentem. Porrò nec desunt alij qui dum anxie magis quàm pie huic rei insudant, in admirabilem illam trinitatem, tanquam in scopulos impegerunt. Iudiciorum uero quia huc usque exindustria nõ meminimus, & nulla est omnino epistola, quæ nõ obiter saltem eorum mentionem iniiciat, dicam semel, sed prolixius paulo. A secularibus, ita enim loquuntur, nõ donant alicuius criminis insimulari episcopum, nisi de accusatoris iam antea fide, integritate, sit apud nos testatũ. Est hoc equidem uel maximũ ueteris innocentiæ argumentum, quod cũ à bonorũ essent criminationibus, suapte innocẽtia satis muniti, secularibus uero tantũ occurrendũ ducerent. Ne uero hic quenq; secularium nomen torqueat, uideo eos hoc uocabulo dicere uoluisse, quos ferè sycophãtas hodie appellant, qui cum à fide christiana essent remoti, magni quiddam se cõsequutos existimabant, si confricto pro tempore crimine, negociũ episcopis facesserent, & tanquam remoram inijcerent, quo minus possent ex animi sententia ministerio uerbi inseruire.

Ebionitarum hæresis.

Seculares qui appellentur.

XISTI EPISTOLA DE VNITATE DEI, OMNIBVS FRATRIBVS SCRIPTA.

OMNIBVS in deo patri & dño nostro IESV CHRISTO dilectis fratribus, in charitate domini nostri IESV CHRISTI, XISTVS Romanæ urbis archiepiscopus, salutem. Charissimi fideliter agite in omnibus, ut fideles & non infideles inueniamini. Nolite imitari malũ, sed quod bonũ est agite, quia qui bene agit, ex deo est, qui aũt male, nõ ex deo, sed ex diabolo est. Fidẽ enim

rectam

A rectã uos tenere oportet, ut dissentientes ab apostolica non sitis doctrina. Illũ enim uerũ deũ, patrẽ & filiũ, & ex pphetis, & ex apostolis prædicatũ, à quibus etiã spiritũ sanctũ credimus nõ esse discretũ. Esaia propheta dicente: Ego sum deus, & nõ est alius præter me. Et per meipsum iuro, qa exiuit ex ore meo ueritas, & sermo meus nõ reuertetur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per dñm, dicens: Iustitia & gloria ad eũ ueniet. Et ut in hoc testimonio patrẽ simul & filiũ fuisse cognoscatis, Paulũ apostolũ audite, dicentẽ: Vt in nomine IESV omne, inquit, genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua cõfiteat, quia dominus IESVS CHRISTVS in gloria est dei patris omnipotentis. Quod si secundum aliquos filius minor est patre suo, ergo minorata est & gloria patris in filio. Et ubi est quod in Salomone scriptura loquitur, dicens: Sicut etiam in conspectu eorum, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu uestro magnificaberis in illis, & cognoscant te sicut & nos cognouimus, quoniã non est deus præter te domine. Diligenter attende, & agnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio, dum uenerit uiuos & mortuos iudicare. Item Esaias: Audite domus Iacob & residui domus Israël, qui egredimini ex utero, & erudimini à puero usq; ad senectutẽ, ab initio ego sum, & quousq; senescatis ego sum, ego uos feci, & ego sustineo, ego remittam, ego suscipiam dicit dominus. Et iterũ: Ego sum deus, præter me nõ est alius deus, annũcians nouissima priusquàm fiant. Audite me

B Iacob & Israël quem ego feci, ego sum dñs deus tuus, & non est alius præter me. Item alibi: Ego sum dominus primus, & ego nouissimus, & in ea quæ superuentura sunt in nouissimo ego sum. Item ibi: Ego sum deus qui te creaui, qui te audiui, & eõmuniui dextera mea. Et unitatem patris & filij assignãs, loquitur dicens: Ego testis uester, dicit dominus deus, & puer meus tu quem ego elegi, ut sciatis & credatis, quia ego sum, & ante me nõ fuit alius deus, & post me nõ erit. Vnũ hi, qui nõ sanè sapiũt, eligant è duobus, aut fateantur patrem & filiũ unum deũ, aut si solum patrem deum esse contendunt, ergo illi dominus IESVS CHRISTVS deus filius, non erit deus, quia scriptum est: Ante me nõ est alius deus, & post me nõ erit. Si secundũ tales ita est, cur Apostolus talia prædicat, & eundem filiũ deum super omnia benedictũ insinuat: quorũ patres, inquit, ex quibus CHRISTVS secundũ carnem, qui est super omnia benedictus in secula. Item Esaias dicit: Dominus deus Israël qui liberauit eum de Aegypto: ego sum primus, & ego post hæc, & præter me non est deus, sicut ego sum qui stet & uocet, & præparet mihi ex quo hominem feci in hoc seculo. Item alibi. In te est deus, & nesciebamus, & nõ est alius præter te. Tu eñ es deus, & nesciebamus, deus Israël saluator unus deus. Nõ sunt pater & filius: sed est deus in quo es dicitur. Deus pater quẽ aliũ deum nõ esse propheta sæpenumero protestatur & Hieremias: Hic deus noster, ait, & nõ adplicabitur alter ad eum, qui inuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo, post hæc in terris uisus est, & inter homines conuersatus est. Et in Salomone habetur: Miserere nobis deus omnium, &

Esaiæ 45.

Ad Philipp. 2.

Esaiæ 46.

Esaiæ 41.

Esa. 43.

Ad Rom. 9.

Eccle. 36.

C ostende nobis lumen miserationis,& immitte timorem tuũ super gentes,quæ nõ exquisierunt te,ut cognoscãt quoniam nõ est alius deus,nisi tu. Item alibi.
Deut.4. Domine deus Israël, nõ est tibi similis in cœlo sursum. Et in psalmo: Quoniã
Psal.17. quis deus præter dominũ,aut quis deus præter deũ nostrũ? Et in Genesi: Et
Gen.19. pluit dominus à domino ignem & sulphur super Sodomã & Gomorrhã,& euertit ciuitates illas. Si solus pater deus est, qui pluit ignẽ & sulphur à domino super prædictas ciuitates, uel eas auertit, quæso responde. Et in Deutero.
Deut.32. Dominus solus deducebat eos,& non fuit cũ illis deus alienus. Et Paulus apo
Ad Rom.3. stolus: Vnus deus qui iustificat circumcisionem ex fide,& præputium per fi
2.Cor.5. dem. Et ad Corinth. Deus erat in CHRISTO,mundũ reconcilians sibi. Et
Ad Gal.3. iterum: Non est deus nisi unus. Et ad Gal. Mediator aũt unius non est,deus
Ad Ephe.4. autem unus est. Et unitatem patris & filij & spiritus sancti demonstrans,Ephe sijs scribens,ita cõfirmat: Sufferentes inuicem in charitate,soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis,unũ corpus & unus spiritus,sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ,unus dominus,una fides,unum baptisma,unus deus. Si enim non sanè sapientes,unitatem fidei uoluerint simpliciter desipere, ex hoc itaq; testimonio, in uno spiritu poterunt simul patris & filij unitatẽ cõ discere. Patrem igitur,ut superius comprehensum est,in diuinis literis genitũ
D proprie positũ,nec legere possunt penitus,nec probare,sed quia id ipsum fides exigit christiana,absq; ulla dubitatione ingenitus creditur,qui tamen secundum seriem scripturarũ,in filio à se genito,uisus esse monstrat. Cæterum placuit propter malorũ hominum infestationem,ut in accusatione domini minis
In accusantibus quæ sint spectanda. trorum,primo persona,fides,uita,& conuersatio blasphemantiũ enucleatim perscrutetur. Nã fides omnes actus præcedere debet, quia dubius in fide infidelis est,nec eis omnino est credendum,qui ueritatis fidem ignorant,nec recte conuersationis uitam ducunt,quoniam tales facile & indifferenter lacerãt, & criminantur recte & pie uiuentes. Ideo suspicio eorũ discutienda est primũ & corrigẽda,neq; accusatoribus suspectis,uel de inimicorũ domo ꝓdeũtibus est credendũ. Erant enim quidam qui prius uidebantur esse ex nobis,sed non erant: si uero essent ex nobis, mansissent utiq; nobiscũ,& non conturbassent
Psal.31. fratres. Exacuerunt enim,ut ait propheta, linguas suas sicut serpentes,uenenũ aspidum sub labijs eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint,& uitandi,ne domino decipiant famulantes. State ergo dilectissimi super uias,aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis,& uidete quæ est uia bona & recta,& ambulate in ea,& inuenietis requiem animabus uestris. DATA XVII. CAL. MAI. sub Adriano & Vero.

IN EPISTOLAM HYGINI ARGVMENTVM, PER IOANNEM SICHARDVM.

COmmendaturus nobis humilitatem,animiq; submissionem Hyginus,ut auspicatius id faciat,à capite Christo rem repetit,qui cum esset in forma dei,non rapinam arbitratus est,ut esset deo similis,sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominũ constitutus,& figura repertus ut homo,humiliauit seipsum, factus

A factus obediens usq; ad mortem,mortem autem crucis,dicente diuo Paulo ad Philip penses. Eius autem cum omnis uita,rerumq; gestarũ series,sit nobis ad imitationem proposita,tamen ægre reperies aliud,in quo propius erga nos diuinæ uoluntatis affectum agnoscas,quàm quod extra omnẽ huius mundi iniuriam positus,uolens tamen pro hominum salute,omnes calamitates subierit,suo nos exemplo inuitans,ut quo simus superiores,hoc nos geramus submissius.

PRIMA HYGINI
EPISTOLA CATHOLICA.

HYGINVS in CHRISTI nomine almæ urbis Romæ episcopus,cunctis apostolica fide & doctrina uigentibus,salutem. Charissimi,Deus filiũ suũ misit in similitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatũ in carne,ut iustitia legis impleretur. Filius nõ secundum deitatem solam à patre missus est,sed secundũ carnem, quam clemẽter & pie pro nobis assumere nõ dedignatus est. Nam quod semetipsum exinanita maiestatis suæ potentia,id est se filius miserit, Apostolus contestat, qui ait: Semet ipsum exinaniuit, formã serui accipiens,& humiliauit semetipsum,factus obediens usq; ad mortem,mortem aũt crucis. Et Esaias: Nõ legatus neq; angelus sed ipse dominus ueniet,& saluabit eos. Item alibi: Palàm apparui non quærentibus me. Et Hieremias: Dereliqui domũ meam,& dimisi hæreditatem
B meam,ueni & factus sum illis in obprobriũ. Et in Michæa: Ecce dominus uenit,& cõmouebuntur montes sub eo. Et in Zacharia: Gaude & exulta filia Sion,quia ecce uenio ego,& cõmorabor in medio tui,dicit dominus. Et Apostolus ad Timoth.: Humanus sermo,& omni acceptione dignus,quoniam CHRISTVS IESVS uenit in hũc mundũ,peccatores saluos facere. Et Michæas: Ecce subito ueniet in templo sancto suo dominus quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis. Et in euangelio: Non ueni uocare iustos,sed peccatores in pœnitentiam. Item alibi: Quid nobis,& quid tibi IESV fili dei,uenisti ante tempus perdere nos? Item alibi: Ego ueni ut uitam habeant,& abundantius habeãt. Item alibi: Nemo ascendit in cœlũ,nisi qui de cœlo descẽdit,filius hominis qui est in cœlo. Nunquid in his tantis ac talibus testimonijs,quibus se filius dei à semetipso uenisse testatus est: poterit quis dicere,ab alio,& nõ à semetipso uenisse? dum manifestũ est eum qui carnẽ nostram dignanter assumpsit,uolũtarie & nõ ab alio missus aduenerit: nam qui in patre manens,ubiq; potentia sua consistit,quò à patre mitteretur omnino non habuit. Quoniam nulla pars cœlorũ ac terræ,à conspectu patris excipitur,ubi secundum uos à patre filius mitteretur. Et Paulus: Renouamini,inquit,spiritu mentis uestræ,& induite nouũ hominẽ,qui secundũ deum creatus est,in iustitia & sanctitate ueritatis. Et ad Hebræos: In eo enim qui passus est,ille tentatus est, nam potẽs est ei qui tentaẽ auxiliari. Vnde sanctæ uocationis semper cœlestis participes,considerate apostolũ,& pontificem confessio-

Ad Philip.2. Esaiæ 35. Esaiæ 65. Hiere.20. Zach.2. 1.Tim.1. Lucæ 5. Matth.8. Ioan.10. Ad Ephes.4. Hebr.3.

C nis nostræ IESVM fidelem existentẽ ei qui creauit eum. Et ad Colosſ. Nunc
Colosſ. 3. autem deponite & uos uniuersa, iram, indignationem, malitiaq; ex ore uestro non procedat: Nolite mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cũ actibus suis, & induite nouũ, eũ qui renouatur in agnitione secũdum imaginem eius qui creauit eum. Nunquid is qui uniuersam creaturam uisibilem, ppria potestatis uirtute procreauit ac fecit, seipsum antea aut postmodũ, quod dicere nefas est, creauit uel facere potuit? Et dominus in euangelio ait.
Ioan. 14. Qui me uidet, uidet & patrem. Et iterum: qui me odit, & patrem meũ odit.
Ioan. 15. Et iterum: Vt omnes honorificent filium, sicut & honorificant. Et iterum: Vt
Ioan. 5. sint in uobis unum, sicut & nos sumus unum: tu in me, & ego in eis. Et iterũ:
Ioan. 14. Omnia mea tua sunt. Et iterum: Ego in patre, & pater in me. Et iterum: Pa-
Ioan. 1. ter in me manẽs, facit opera hæc. Et Ioannes euangelista ait. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ. Et iterum ipse alio
1. Ioan. 5. loco: Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in terra, aqua, sanguis, & caro: Tres in nobis sunt qui testimoniũ perhibent in cœlo, pater, uerbũ, & spiritus, & hi tres unum sunt. Nos itaq; in natura deitatis, quia unum sunt pater & filius, nec patrem credimus aliquid tempore præcessisse, ut maior sit filio, nec filium postea natum esse, ut deitate patris minoretur. Nos enim supernæ memores disciplinæ, qualemcũq; cadentibus dexteram porrigimus, & à ruinæ præcipitio quos possumus releuamus, & defensiones atq; admini
D culum totis uiribus præbere cupimus. Certe uel si mens sit recti cõscientia uincta, dignus est qui alij existit causſa periculi, qui uero innocentẽ uel fratrem, quocũq; ingenio persequitur, ipse in iugulũ mortis impingit, ut ait diuinus & beatus præco: Noli detrahere ne eradiceris: noli accusare, ne accuseris: noli iudicare, ne iudiceris: quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nõ odisse, quorũ rebellatione non lædit̃r. Dicit enim dominus: Omne regnũ in se diuisum, non stabit: & omnis scientia & regula aduersum se diuisa, non stabit. Ideoq; necesse est ut concorditer salubres susc̃ipiatis horatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studiũ deuotionis, unanimes diuinis & apostolicis constitutionibus uos præparetis. DATA XVII. OCTOBRIS, Magno, & Camerino COSS.

Corrupta hæc adeo erant, ut non adpareret quomodo possent restitui.

IN ALTERAM HYGINI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

ATheniẽses, quos etiã dũ circa idola pueriliter ineptire uidit, familiariter admonet Hyginus hac epistola, ut tandem dediscant idolorũ cultũ, & à putribus, ut Lactantius appellat, dijs gentiũ, ad uerũ deum animos adplicent: Quos uero eousq; in fide promouisse cognouerat, ut præ uero deo idola contemnerent, certo cõsilio ab eorum cõmercio, qui admoniti ad ueri prophetæ cognitionem proficere nollent, sibi temperare iubet, ne mali huius contagio ex cõuictus familiaritate clanculũ serpens, eos etiam inficiat, qui Christũ quidem amplexi, quauis tamen persuasione poterant aliorsum impelli. Si enim abluti baptismo, ex professionis præscripto, cum illotis nõ uescebantur: Et si cõmissum est apostolis, ut prædicationis gratia uenientes in ciuitates,

A tes, uideant qui sint digni apud quos cibum capiant, quanto magis cõuenit, ab eorũ cõmunione esse nos immunes, quibus gratum esse nihil plane potest, nisi quod morẽ suum resipiat? Et quia plericq; Christianorũ grauiter ob id audirẽt, atq; asperius in ido la loquuti, passim etiam exularent, iubet bono animo diem iudicij expectare, ut tanta mercedis spe, leuiora fiant, quæ ethnici, ridiculis suis dijs excæcati, in Christianos statuebant.

ALTERA HYGINI
EPISTOLA ATHENIENSIBVS SCRIPTA.

HYGINVS episcopus Athenienſibus ſalutem. Multa mihi fiducia est apud uos fratres, & multa gloriatio pro uobis, repletus sum consolatione, superabundo in omni tribulatione uestra. Tribulor enim quando de uobis audio quod non oportet. Consolor uero quoties ea inter uos fieri cognouero, quæ bonos Christianos decet implere. Nolite fratres iugũ ducere cũ infidelibus. Vnde doctor gentium loquitur, dicens: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, qui autem templo dei consensus cum idolis? Vos enim estis templum
2. ad Cor. 6. dei uiui, sicut dicit dominus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorũ deus, & ipsi erũt mihi in populos. Si eñ deus angelis peccãtibus nõ pepercit, sed cathenis noctis in infernũ detractos, in tartarũ tradidit ad iudiciũ
B cruciandos reseruari, & originali mũdo nõ pepercit, sed octauũ Noë iustitiæ
Gen. 7. præconem custodiuit, diluuiũ mundo impiorũ inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorũ in cinerem redigẽs, euersione damnauit, exemplũ eorum qui impie acturi sunt ponens: quid putatis iniquis & impijs perseverantibus in nequitia eorũ erit? Iustum uero Loth oppressum à nefandorum
2. Petri 2. iniuria & cõuersatione eruit, aspectu enim & auditu iustus erat, habitãs apud eos qui in diem de die animam iustam iniquis operibus cruciabãt. Nouit dñs pios de tentatione eripere, iniquos uero in diem iudicij cruciandos reseruare, magis autem eos qui post carnẽ in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemq; contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas nõ metuunt facere, blasphemantes. Vnde enim erroris societatem, uel à sui propositi tramite recedentem, aut apostolicæ sedis iussionibus inobedientem suscipere nõ possumus, nec impedire recte credentes, uel sanctorũ patrum suorũ iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter infideles magna debet esse distinctio. Si deus, fratres, iustis nõ pepercit, qd de nobis peccatoribus fieri putatis? Cu stodite uos ab omni inquinamento carnis & corporis ut salui sitis in aduentu domini. Illud autem hoc nõ lateat uos, ut ait Apostolus chariſſimi, quia unus
2. Petri 3. dies apud deum sicut mille anni, & mille anni sicut unus dies, non tardat, dominus promisit. Sed patienter agit propter uos, nolẽs aliquos perire, sed omnes
1. Thess. 5. ad pœnitentiam reuerti. Aduenier autem dies domini ut fur, in qua cœli magno impetu transient, elementa uero calore soluentur. Cũ hæc igitur omnia dissoluenda sunt, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus, & pieta-

C tibus? expectantes & properantes in aduentu diei, per quem cœli ardentes soluuntur, & elementa ignis ardore tabescent. Nos uero cœlũ & nouam terrã, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Deus aũt omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternã suam gloriam in CHRISTO IESV, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq; ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. DATA X. CAL. MAR. Magno & Camerino COSS.

IN SOTERI EPISTOLAM, ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

DIuersitas naturarũ in Christo efficit, ut proprie loquẽtes alio atq; alio modo de humana natura, atq; diuina dicãt. Eò enim quod deus est, in scripturis genitus, homo uero, factus dicitur. Ea autem prædicata, ut scholasticorũ more loquar, maxime huc cõducunt, ut intelligamus de rebus diuinis circumspecte pronunciandũ esse. Sunt enim omnium professionũ usq; ad carbonariam, solennes dicẽdi ritus, quos miscere graue sit piaculũ. Et si quælibet ars etiam mechanica, consecrata quædam & peculiaria habet nomina, quibus inter se ijsdem artibus initiati utunt, multo religiosius profecto obseruandum est in sacris, ne dum illoto de tantis rebus ore loquimur, ipsis uideamur etiam cerdonibus stultiores, qui de artis suæ mysterijs, non nisi uerecunde loqui consueuerunt.

SOTERI EPISTOLA

EPISCOPIS CAMPANIAE SCRIPTA.

D OTER apostolicæ sedis archidiaconus, Campanis omnibus salutem in domino. Gaudere uos oportet fratres, qd diuina largiente gratia, familiares domini uocamini, eiusq; sacerdotij dignitate fungimini. Nunc autẽ rogo uos, ut cæca plebes uobis cõmissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos domino reportare nitamini. Paulus enim apostolus de fide loquitur, ita dicens: Quod ante promiserat per prophetas suos, Rom.1. in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. Item ipse ad Galatas: Postquam autem uenit plenitudo temporis, mi- Ad Gal.4. sit deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege. Et ad Philip. Ad Philip.2. tudinem hominũ factus, & habitu inuentus ut homo. Et Psalm. Infirmata est Psal.30. in paupertate uirtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super omnes inimicos meos factus sum obprobriũ. Item: Obliuioni traditus sum tanquam mor- Psal.70. tuus à corde, factus sum tanquam perditus. Et idem: Tanquam prodigiũ fa- Psal.72. ctus sum multis, & tu adiutor fortis. Et idem: Vt iumentũ factus sum apud te, Psal.86. & ego semper tecum. Et idem: Mater Sion dicet homo, & homo factus est Psal.87. in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et idem: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Et idem: Et factus sum obprobriũ illis, uiderunt Psal.109. me, & mouerunt capita sua. Et idem: Vigilaui, & factus sum sicut passer soli- Psal.101. tarius in tecto. Et in euangelio: Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan.1. Filius

A Filius igitur secundũ carnem dicitur factus: nam secundũ diuinitatem, à patre nusquam legitur factus, sed genitus. Dum enim pater loquitur, filius loquitur, & cum filius loquitur, pater in illo loquens documentis cœlestibus cõprobatur, Paulo attestãte, qui ait: Multis partibus, multisq; modis olim deus loquu- Ad Heb.1. tus est patribus in prophetis, nouissime autem loquutus est nobis in filio. Et ut eundem filiũ, excepto patris præcepto, doceam fuisse loquutũ, ex Esaiæ prophetæ uolumine proferimus documentũ. Hæc dicit dominus, in illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse qui loquebar in seruis meis prophetis, euãgelizãs auditũ pacis, & ecce adsum. Item alibi: Cogitaui & loquutus sum & adduxi, & creaui, & feci. Et apostolus: An experimentũ quæritis eius qui 2. Cor.13. in me loquitur CHRISTI? Et in psalm. Loquebar in testimonijs tuis in con- Psal.118. spectu regũ, & nõ confundebar. Et ipse dominus in euangelio cœco à se inluminato dicit: Et uidisti eum & loquitur tecũ ipse est: Verba quæ ego loquu- Ioan.6. tus sum uobis, spiritus & uita sunt. Et ad patrẽ, ego ad te uenio, & hoc loquor in mundo. Et iterũ Iudæis dicit: Loquor uobis, & nõ auditis, si autem uenerit alius, illum audietis. Et iterũ: Hæc loquutus est dominus in gazophylatio, Ioan.8. docẽs in templo, & nemo apprehendit eum, quia nondũ uenerat hora eius. Ecce in his omnibus quæ dicta sunt, non docetur filius præcepto patris fuisse loquutus, sed magis propriũ exercuisse in loquendo sermonem. Esaias quoq; propheta ait: Hæc dicit dominus, ego feci terram sensu meo, & hominem su- Esaiæ 45. B per eam, ego solidaui cœlũ manu mea, ego omnibus syderibus mandaui ut lucerent in cœlo. Item ibi sic dicit dominus: Qui constituit cœlũ & terrã, & fecit eam, ipse finibit eam. Item alibi. Ego primus, & ego in æternũ, manus mea fundauit terram: Dextera mea solidauit cœlũ. Item ibi. Ego feci terram in fortitudine mea, & in brachio excelso. Et in Hieremia: Dominus fecit terram in Hiere. 51. uirtute sua magna, & erexit orbem terræ in sapientia & prudentia sua, extendit cœlum & posuit sonũ aquæ in cœlo. Defendite charissimi rogamus contra maleuolos homines inconcussum ecclesiæ statum, ut uos CHRISTI dextera defendat in æuum. DATA NON. & Aquilino VV. CC. COSS.

In uetustißimo codice deerat alterius consulis nomen.

IN EPISTOLAM VICTORIS ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

DE sacramentorũ administratione non satis conuenerat episcopis Africæ, ob id post longas, easq; capitales dissensiones, res uidebaã in apertũ bellũ eruptura. Necesse est enim quotiescunq; de rebus summis controuertitur, & quæ uenerari nos decebat, scurriliter deridenda, ppinemus, ut quod mutuæ inter nos concordiæ caussa donatũ sit, simultatũ fiat seminariũ. Nam cũ per baptismi, corporisq; dominici, atq; aliarũ rerũ cõmunionẽ, Christus amicitias uellet coalescere, atq; in oẽm posteritatem propagari, accidit ut inexpiabiliũ odiorũ fierent initia. Quod tũ maxime solet contingere, quãdo de administratione pugnaã, & usus rei in dubio est. Quãobrem eos qui ppriũ sibi quendam administrationis sacramentorũ modũ excogitauerant, abhorrentem ab Euangelij regula, hortatur Victor, uelut i in nullã orbis partem, pro hominũ salute nõ intentus, ut depositis contentionibus in gratiam redeant, potiusq; cogitent sacramentorũ cõmoda, quàm litium studiosi aucupentur caussas, quibus ex industria dissideant.

C

VICTORIS EPISTOLA

EPISCOPIS AFRICANIS SCRIPTA.



ICTOR Rom. ecclesiæ & urbis archiepiscopus, uniuersis episcopis per Africam constitutis, in domino salutem. Semper enim in æterno consilio dei mansit, humani generis incõmutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerũ per dominũ IESVM CHRISTVM temporaliter gerendarũ, dispositiõe uerbi diuini sumpsit exordiũ. Quapropter oportet uos fratres unanimes adminiculum uicissim ferre, in recta ergo fide, & in sacramentis diuinis nõ discrepare, sed cõcordes esse. Quia licet pauci sitis, malorum comparatione, si tamen concordes fueritis, facile auxiliante domino uestros insidiatores superabitis: si uero discordes, quod absit, fueritis, nõ superabitis, sed superabimini. Perlatum est enim ad nostram sedem aliquos uestrum nocere fratres uelle, & ut cadant decertare. Similiter in sacramentis discrepare, & ob id cõtentiones, & æmulationes inter uos fieri, à quibus dissensionibus concordare, & opem ferre uicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & uicissim recõciliari nõ studueritis, ab apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ cõmunione uos pellere nõ dubitetis. Nec adtenditis charissimi, qualiter dominus tales per Esaiam prophetã cõminatus est, dicẽs: Dominus
Esa. 24. D enim loquutus est uerbum hoc, luxit & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ, & terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerũt ius, dissipauerũt fœdus sempiternũ. Propter hoc maledictio uorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideoq; insaniẽt cultores eius & relinquẽtur homines pauci. Luxit uindemia, infirmata est uitis, ingemuerunt qui lætabãtur corde. Cessauit gaudiũ tympanorũ, quieuit sonus lætantiũ, conticuit dulcedo cytharæ. Cum cantico non bibent uinũ, amara erit potio bibentibus illam: Attrita est ciuitas uanitatis, clausa est omnis lætitia, & translatũ est gaudiũ terræ. Relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimet portas: Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorũ. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiantur ex olea, & racemi cũ fuerit finita uindemia. Hi leuabunt uocem suam atq; laudabunt, cũ glorificatus fuerit dominus hinnient de mari: Propter hæc in doctrinis glorificate dominũ, in insulis nomen domini dei Israël. Et dominus in oratione quam discipulos suos docuit orare, ait: Pater noster qui es in cœlis, sanMatth. 6. ctificetur nomen tuum. In bonis & iustis hominibus, sanctificatur nomen domini, & in malis, blasphematur. Et ipsa per se ueritas ait: Si offers muMatth. 5. nus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum. Nullis uero liceat docti nam euangelicã deserere, & sacerdotali honore gaudere.

DATA CAL. SEPTEMB. Laterano & Rufino VV. CC. COSS.

IN legibus non solũ ueteribus, sed & nostratibus cautum est, ne quicq; nobis aut in rem, aut in dignitatem hominis permittamus liberius, prius quàm sit iudicio de his pronunciatũ. Et cum in primis hoc sit legum ingeniũ, ut uno ore omnibus loquãtur: Erant qui Christianis hoc negari contenderent, tanquam his quos, cum nouam & in speciem ridiculam religionem inueherent, merito suo dij homines q; odissent. Atque ob id à nummarijs quibusdã iudicibus, prædæ inhiantibus, conductitij quidã accusatores, & circũforanei allegabantur, qui simul atq; in uulgus absurdũ aliq; cõmentũ, domi per insidias cõfictum, sparsissent de Christianis, in eorum fortunas mox fiebat impetus, qui nõ modo criminũ nõ fuerant cõuicti, sed ne litis quidẽ esset dies denunciata. Appellat Zephyrinus leges diuinas ac humanas, quibus tanquã uinculis cũ publica tranquillitas confirmetur, non licere ait, ut eijciantur malis modis, mulctentur fortunis, cõijciantur in carceres, quales quales fuerint professione, nisi de criminibus iam ante constiterit. Et quia tot essent ubiq; paratæ insidiæ presbyteris etiã innocentibus & eruditis, facile suspicans quid demũ esset futurũ de indoctis, & quorũ uitæ ratio non constaret, admonet idẽ ut in electione nouorũ presbyterorũ sint circumspecti, adhibeantq; iudicium, ne parum eruditos huc loci prouehant, aut indignos. Velem equidem uel sero paterentur sibi episcopi nostræ tempestatis persuaderi, ut aduigilarent quoad fieri posset, ne sine delectu obuiũ quenq; in presbyterorũ numerũ referrent, quibus, dicã libere, cum debemus optimarũ quarumq; rerum interitũ, tum & ipsi episcopi contemptũ, durius hoc fortassis est, at uerum, in quem, dum gratioB si studeant uideri & clementes nimiũ, inciderunt. Quod ergo pro temporis ratione à Zephyrino de eruditione & uitæ innocentia est dictũ, quid prohibet quo minus norum numerum, hoc enim est eorũ nomen in sacris receptũ, propemodũ creuisse ultra eorum numerũ quibus inseruire debebãt? At hic interim usq; adeo nihil est uidere sere uile, ut ipsis sint aliquando tyrannis nocentiores, mentiar uero nisi satis hoc ille status rerũ per se clamet. Olim multitudo principũ Cariam, hodie sacrificulorũ indoctorũ, totum fermè orbem in bella cõiecerat, à quibus ita nos asseruit bonus quidã genius, ut uideantur de integro capitalius exoritura, nisi tandem episcopi hoc esse incipiant, quod nomine præ se ferunt.

ZEPHYRINI EPISTO.

LA DE PATIENTIA CATHOLICA.



EPHYRINVS Romanæ urbis archiepiscopus, omnibus fratribus per Aegyptũ in domino militantibus, Salutem. Tantã à domino huius sanctæ sedis & apostolicæ ecclesiæ fundatore, & beato Petro principe apostolorũ, accepimus fiduciam, ut pro uniuersali, CHRISTI sanguine redempta ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis pie uiuentibus apostolica autoritate opẽ feramus. Omnes qui in Christo uolunt pie uiuere, necesse est, ut ab impijs & dissimilibus patiantur, tanquam stulti & insani, ut meliores & purgatiores efficiantur, qui temporalia perdunt, ut percipiant æterna. Eorũ uero despectio, & irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt, & contumelijs afficiunt, cum

C & abundantia eorũ in egestatem,& superbia transierit in confusionem. Nun
ciatum est enim nobis per apocrysiarios uestros,quosdã fratrũ nostrorũ,epi=
scoporũ uidelicet,ab ecclesijs & sedibus proprijs pelli,suaq; eis auferri supel=
lectilia,& sic nudos & expoliatos ad iudicia uocari,quod omni ratione caret,
cũ statuta Apostolorũ,eorumq; successorũ, & præcepta imperatorũ,ac cõ=
stitutiones legum idipsum prouideant,& apostolicæ sedis autoritas idipsum
fieri nolit. Præceptũ est ergo in antiquis statutis,episcopos electos atq; suis re
bus expoliatos,ecclesias ꝓprias recipere,& primo sua omnia eis reddi,& de=
mum si quis eos iuste accusare uoluerit,æquo periculo facere: Iudices esse de=
cernentes episcopos recta sapientes,& in ecclesia conuenientes, ubi testes es=
sent singulorũ qui oppressi uidebantur,nec prius eos respõdere debere,quàm
omnia sua eis & ecclesijs eorũ legibus integerrime restituãtur. Nec mirũ fra=
tres,si uos persequuntur,cum caput uestrum CHRISTVM dominum no=
strum,usq; ad mortem sint persequuti, ipsæ tamen persequutiones patienter
portandæ sunt,ut eius discipuli esse cognoscamini, ꝓ quo & patimini. Vnde
& ipse ait: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. His sufful
ti suffragijs nõ multũ debemus timere obprobriũ hominũ,neque eorũ ex=
probrationibus uinci, quoniam hoc nos dominus iubet, per Esaiam prophe=
tam dicens: Audite me qui scitis iudiciũ populus meus,in quorum cordibus
lex mea est. Nolite timere obprobriũ hominum,& blasphemias eorum ne ti=
meatis. Considerantes quod in psalmo scriptũ est: Nónne deus requiret ista?
ipse enim nouit absc̃dita cordis,& cogitationes taliũ hominũ,quoniã uanæ
sunt. Vane autem loquutus est unusquisq; ad proximum suum,labia dolosa,
& in corde loquuti sunt mala. Qui dixerunt,lingua à nobis sunt, quis noster
est dominus? Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosili=
rent iniquitatem. Non enim propter probabilem & paternã doctrinam hoc
faciũt,sed ut suam exerceant in seruos dei uindictam. Scriptum est nanq;: Via
stulti recta in oculis eius, & sunt uiæ quæ uidentur hominũ iustæ,nouissima
autem earũ deducũt ad mortem. Nos enim qui hæc patimur iudicio dei,hæc
reseruare debemus,qui reddet unicuiq; secundũ opera eius,qui etiam mini=
stros suos intonuit dicens: Mihi uindictam ego retribuã. Vos enim in recta
fide & operibus,bona uoluntate succurrite uicissim, nec aliquis à supplemen
to fratri subtrahat manum,quoniam in hoc,ait dominus, cognoscent omnes
quia mei estis discipuli,si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Vnde & ipse per
prophetam loquitur dicens: Ecce quàm bonũ & quàm iocundũ habitare fra
tres in unum,Spiritali dico habitaculo, & concordia quæ in deo est & unita=
te fidei,huius delectabilis secundũ ueritatem inhabitaculi,qui uidelicet in Aa=
ron magis decorabatur,atque sacerdotalem induentibus dignitatem,sicut un=
gentum super caput principalem intellectũ irrigans,& usq; ad ipsam extre=
mam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionis æternã ui=
tam promisit dominus. Huius igitur propheticæ uaticinationis meritum am
plectentes,præsentem fraternam syllabam extrahentibus bonũ est detrahere,
aut

Accusandi sunt in integrum restituendi.

Matth.5.

Esaiæ 51. D

Psal.43.

Prouer.12.

Ioan.13.

A aut* Paulo secundũ uulgarẽ fabulã excutere palàm. Absit,nõ sunt nostra ista,
hæc eñ auertat diuinitas,iusto iudicio dei plerunq; peccatoribus potestas sit
qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu dei iuuantur & aguntur,fiant
per laborum exercitia clariores,ipsis tamen qui eos persequuntur,atq; detra=
hunt, erit proculdubio,uæ uæ uæ illis qui detrahunt seruis dei,quia detractio
eorum ad eum pertinet, cuius ministerium agunt & uice fungũtur. Oramus
autem ostiũ circũstantiæ,qui neminem perire,aut labijs suis pollui uolumus
eorũ moribus imponi,& uerbũ minime nociuũ concipere,nec ore proferre.
Vnde & dominus per prophetã loquitur,dicens: Dixi custodiam uias meas
ut nõ delinquam in lingua mea. Dominus omnipotens,& huius unigenitus
filius,& saluator noster IESVS CHRISTVS,hoc uobis tribuat incitamen=
tum,ut omnibus uiribus quibus potestis succurratis,& eorum,ut dignũ est,
iniurias,uestras æstimetis,maximũ adminiculũ eis uerbis & factis præbeatis,
ut eius discipuli inueniamini ueri,qui fratres ut se;omnibus diligere præcepit.
Ordinationes uero presbyterorũ & leuitarũ tempore congruo, & multis co=
ram astantibus solenniter agite,& ꝓbabiles ac doctos uiros ad hoc opus con
stituite,ut de eorum societate & adiumento plurimũ gaudeatis. Ponite indesi=
nenter corda uestra in uirtute dei,& enarrate hæc & cætera diuina uerba in
progenies alteras,quoniam hic est deus noster in æternum,& ipse reget nos
in secula. DATA VIII. CAL. NOVEMB. Saturnino & Gallicano, CC.

Boni & docti debent eligi in presbyteros.

B

IN EPIST. VRBANI ARGV. PER IO. SICH.

IN hunc usque diem fuere Christianis inter se omnia cõmunia, eo modo quẽ Acta
apostolorũ præscribũt,nempe ut uendentes agros ac possessiones,id precij quod
ex rebus diuenditis cõflauerant,pro se quisq; in mediũ proferret,ne esset uspiam gẽ
tium quod cogitationes Christo per omnia destinatas auerteret. Ausus est Vrbanus
quàm feliciter ipse uiderit,nõnihil immutare hic,id tamen quod existimauit bono fu
turum Christianis,& nõ precium agrorũ in cõmunem usum, ut solitum est fieri,de=
ferri, sed agros ipsos satius putat incorporari,hoc enim uerbo utar,ecclesijs,ut nõ so
lum diurnos ex his caperent fructus,sed & contra ingruentem rerũ penuriam, quod
forte poterat accidere, essent annuo prouentu securi. Episcopos aũt tanquam patres
familias constituerunt,qui diuiderent ea quæ annuo prouenirẽt pro cuiusq; usu. Hic,
ut opinor,nõ est difficile cõiectatu,qui factũ fuerit ut sensim ueteri obliterato more,
omnia illa apud paucos quosdam subsederint,atq; eiusmodi plerunq; ad quos si recte
agerentur omnia,ne quidem eorũ minima portio peruenire debebat. Apparet & hic
nisi fallor,ratio,qua spes fiat posse quædam longe lateq; à ueteri instituto delapsa, re=
uocari ad frugem.

VRBANI EPISTOLA

DE RERVM COMMVNIONE.

VRBANVS episcopus,omnibus Christianis in sanctificatione spi
ritus,in obedientiam & asperſionem sanguinis CHRISTI,salutẽ.
Decet omnes Christianos charissimi,ut eum imitentur cuius no=
men sortiti sunt. Quid ꝓdest,fratres mei,ait Apostolus Iacobus,si

C fidē quis dicat se habere, opera autem nō habeat. Nolite plures magistri fieri
Iaco.3. fratres mei, sciētes quoniā maius iudiciū sumpturi simus, in multis em offendi
mus omnes, qui sapiens & disciplinatus est, inter uos ostēdat ex bona conuer
satione operā suam in mansuetudine sapientiæ. Scimus uos nō ignorare quia
hactenus uita cōmunis inter bonos Christianos uiguit, & adhuc gratia dei ui-
get, & maxime inter eos qui in sorte dei sunt electi, id est clericos, sicut in acti.
Act.4. bus apostolorū: Multitudinis autem credentium erat cor & anima una, nec
quisquam eorū quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erāt illis omnia
communia, & uirtute magna reddebāt apostoli testimonium resurrectionis
IESV CHRISTI domini, & gratia magna erat in omnibus illis. Neq; enim
quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut do
morum erant, uendentes afferebant precia eorū quæ uendebant, & ponebāt
ante pedes apostolorū. Diuidebantur autem singulis prout cuiq; opus erat.
Ioses autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpre-
Ioses Barnabas dictus. tatum, filius consolationis, Leuites, Cyprius genere, cū haberet agrum, uen-
didit illum, & attulit preciū, & posuit ante pedes apostoli, & reliqua. Viden-
tes autem sacerdotes summi, & alij, atq; leuitæ, & reliqui cōfideles, plus utilita-
tis posse afferre, si hæreditates & agros quos uendebant, ecclesiis, quibus præ-
sidebant episcopi, traderent, eò quod ex sumptibus eorum, tam præsentibus
quàm futuris temporibus, plura & elegantiora possent ministrare fidelibus,
D cōmunem uitam ducentibus, quàm ex precio ipsorum, cœperunt prædia &
Matrices eccle siarum. agros, quos uēdere solebāt, matricibus ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorū
uiuere. Ipsæ uero res in ditione singulorū parheciarum episcoporum, qui lo-
cum tenent apostolorū, erant & sunt usq; adhuc, & futuris semper debent esse
Episcopi dispē satores erāt re rū cōmunium. temporibus. E quibus episcopi & fideles dispensatores eorū, omnibus cōmu-
nem uitam degere uolentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout me
lius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. Ipsæ enim res fideliū oblatio-
nes appellantur, quia domino offeruntur. Non ergo debent in alijs usibus cōq;
ecclesiasticis, & prædictorū Christianorū fratrum, uel indigētium conuerti,
quia uota sunt fideliū, & precia peccatorū, atq; ad prædictū opus explendum
domino tradita. Si quis autem, quod absit, secus egerit, uideat ne damnationē
Ananiæ & Saphiræ percipiat, ut reus sacrilegij efficiatur, sicut illi fuerunt, qui
Res ecclesiarū quò debeāt in sumi. precia prædictarū rerū fraudabāt, de quibus legitur in Apostolorū actibus.
Vir autem quidam, nomine Ananias cum Saphira uxore sua, uēdidit agrum
& fraudauit de precio agri, conscia uxore sua, & afferēs partem quandam, ad
pedes Apostolorū posuit. Dixit autem Petrus Ananiæ: Cur tentauit satanas
Act.5. cor tuum mentiri spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nónne manens
tibi manebat, & uenundatum in tua erat potestate? non es mentitus homini-
bus, sed deo. Audiens autem Ananias hæc uerba, cecidit & expirauit, & fa-
ctus est timor magnus in omnes qui audierant. Surgētes autem iuuenes amo-
uere eum, & efferentes sepelierunt. Factum est quasi horarū trium spacium,
& uxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit. Respondit autem ei Pe-
trus:

A trus: Dic mihi, si tanti agrum uendidistis? At illa dixit: Etiā, tanti. Petrus au
tem ad eam: Quid utiq; cōuenit uobis tentare spiritum domini? Ecce pedes
eorum qui sepelierunt uirum tuū, ad ostium & efferent te. Confestim cecidit
ante pedes eius & expirauit. Intrantes aūt iuuenes, inuenerunt illam mortuā,
& extulerunt ad uirum suum. Et factus est timor magnus in uniuersam eccle-
siam, & in omnes qui audiebant hæc. Hæc fratres ualde cauēda sunt & timen
da, quia res ecclesiæ nō quasi propriæ, sed ut communes, & domino oblatæ,
cum summo timore nō in aliò quàm in præfatos usus sunt fideliter dispensan-
dæ, ne sacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abstruūt quò traditæ sunt. Et
quod peius est, anathema maranatha fiant, & si nō corpore ut Ananias & Sa-
phira fecerunt, qui mortui ceciderunt, anima tamen quæ potior est corpore,
mortua & alienata à consortio fidelium cadat, & in profundum Baratri laba-
tur. Vnde attendendū est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius usur-
pationis contumelia depellenda, ne prædia secretis cœlestibus dicata, à qui-
busquam inruentibus uexentur. Quod si quis fecerit, post debitæ ultionis sa-
crimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est, perpetua damnetur infa-
mia, & infernali carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis uratur,
Quoniam iuxta Apostolum tradere oportet huiusmodi hominem satanæ, ut 1. Corin.5.
spiritus saluus sit in die domini. Memoratis ergo augmentationibus ac culti-
bus, in tantū ecclesiæ, quibus episcopi præsidēt, domino adminiculante cre-
uerunt, & in tantis maxima pars earū abundat rebus, ut nullus sit in eis com-
B munem uitam agens indigens, sed omnia necessaria ab Episcopo, suisq; mini
stris percipit. Ideo si aliquis extiterit, modernis aut futuris tēporibus, qui hoc
auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur de sede episcopi. Quod autem
sedes in episcoporū ecclesijs excelsæ constitutæ & præparatæ inueniunt in Episcoporū se-
throno, speculationem & potestatem iudicandi & soluendi atque ligādi, à do- des quia altio-
mino sibi datam materiem docent. Vnde ipse saluator in euangelio ait: Quæ- res sunt, admo-
cunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Et alibi: Accipite spiri- neant eos spec-
sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, tare.
retenta erunt. Ideo ista prætulimus charissimi, ut intelligatis potestatē episco-
porum uestrorū, in eisq; dominū ueneremini, & eos ut animas uestras diliga
tis: & quibus illi nō cōmunicant, nō cōmunicetis: & quos eiecerint, non reci
piatis. Valde em timenda est sententia episcopi, licet iniuste liget, quod tamen
summopere præuidere debet. Vos aūt hortantes monemus omnes qui Chri-
stianitatem suscepistis, & à CHRISTO uocabulū christianum suscepistis, ne
in aliquo christianitatem uestram irritam faciatis, desponsionem, quam domi
no in baptismo fecistis, firmiter teneatis, ne reprobi, sed cōdigni coram eo in-
ueniamini. Et quicunq; uestrum cōmunem uitam susceptā habet, & nouit se
nihil propriū habere, uideat ne pollicitationē suam irritam faciat, sed hoc qđ Votū paupertā
domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi tis hinc habet à
adquirat: quoniam satius est non uouere, quàm uotum prout melius potest, presbyteris
nō perficere; grauius enim puniuntur, qui uotum fecerūt, aut fidem percepe- originem.

C runt,& uotum nō perfecerunt,aut male uitam finierunt,quàm illi qui ſine uoto aut fide mortui ſunt,& tamen bona egerūt opera. Ad hoc enim ſenſum rationabilem naturæ munere & ſecundum natiuitatis reparationē ſuſcepimus, ut ſecundū Apoſtolū,magis quæ ſurſum ſunt ſapiamus, nō quæ ſuper terrā, quia ſapientia huius mundi,ſtultitia eſt apud deum. Quid aūt ſuadet,chariſſimi,ſapientia huius ſeculi,niſi nocitura quærere,& amare peritura,negligere ſalutaria,pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatē cōmendat,de qua dicit radix omniū malorū eſt cupiditas,quæ in primis hoc malum habet,quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna,& dum foris poſita conſpicit, intra ſe latentia non introſpicit,& dū aliena quærit,ſectatori ſuo ſemetipſum reddit alienum. Ecce quid ſuadet ſeculi ſapiētia, uiuere in delitijs. Vnde dicitur: Vidua quæ in delicijs eſt, uiuēs mortua eſt. Suadet ergo molliſſimis ſuauitatibus peccatis, uicijs, & flammis nutrire carnem, cibi & uini intemperātia animā premere,ac uitam ſpiritus intercludere,& cōtra ſe hoſti ſuo de ſe gladiū miniſtrare. Ecce quid ſuadet ſeculi ſapientia? ut qui boni facti ſunt, mali eſſe malint, & per errorem mentis,fieri etiam ſtudeant peccatores,& nō cogitant illam terribilem dei uocem,cum exurentur peccatores ſicut fœnū. Omnes enim fideles per manus impoſitionē epiſcoporū, ſpiritū ſanctum poſt baptiſmū accipere debēt,ut pleni Chriſtiani inueniātur. De ſpiritu ſancto accipimus ut ſpiritales efficiamur,quia animalis homo nō percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei,quia cum ſpiritus ſanctus infunditur cor fidele ad prudentiam,ad cōſtantiam dilatatur. D De ſpiritu ſancto accipimus, ut ſapiamus inter bonū malumq; diſcernere,iuſta diligere, iniuſta reſpuere,ut malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus,ut luxuriæ ac diuerſis illecebris,& fœdis indignisq; cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu ſancto accipimus, ut amore & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere è terris mentē ad ſuperna & diuina ualeamus. DATA NON. SEPTEMB. Antonio & Alexandro VV. CC. COSS.

Ad Coloſ.3.

SAPIENTIA CARNIS.

1.ad Timo.5.

Manuum impoſitio poſt baptiſmū hodie appellatur confirmatio.

IN EPIST. PONTIANI ARG. PERIO. SICHAR.

PAcis cōmoda enumerat in hac epiſtola Pontianus, atq; ad eam nos ſummo ſtudio hortatur. Eò quod angelorū hanc fuiſſe uocem in ſacris legamus, Gloria in excelſis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, ut quam Chriſtus uoluerit nobis unice cōmendatam. Præterea de officio epiſcopi in fine pauca quædam dicit, quæ abunde declarant, quàm ſint alia ingreſſi uia ueteres illi & germani pontifices atque noſtri.

PONTIANI EPISTOLA CATHOLICA.

Lucæ 2.

PONTIANVS ſanctæ & uniuerſalis eccleſiæ epiſcopus,omnibus recte deum colentibus,& diuinum cultum amantibus,ſalutē. Gloria in excelſis deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Hæc uerba chariſſimi nō hominū ſunt,ſed angelorū,& nō hu-

A mano ſenſu excogitata, ſed ab angelis in ortu ſaluatoris adnunciata. Quibus indubitanter ab omnibus intelligi poteſt,qđ nō malæ uoluntatis, ſed bonæ, pax ſit à domino data. Vnde & dominus per prophetam loquitur,dicens: Quàm bonus deus Iſraël,his qui recto ſunt corde. Mei autem penè moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei,quia æmulatus ſum contra iniquos pacem impiorū uidens. De bonis uero ipſa per ſe ueritas ait: Beati mūdo corde,quoniam ipſi deum uidebunt. Mundi enim non ſunt corde,qui mala cogitant,aut nociua aduerſus fratres ſuos,quia nihil mali uult qui fidelis eſt. Fidelis ergo homo magis amat audire quæ oportet,quàm dicere quæ nō oportet. Et ſi quis fidelis eſt,uideat ne male loquatur,aut cuiquam inſidias ponat. In hoc ergo diſcernuntur filij dei,& filij diaboli: filij nanq; dei,ſemper cogitant & agere contendunt quæ dei ſunt,& fratres indeſinenter adiuuant,& nulli nocere uolūt, & filij diaboli econtra mala & nociua ſemper meditantur,quia opera eorum mala ſunt. De quibus loquitur dominus per Hieremiā prophetā,dicens: Loquere iudicia mea cum eis ſuper omni malitia eorum,propterea iudico adhuc uobiſcum, ait dominus,& cum filijs ueſtris diſceptabo. Ecce ego fingo cōtra uos malum,& cogito contra uos cogitationem. Hæc,fratres,ualde ſunt timenda,& ab omnibus cauenda,quoniam ſuper quem iudiciū dei ceciderit,non exiet impunitus. Et ideo unuſquiſq; præuideat,ne hoc machinetur aut agat in fratrē,qđ ipſe pati noluerit,& nec in ſuſpicionē ueniat homo fidelis, ut dicat B aut faciat ea quæ pati nō uult. Vnde ſuſpectos aut inimicos, aut facile litigantes,& eos qui nō ſunt bonæ conuerſationis,aut quorū uita eſt accuſabilis, & qui rectam nō tenent & docent fidem accuſatores,& anteceſſores noſtri apoſtolica repulerūt autoritate,& nos ſubmouemus,atq; temporibus futuris excludimus,ne libēter labi poſſint,quos nos tenere & ſaluare debemus, ne,qđ abſit,prædictū dei iudiciū,nō tantum ſuper utroſq; ueniat,ſed nos eorum uitio,quod deus auertat,pereamus. Scriptum eſt enim: Rectorem te poſuerūt, curam illorū habe, ut læteris propter illos,& ornamentū gratiæ accipias coronam,& dignationem conſequaris correctionis,uerbum enim nequam immutabit cor,ex quo quatuor partes oriūtur,bonum & malū,uita & mors,& dominatrix eſt aſſidua lingua. Pro talibus prædicti uitandi admodum ſunt,& priuſquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones,& ab eis alieni inueniantur,nō ſunt ſuſcipiendi: quoniā ſacrificiū ſalutare eſt attendere mandatis,& diſcedere ab omni iniquitate,beneplacitū eſt domino recedere ab omni iniquitate,& laudatio,recedere ab iniuſtitia. Quoniam ſcriptū eſt: Dilige proximum,& coniunge fidem cum illo,quoniā ſi denudaueris abſconſa illius, nō proſequeris poſt eum. Sicut eñ homo qui perdit amicum ſuum,ſic qui perdit amicitiā proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auē de manu ſua, ſic qui dereliquiſti proximū tuum,& nō eum capies: Nō illū ſequaris,quoniā longe abeſt: Effugit enim quaſi caprea de laqueo,quoniā uulnerata eſt anima illius. Vltra eum non poteris colligare, & maledicta eſt concordia. Denudare autem amici myſteria,diſpenſatio eſt animæ infidelis. Annuēs oculo fabricat iniqua,& nemo

Pſal.72.

Matth.5.

Hiere.18.

Eccl.32.

Eccl.27.

C eum abijciet. In conſpectu oculorũ tuorũ conculcabit os ſuũ,& ſuper ſermo-
Eccl.27. nes tuos admirabitur. Nouiſſime autem peruertet os ſuum,& in uerbis tuis
dabit ſcandalũ: Multa audiui,& nõ coæquaui ei,& dominus odiet illũ. Qui
in altum mittit lapidẽ, ſuper caput eius cadit, & plaga doloſi diuidet uulnera.
Qui fodit foueam, decidet in illam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendit
in eo,& qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimũ conſiliũ ſu-
per ipſum deuoluetur,& nõ agnoſcet unde adueniat illi. Illuſio & impro-
perium ſuperborũ & uindicta, ſicut leo inſidiabit illi. Laqueo peribunt, qui ob-
lectantur caſu iuſtorũ: dolor aũt conſumet illos ante quàm moriantur. Ira &
Eccl.28. furor utraq; exercrabilia,& uir peccator cõtinens erit illorum. Qui uindicari
uult,à deo inueniet uindictã,& peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proxi-
mo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini
ſeruat iram,& à deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi nõ habet mi
ſericordiam,& de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe dũ caro ſit, ſeruat
iram, & propiciationẽ petit à domino. Quis exorabit pro delictis illius? Me-
mento nouiſſimorum,& deſine inimicari, tabitudo enim & mors imminẽt in
mandatis. Memorare timorem domini,& nõ iraſcaris proximo. Memorare
teſtamenti altiſſimi,& deſpice ignorantiã proximi. Abſtine te à lite,& minues
peccata. Homo enim iracundus incendit litem,& uir peccator turbabit ami-
D cos,& in medio pacem habentiũ immittet inimicitiam. Secundũ enim ligna
ſyluæ, ſic ignis exardeſcet,& ſecundum uirtutem eius hominis iracundia illius
erit,& ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatũ
incendit ignem, & lis feſtinans effundit ſanguinem, & lingua teſtificans ad-
ducet mortem. Si ſufflaueris quaſi ignis exardebit, & ſi ſpueris ſuper illam ex-
tinguetur, & utraq; ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus,
multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit,& di-
ſperſit illos de gente in gẽtem. Ciuitates munitas diuitum deſtruxit,& domos
magnatorũ effodit. Virtutes populorũ cõcidit, & gẽtes fortes diſſoluit. Lin-
gua tertia mulieres uiratas eiecit,& priuauit illas de laboribus ſuis. Qui reſpi-
cit illã nõ habebit requiẽ, nec habebit cũ quo requieſcat. Flagelli plaga liuorẽ
facit, plaga autem linguæ comminuit oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed
non ſic quomodo qui interierit per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt à lin-
gua nequã,& qui in iracundiam illius non tranſiuit,& qui non adtraxit iugũ.
Vinculum illius uinculum æreum eſt, mors illius mors nequiſſima,& utiles
potius infert quàm illa. Perſeuerãtia illius non permanebit, ſed obtinebit uias
iniuſtorum,& flamma ſua non comburet iuſtos. Qui derelinquit deum inci-
dunt in illã,& exardeſcet in illis,& nõ extinguetur, & immittetur in illos quaſi
leo,& quaſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis,& noli audire linguã ne-
quam,& ori tuo fac oſtia,& ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentũ con-
fla,& uerbis tuis facito ſtaterã,& frenos ori tuo rectos,& adtende ne forte la-
baris in lingua tua,& cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit
caſus tuus inſanabilis in mortem. Nõ tardes cõuerti ad dominum,& ne differas de

A ras de die in diem. Subito eñ ueniet ira illius, & in tempore uindictæ diſper-
det te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, nihil enim proderũt tibi in die ob- Prouer.10.
ductionis & uindictæ. Nõ uentiles te in omnẽ uentũ, & non eas in omni uia,
ſic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in uia dei,& in ueritate
ſenſus tui & ſcientia,& proſequatur te uerbum pacis & iuſtitiæ. Eſto manſue-
tus ad audiendum uerbum ut intelligas,& cum ſapientia fer reſpõſum uerũ,
Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo, ſin autẽ, ſit manus tua ſuper os tuũ,
ne capiaris in uerbo indiſciplinato & confundaris. Honor & gloria in ſermo
ne ſenſati, lingua imprudẽtis ſubuerſio ipſius. Nõ appelleris ſuſurro,& lingua
tua capiaris,& confundaris, ſuper furem enim cõfuſio & pœnitentia,& deno-
tatio peſſima ſuper bilinguẽ. Suſurratori aũt odium & inimicitia & contume-
lia, iuſtifica puſillum & magnũ ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proxi-
mo, improperium enim & contumeliam malus hæreditabit,& omnis pecca-
tor inuidus & bilinguis. Nõ extollas te in cogitatione animæ tuæ ſicut taurus,
ne forte elidatur uirtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat,& fructus tuos
perdat,& relinquaris uelut lignũ aridũ in heremo. Anima enim nequam di-
ſperdet qui ſe habet, in gaudiũ inimici dat illũ,& deducet in ſortem impiorũ.
Chariſſimi oppreſſos erigere ſtudete, & neceſſe habentes ſemper adiuuate,
quoniã qui fratrẽ derelictũ leuat, adprehẽſum eripit, mœrentẽ cõſolatur, ab
B illo ſibi retribui cui totũ impendit non dubitet, qui ait: Quod uni ex minimis
meis feciſtis, mihi feciſtis. Talia enim bona indeſinenter agere ſtudete, ut fru-
ctum boni operis & hic conſequamini, & in futuro gratia dei perfruamini,
quatenus cœleſtis regni aulã introire poſtea mereamini. DATA III. CAL.
MAII. Seuero & Quintiano VV. CC. COSS.

IN EPIST. ANTHERI ARGVMENTVM PER IOANNEM SICHARDVM.

QVemadmodum non eſt ſitum in cuiuſuis poteſtate, ſeipſum ultro pro epiſcopo
eccleſijs obtrudere, ita ſi uitæ ſanctimonia, & eruditionis adiumento, demũ po
puli ſuffragijs fretus quiſpiam in hunc locum peruenerit, non poterit, integra ſaltem
officij ſemel ſuſcepti dignitate, ſtatione iſta ueluti deſerta, miſeriarũ ſatietate, aut am-
plioris ſpe lucri ſollicitatus, aliam ambire eccleſiam, niſi id publicæ utilitatis ratio, cui
tota epiſcopũ uita ſeruire debet, ſuaſerit. Quæ ſi adparet re ipſa, non modo abitionis
donanda erit gratia, uerumetiã noſtrapte uoluntate, ſi uel nullũ ea de re præceptum
Euãgelij extaret, id agere debemus, ut ſi nos feliciter iam in Chriſto adoleuerimus,
eum per quẽ in tantũ profecerimus cognitionis ꝓfectũ, æquiſſimis animis patiamur
aliò etiam properare, præſertim ſi cauſſa ſit, cur ſperemus nõ uulgare alibi poſſe eius
præſentiam operæpretiũ adferre, id eſt: ubi meſſis iamiam matureſcẽs, plena ſpei, ma
nus operariorũ nobis deſiderare uideatur. Eius enim rei nõ deſunt exempla grauiſſi-
morũ uirorum, quandoquidẽ inter omnes conſtat, D. Petrũ ab Antiochia, cui annis
aliquot egregiam operã nauaſſe uiſus ſibi erat, Romam iter inſtituiſſe, ut & iſthic pro
uirili ſua aliquot Chriſto lucrifaceret.

ANTHERI EPISTOLA DE TRANSLATIONE EPISCOPORVM.

C CHARISSIMIS atq; dilectissimis fratribus per Beticã atq; Toleranam prouincias episcopis constitutis. Antherius episcopus in domino salutẽ. Optarem fratres charissimi semper dilectionis & pacis uestræ sinceritatis gaudia audire, ita ut uicissim discurrentibus literis, sospitatis inditia iuuarentur, siquidem nos ab incursione sua uacare
Ioan. 8. hostis antiquus sineret, qui ab initio mẽdax, inimicus ueritatis, æmulus hominis, quẽ ut deciperet, se ante decepit, pudicitiæ aduersarius, luxuriæ magister, crudelitate pascitur, abstinentia punitur, quod unũ è ministris suis prædicantibus quædam superflua, spem non habentibus de futuris, apostoli sententia
1. Corin. 15. repercussit dicentis: Manducemus & bibemus, cras enim moriemur. O inselix audatia, ò desperata mentis astutia. Ipse enim hortatur odia, & fugat concordiam, & quia facile ad deteriorem partẽ mens humana transducitur, uolẽs magis per spatiosam uiam ambulare, quàm artæ uitæ iter cũ labore transire. Quare fratres dilectissimi sectamini meliora, & semper relinquite deteriora, bona agite, mala uitate, ut ueri discipuli domini inueniamini. De mutatione ergo episcoporum unde sanctam sedem apostolicã consulere uoluistis, scitote eam cõmuni utilitate atq; necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Petrus sanctus magister & princeps apostolorũ, de Antiochia
Petrus ab Antiochia translatus Romã est. utilitatis caussa translatus est Romã, ut ibidẽ potius proficere posset, Eusebius
Eusebius. quoq; de quadam parua ciuitate, apostolica autoritate mutatus est Alexan-
Felix. driã. Similiter Felix, de ciuitate qua ordinatus erat, electione ciuiũ propter do
D ctrinã & bonam uitam quam habebat, cõmuni episcoporũ & reliquorũ sacerdotum, ac populorũ consilio, translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, qui nõ suo libitu aut ambitu hoc facit, sed utilitate quadã aut necessitate, aliorum hortatu & consilio potiorũ transfertur. Nec transfertur de minore ciuitate ad maiorẽ, qui hoc non ambitu, non propria uoluntate facit, sed aut ui à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab alijs trãslatus & intronizatus est, quia homo uidet in facie, deus autem in corde. Et dominus per prophetam loquitur, dicẽs: Dominus scit cogitationes hominũ quoniã uanæ sunt. Nõ ergo
Psal. 93. mutat sedem qui nõ mutat mentẽ, nec mutat ciuitatem qui nõ sua sponte, sed consilio & electione aliorũ mutatur. Nõ igitur migrat de ciuitate ad ciuitatẽ, qui nõ auaritiæ caussa, non sponte dimittit suã, sed, ut iam dictũ est, aut pulsus à sua, aut necessitate coactus eleemosynæ, exhortatione sacerdotum & populorũ translatus est ad alterã ciuitatẽ. Hæc ut petistis, licet uobis ignota nõ sint tenenda mandamus, ne ignorantia quorundã, meliora & utiliora uitentur, &
Matth. 23. inutiliora sinantur, sicut in sancto legitur euãgelio: Væ uobis Hypocrite, quia decimatis mentam, & anetum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt, legis iudiciũ, & misericordiã, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere, duces cæci excolantes culicem, camelum aũt glutientes, quod licet, nõ licet,

A cet, & quod nõ licet, licet. Quẽadmodũ Iamnes & Maubres restiterũt veritati, sic & illi mente reprobi, amãtes uoluptatem magis quàm deũ, quod licet docent non licere, id est episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem, prætaxato
Exodi 7. 2. Tim. 3. modo. Et quod nõ licet, docent licere, id est misericordiã nõ agere circa patientes necessitatẽ, hoc tamen eis qui episcopum nõ habẽt, & sacro episcopali indigẽt ministerio, episcopũ de alia ciuitate caussa utilitatis uel necessitatis tribui, & episcopis persequutionem aut necessitatẽ patientibus, aliam cathedrã dari negant. Contradicunt etiam sacræ scripturæ, quæ testatur omnis malle deum misericordiam quàm sacrificiũ. Vtrisq; aũt, id est, & famẽ uerbi dei pa
Oseæ 6. tientibus, & episcopis necessitatem quandam, quando intronizãtur propter cõmunem utilitatem in alijs ciuitatibus, non modica exhibetur misericordia. Negantes autem hæc, licet speciem habeant pietatis, uirtutẽ tamen eius abnegant, nam in tali negocio prosapiam non agnosco. Si quis tamen sapientium, quos insipiẽtibus tempestatis huius procella sociauit, alijs autoribus facinorũ participatione maculatur, splendor sapientis & si cõmunionem criminũ incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Alia est quoq; caussa utilitatis & necessitatis, & alia auaritiæ & præsumptionis, atq; propriæ uoluntatis. Auaritiæ uero caussa & præsumptionis, aut propriæ uoluntatis, non sunt episcopi mutandi de ciuitate ad ciuitatẽ, sed utilitatis & necessitatis, quod nemo negat, nisi hi de quibus scriptũ est: Errauerunt in ebrietate, nescierunt ui
B dentem, ignorauerunt iudiciũ. Nam si enarrando conarer aperire transacta, ostenderem uobis nullum euenire solatiũ de comparatione factorũ. Cæterũ state charissimi super uias, aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis, & uidete quæ est bona & recta uia, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus uestris. Et ut iuxta Sapientiæ uocem dicamus: Diligite iustitiam qui iudicatis terrã, sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cor
Sap. 1. dis quærite illum, quoniã inuenitur ab his qui nõ tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separãt à deo, probata autem uirtus corripit insipientes. Quoniã in maliuolã animã nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & nõ liberabit maledictũ à labijs suis, quoniã renum illius testis est deus, & cordis eius scrutator est uerus, & linguæ illius auditor. Quoniã spiritus domini repleuit orbem terrarũ, & hoc quod continet omnia, scientiã habet uocis, Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonũ autem illius auditio ad dominũ ueniet, & ad correptionem iniquita
tes illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationũ nõ abscondetur. Custodite ergo uos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Quoniam sermo obscurus in uacuum non ibit, os quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore uitæ ue-

C ſtræ,nec̄ꝫ adquiratis perditionem in operibus manuum ueſtrarum. Quoniã deus mortem nō fecit,nec lætatur in perditione uiuorum. Creauit autem eſſe nationes orbem terrarum. Nō eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorū regnum in terra uiuentium. Iuſtitia perpetua eſt & immortalis,iniuſtitia autem mortis eſt adquiſitio. Impij autem manibus & uerbis accerſierunt illam,& æſtimantes illam amicam defluxerunt,& ſponſiones poſuerunt ad illam,quoniam morte digni ſunt qui ſunt ex parte illius. Dixerunt enim apud ſe cogitantes non recte: Exiguū & cum tædio eſt tempus uitæ noſtræ, & non eſt refrigeriū in fine hominis,& non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hæc erimus tanquam non fuerimus. Quoniã fumus & flatus eſt in naribus noſtris,& ſermo ſcintillæ ad cōmouendum cor noſtrū. Quia extinctū eſt uelut cinis cor noſtrū,& ſpiritus diffunditur tanc̄ꝫ mollis aër. Et tranſibit uita noſtra tanquam ueſtigium nubis,& ſicut nebula diffundetur,quæ fugata eſt à radijs ſolis,& à calore illius aggrauata. Et nominis noſtri obliuionē accipiet per tēpus,& nemo memoriã habebit operum noſtrorū. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrū,& non eſt reuerſio finis noſtri,quoniam conſignata eſt,& nemo reuertetur. Propterea unicuiqꝫ præuidendū eſt,ut ſummopere ſe cuſtodiat,& utiliter ſe præuideat, ut cum dies extrema finiſcꝫ uitæ aduenerit, non tranſeat ad perpetuam mortem, ſed uitam æternam. Facta enim ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra uero iudi

D cantur à deo: ex merito uero plebis nōnunquam epiſcopi deprauantur,quia terra procliui cadent qui ſequūtur, capite langueſcente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt qui uitam moreſcꝫ bonorū corrumpūt,his qui ſubſtantias aliorū, prædiaꝫ diripiunt. Caueat unuſquiſcꝫ, ne aut linguã aut aures habeat prurientes,id ne aut ipſe alijs detrahat,aut alios audiat detra-

Pſal.49. hentes. Sedens, inquit,aduerſus fratrem tuum loquebaris detrahendo,& aduerſus filiū matris tuæ ponebas ſcandalū,&c. Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiētes ſermones ſuos,& ſciant,quia cuncta quæ alijs loquūtur,ſua ſententia iudicabūtur. Nemo inuito auditori libēter refert officij miniſterium, ſic dilectiſſimi nō ſolum oculos caſtos ſeruate, ſed & linguam, nec quid in cuiuſquam domo agitur, alia domus per eos unquam nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, ne cui machinentur dolos,& ſerpentis aſtutiam, ne aliorū ſupplantentur inſidijs. Nō eſt humilitatis meæ nec̄ꝫ menſuræ iudicare de cæteris,& de miniſtris eccleſiarū ſiniſtrū quippiam dicere. Abſit quicquã ſiniſtrū de his loquar, qui apoſtolico gradu ſuccedentes, CHRISTI corpus ſacro ore conficiunt,per quos nos etiã Chriſtiani ſumus,qui claues regni cœ-

Deut.17. lorum habentes, ante iudicij diem iudicāt. Veteri quidem lege habetur,quicunc̄ꝫ ſacerdotibus non obtemperaſſet,aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo,aut gladio ceruice ſubiecta contentū expiabant cruorem. Nunc uero inobediēs ſpirituali animaduerſione truncatur,aut eiectus de eccleſia rabido dæmonū ore decerpitur. Oportet enim,ut qui deum hæreditate poſſidēt, abſcꝫ ullo impedimento ſeculi deo ſeruiant,ut dicere poſſint: Dominus pars hære-

A hæreditatis meæ. O quàm bonus & ſuauis eſt ſpiritus tuus domine in omnibus: parcis autē omnibus,quoniã tua ſunt domine qui animas amas. Ideoc̄ꝫ Sap.12. hos qui errant ex partibus corripis,& de quibus peccāt admones & alloqueris,ut relicta malitia credant in te dñe. Tu autē deus noſter ſuauis & uerus es, patiens,& miſericordia diſponens omnia,etenim ſi peccauerimus,tui ſumus, Sap.15. ſcientes magnitudinem tuam,& ſi nō peccauerimus, ſcimus quoniã apud te ſumus cōputati,ſpiritus timentiū deum quærentur ab eo,& in reſpectu illius benedicentur. Quapropter fratres chariſſimi ſermo malus ex ore ueſtro nō procedat, ſed ſi quis bonus eſt ſpectet ad ædificationē opportunitatis, ut det gratiã audientibus. Et nolite contriſtari ſpiritū ſanctū dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira,& indignatio, & clamor,& blaſphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem ſicut & deus, in CHRISTO.

Pauca hic admodū deſunt, credo eiuſmodi aliqua, In Chriſto Ieſu domino noſtro, Amen.

IN EVTYCHIANI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

SVb Felice pontifice Rom, quem mox Eutychianus ſequutus eſt, orta eſt Manichæorum hæreſis, neſcio furioſior ne an ſtultior, de Chriſti diuinitate, & permixtione naturarum. In quos quantum eſt per exiguum illud uitæ tempus, quo præfuit

B Ro. eccleſiæ licitū, quod fuit, Euſebio teſte, x. menſiū, ita Eutychianus inuehitur, ut appareat hoc quæſiſſe maxime optimū uirum, ut abiecto priſtino errore, ad unitatem eccleſiæ reuerterentur. Docens quædam à Chriſto ita dici, ut uideantur magis noſtro captui adcōmodata, quàm quod ratio diuinitatis in eo ita tulerit.

EVTYCHIANI EPISTOLA BETICAE PROVINCIAE SCRIPTA.

CHARISSIMIS fratribus Ioanni,& omnibus per Beticam prouinciam conſtitutis epiſcopis, EVTYCHIANVS epiſcopus in domino ſalutem. Hortatur nos æquitas poſtulationis, deſiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere,& conſultis tuis breuiter reſpondere. Et quamuis dilectionem tuã ſciam ad omne opus bonum eſſe deuotam, ut tamen efficacior fiat, illos qui ſane non ſapiunt, qualiter de incarnatione ſalutaris noſtri informare debeas, mandamus. Vnum igitur hoc immobile fundamentum, humana & felix fidei petra Petri ore confeſſa. Tu es, inquit CHRISTVS, filius Matth.16. dei uiui, tanta in ſe argumenta ſuſtinens ueritatis, quantæ peruerſitatis quæſtiones & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris diſpenſatio uoluntatis paternæ ſit erga partus & corpus, poſtc̄ꝫ crux, mors, inferi, ſalus noſtra eſt. Humani enim generis cauſſa, dei filius natus ex uirgine eſt & ſpiritu ſancto, ipſo ſibi in hac operatione famulante,& ſua, dei uidelicet inumbrante uirtute, corporis ſibi initia conſeuit,& exordia carnis inſtruxit, ut homo fa-

C ctus ex uirgine, naturam in se carnis acciperet, per quam huius admixtionis societatē, sanctificatū in eo uniuersi generis humani corpus existeret. Et quemadmodum omnes ipse qui corporeū se ostendit cōdiderat, ita rursum omnes ipse per id qđ eius inuisibile erat reformaret. Dū igitur imago uisibilis, pudorem humani exordij non recusauit, & per conceptionem, partum, uagitū, & cunas, omnesq; naturæ nostræ cōtumelias transcurrit. Quid tandem dignū à nobis tanto dignationis affectui responderet? Inenarrabilis à deo ergo originis unus unigenitus deus, in corporis humani formam sanctæ uirginis utero insertus, adcrescit, qui omnia continet, intra quem, & per quē cuncta sunt, humani partus lege profertur. Ad cuius uocem archangeli tremūt, cœlū & terra, & omnia huius mundi resoluūtur elementa. Vagitu infantiæ audit, qui inuisibilis & incomprehēsibilis est. Nō uisus sensu tactuq; moderandus, cunis est obuolutus. Hæc si quis indigna deo recolit, tanto se maioris officij obnoxium confitetur, quanto minus hæc dei conuenerunt maiestati. Num ille indiguit homo effici, per quem homo factus est? sed nos eguimus, ut deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est assumptione carnis, unus interna uniuersæ carnis incoleret, humilitas eius nostra nobilitas est, contumelia eius, honor noster. Quod ille deus in carne consistit, hoc nos uicissim in deū ex carne reuocat, nam is plane uitā suam nescit, qui CHRISTVM IESVM ut uerum deū, ita & uerū hominē ignorat, & eiusdem periculi est, IESVM Christum, uel spiritū, uel deum, uel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo, qui in cœlis est. Qui aūt negauerit me corā hominibus, negabo & ego eū corā patre meo qui est in cœlis. Hæc uerbū caro factū loquebaſ, & homo IESVS Christus, dominus maiestatis docebat. Mediator ipse deus ad salutē ecclesiæ constitutus, & ipso illo inter deum & hominē mediatoris sacramento utroq; unus existēs, ex unitis in idipsum naturis. Naturæ uero utriusq; res eadē est, ita tamen ut neutra careret in utroq;, ne forte deus esse, homo nascendo desineret, & homo rursum deus manendo non esset. Hæc itaq; humanæ beatitudinis fides uestra est, deum & hominē prædicare, quod homo sit, neq; carnem ignorare quod uerbū sit. Natus igitur unigenitus deus ex uirgine homo, & secundū plenitudinem temporū in semetipso profuturus in deum hominem. Hunc per omnia euangelici sermonis modū tenuit, ut se dei filiū crederi doceret, & hominis filiū prædicaret & admoneret. Loquēs & gerens deinde deus uniuersa quæ hominis sunt, ita tamen in ipso illo utriusq; generis sermone, nunquam nisi cum significatione & hominis loquutus est deus. Si hinc itaq; fallendi simplices atque ignorantes, hæreticis occasio est, & quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum diuinæ naturæ infirmitatem mentiantur. Et quia unus idem est loquens omnia, quæ loquitur de semetipso omnia eum loquutū esse cōtendat. Nec sanè negamus, totum illum, quia ei manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si IESVS Christus, & homo & deus, & neque cum homo sit, tum nō sit & deus, neq; tum cum & homo & deus,

Humilitas Christi nostra nobilitas est.

D *Mat. 10.*

A & deus, tum nō etiam deus. Neque per hominem in deo, non totus homo, totus deus unum atque idem est, necesse est dictorū eius sacramentū esse totius generis, & cum in eo secundū tempus discernis hominem à deo, dei tunc atque hominis discerne sermonem, & cū deum atq; hominē in tempore confiteris, dei atq; hominis in tempore dicta diuidas. Cum uero ex homine & deo rursum totius hominis, totius iam dei tempora intelligis, si quod illius ad demonstrationem temporis dictum est, tempori coāptato quæ dicta sunt, ut cū aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo & deus, aliud sit post hominē & deus, totus homo & totus deus, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentū. Cum pro qualitate generum, ac natura rerū, aliū ei in sacramento hominis necesse est sermonē fuisse, & natura aliū adhuc moriturо, aliū etiam & non. Nostri igit caussa hæc omnia IESVS CHRISTVS gerens, & corporis nostri homo natus, secūdum consuetudinem naturæ nostræ loquutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse quod deus est. Nā etsi in partu, & passione, & morte, naturæ nostræ semper egerit res, tamē omnes uirtutes naturæ suæ gessit. Vides'ne ita deum & hominē prædicari, ut mors homini, deo uero carnis excitatio deputetur? Non tamē ut alius sit qui mortuus est, & alius per quem mortuus resurgit. Spoliata eī carne CHRISTVS est mortuus, & rursum CHRISTVM à mortuis excitās, id est CHRISTVS
B carne se expolians. Naturā dei in uirtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte agnosce. Et cū sint utraq; suis gesta naturis, unū tamē CHRISTVM IESVM eum memento esse, qui utrunq; est. Hæc igitur demonstranda à me paucis fuere, ut utriusq; naturæ formā tractari in domino IESV CHRISTO meminissemus, quia qui manens in forma dei, formam serui susсepit, ipse diuinitatiē nequaquā amisit. Cæterū fratres hortamur uos, ut moneatis eos conuerti ad deum, unde scriptum est: Fili non tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Subito eī ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Noli anxius esse in diuiciis iniustis, nihil proderūt tibi in die obductionis & uindictæ. Non uentiles te in omnem uentum, & nō eas in omni uia. Sic eī peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in uia dei, & in ueritate sensus tui & scientia, & prosequatur te uerbum pacis & iustitiæ. Esto mansuetus ad audiendū uerbum dei ut intelligas, & cum sapientia pferes respōsum uerū. Si est tibi intellectus responde proximo, sin autē, sit manus tua super os tuū, ne capiaris in uerbo indisciplinato, & c. Honor & gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subuersio illius. Nō appelleris susuro, & lingua tua capiaris & confundaris. Super furem enim est cōfusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem. Susurratori autē odium & inimicitia & contumelia. Iustifica pusillū, & magnū similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo, improperium enim & contumeliā malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Nō te extollas in cogitatione animæ tuæ uelut taurus, ne forte elidatur uirtus tua per stultitiam, & folia tua comedet, & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignū aridū in heremo. Ani-

Sermones Christi pro diuina atque humana natura alio atque alio modo intelligendi sunt.

Eccl. 5.

Eccl. 6.

C ma enim nequam disperdit qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducit in sortem impiorum. Talibus uos exhortationibus fratres uicissim monete, & bona semper sectamini, malaq; uitate. Magnis enim studijs, secundum beatũ apostolum, præcauendũ est, ne fides & disciplina domini blasphemetur, & si illa nonnunquã sinenda sunt, quæ si cæterorum constet integritas, sola nocere nõ ualeant, illa tamen sunt magnopere præcauẽda quæ præcipi sine manifesta decoloratione nõ possunt. Etsi ea ipsa quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, rerum temporumq; cogit intuitus, accelerate prouisionis respectus excusat, quanto magis illa nullatenus sunt mutilanda, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas. Optamus igitur fratres charissimi, & totis omnipotentem dominũ precibus exoramus, ut dilectionẽ uestram in amoris sui constantiam faciat magis magisq; feruescere, atq; in pace ecclesiæ in una uos dedat manere cõcordia. Admonemus etiam fraternitatẽ uestram, ut in cõmissis uobis animabus. solerter inuigiletis, animarumq; magis lucris quàm cõmodis uitæ præsentis intendatis. Continentes uero ac in disponendis rebus ecclesiasticis diligẽtes custodes existatis, ut omni ex parte, susceptum uos condigne gessisse pastoris officiũ, uenturus iudex cũ ad iudicandũ uenerit, debeat approbare. Omnipotens autem deus sua uos protectione custodiat, honoremq; à domino uobis collatũ, moribus seruare concedat, atq; cũ multiplici fructu animas uobis cõmissas ad
D pascua æterna adducere, & sibi condigne repræsentare adiuuet, uosq; inter sanctos & electos suos collocare dignetur. DATA pridie idus Aprilis, Aureliano & Marcello. VV. CC. COSS.

IN CONSTANTINI IMP. CONFESSIONEM ARG. PER IO. SICHAR.

Confessio. SVperuacaneum est hic, post tot egregios rerũ sacrarũ scriptores, admonere cuiusmodi antiquitus fuerit cõfessio, tamen quod huius loci est, obiter uelut digito ostendã. Solebant enim & imperatores palàm testari sententiã suam, id quod ex euangelijs agere iubemur. Qui enim, inquit Christus, me confitebitur apud homines, & ego confitebor eum apud patrem meũ, qui est in cœlis. Fiebant autẽ ab imperatoribus maiore adparatu, ut quo longius illud emanaret, hoc essent plures qui non dubitarẽt huic fidei nomen dare, quã uidissent iam imperatorẽ ipsum amplexũ. Et quia in alijs tales fere sumus, quales uidemus principes qui rebus præsunt, fecit hic quoq; illa de fide Christiana professio uulgo animũ, ut esse principibus quam simillimi uellent, impunitate præsertim iã data, & præeunte ipso imperatore. Ita passim in antiquis bi-
Carlus Magnus. bliothecis licet uidere cõfessiones Iustiniani, Carli Magni, & Friderici tertij, quibus tanq; signo dato, ad fidem Christianam uocarentur, quibus per principum tyrannidem hoc nõ satis tuto antea licebat.

CONFESSIO CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN nomine sanctæ, & indiuiduæ trinitatis, patris scilicet, & filij, & spiritussancti, Imperator Cæsar Flauius Constantinus, in CHRISTO IESV, uno ex eadẽ sancta trinitate, saluatore domino deo nostro. Fidelis, mansuetus, maximus, beneficus. Alamanicus, Gothicus.

A ticus, Sarmaticus. Germanicus, Britãnicus, Hunnicus, pius, felix, uictor, ac triumphator semper augustus. Sanctissimo ac beatissimo patri patrum Syluestro urbis Romæ episcopo, atque omnibus eius successoribus, qui in sede beati PETRI usq; in finem seculi sessuri sunt, pontificibus, necnon & omnibus reuerẽ. & deo amabilibus catholicis episcopis eidẽ sacrosanctæ Ro. ecclesiæ, per hanc nostrã imperialem constitutionem subiectis, in uniuerso orbe terrarũ, nunc & in posterũ cunctis retro temporibus constitutis, Gratia, pax, charitas, gaudiũ, longanimitas, misericordia à deo patre omnipotente, & IESV CHRISTO filio eius, & spiritu sancto cũ omnibus uobis. Ea quæ saluator & redemptor noster dominus noster IESVS Christus altissimi patris filius, per suos sanctos apostolos Petrũ & Paulũ, interueniente patre nostro Syluestro summo pontifice, mirabiliter dignatus est, liquida narratione per huius nostræ imperialis institutionis paginam, ad indaginẽ omnium populorũ, in uniuerso orbe terrarũ nostra studuit propagare mãsuetissima serenitas. Primũ quidem fidem nostram, quã à præfato beatissimo patre & oratore nostro Syluestro uniuersali pontifice edocti sumus, intima cordis confessione, ad instruendas omniũ uestrũm mentes, proferentes, & ita demum misericordiã dei super nos diffusam annũciantes. Nos emẽ uos scire uolumus, sicut per anteriorem nostrã sacrã pragmaticã iussionem significauimus, nos à cul-
B turis Idolorũ, simulacris mutis, & surdis, manufactis, diabolicis cõpositioni bus, atq; ab omnibus satanæ pompis recessisse, & ad integram Christianorũ fidem, quæ est uera lux, & uita perpetua peruenisse. Credentes iuxta id quod nos idem almificus summus pater, & doctor noster Syluester instruit ponti fex, in deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, uisibiliũ omniũ & inuisibiliũ, & in IESVM Christũ filium eius, unicũ dominũ nostrũ, per quem omnia facta sunt, & in spiritũ sanctũ dominũ & uiuificatorem uniuersæ creaturæ, hoc est patrem, & filiũ, & spiritũ sanctum confitemur, ita ut in trinitate perfecta, & plenitudo sit diuinitatis, & unitas potestatis. Pater deus, filius deus, & spiritus sanctus deus, & tres unũ sint in CHRISTO IESV, tres itaque formæ, sed una potestas. Nam deus semper sapiens, edidit ex se per quod essent gignenda secula uerbum. Et quando eodem solo suæ sapientiæ uerbo, uniuersam ex nihilo formauit creaturam, cũ eo erat, cuncta suo arcano componens mysterio. Igitur perfectis cœlorũ uirtutibus, & uniuersis terræ materijs, pio sapientiæ suæ nutu, ad imaginem & similitudinem suam primum de limo terræ fingens hominẽ, hunc in paradiso posuit uoluptatis, quẽ antiquus serpens, & hostis inuidens diabolus, per amarissimũ lignum uetiti gustum, exulem ab eisdem effecit gaudijs, eoq; expulso nõ desinit sua ueneno sa multis modis protelare iacula, aut à uia ueritatis humanũ abstrahẽs genus, idolorum culturæ uidelicet creaturæ & nõ creatori deseruire suadeat. Quatinus per hoc eos quos suis uoluerit irretire insidijs, secũ æterno afficiat cõcremandos supplicio. Sed deus noster misertus plasmæ suæ, dirigẽs sanctos suos prophetas, per quos lumen futuræ uitæ ad aduentũ uidelicet filij sui domi-

C ni dei & ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI annuncians, miſit eundem filiũ ſuum unigenitũ, & ſapientiæ uerbũ, qui deſcendens de cœlis, propter noſtrã ſalutem, natus de ſpiritu ſancto, ex Maria uirgine, uerbũ caro factum eſt, & habitabit in nobis: non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod nõ erat. Deũ perfectũ, & hominem perfectum, ut deus, mirabilia perficiens, & ut homo, humanas paſſiones ſuſtinens, ita uerum hominem, & uerum deum, uerum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electiſq; XII. apoſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruſcauit, Confitemur eundem dominũ noſtrũ IESVM Chriſtũ, & impleſſe legem & prophetas, paſſum, crucifixum ſecundũ ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, atq; ſedentem ad dexterã patris, inde uenturũ iudicare uiuos & mortuos, cuius imperij non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra orthodoxa, à beatiſſimo patre noſtro Sylueſtro, ſummo põtifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populũ, & diuerſas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere, ac prædicare, & in ſanctæ trinitatis nomine baptiſmi gratiam conſequi, & dominũ IESVM Chriſtum ſaluatorem noſtrum, qui cum patre & ſpiritu ſancto per infinita uiuit & regnat ſecula, quem Syluester beatiſſimus noſter pontifex in uniuerſali prædicat corde deuoto adorare. Ipſe enim dominus deus noſter miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos apoſtolos ad uiſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infuſſit nobis, & abſtractũ à tenebris,

D ad ueram lucem & agnitionem ueritatis me peruenire gratulamini. Nam dũ ualida ſqualoris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem, & multorũ medicorum conuenientiũ cura adhiberetur, nec unius quidem promerui ſalutem. Ad hæc aduenerũt ſacerdotes Capitolij, dicentes mihi debere fieri fontẽ in Capitolio, & compleri hunc innocentũ ſanguine calente, & in eo loco me poſſe mundari. Et ſecundum eorum dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum uellent ſacrilegi paganorũ ſacerdotes eos macta re, & ex eorũ ſanguine fontem repleri. Cernens ſerenitas noſtra lachrymas matrũ eorum, ilico exhorrui facinus, miſertuſq; eis, proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datiſq; uehiculis, & donis conceſſis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tranſacta die, nocturno nobis facto ſilentio, dum ſomni tempus adueniſſet, adſunt apoſtoli, ſanctus Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniã flagitijs poſuiſti terminũ, & effuſionem ſanguinis innocentis horruiſti, miſſi ſumus à CHRISTO domino noſtro, dare tibi ſanitatis recuperandæ cõ filium. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcunq; indicamus tibi. Syluester epiſcopus ciuitatis ad montẽ Soracten perſequutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum ſuis clericis latebras fouet, hunc cum ad te adduxeris, ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendat, in qua dum te tertio merſerit, omnis te ualitudo iſta deſerat lepræ, quod cum factũ fuerit, hanc uiciſſitudinem tuo ſaluatori compenſa: Te autem ipſum in hac parte purifica, ut relicta omni ſuperſtitio ne idolorũ, deum uiuum uerum, qui ſolus eſt & uerus, adores & excolas, & ad eius uoluntatem attingas. Exurgens igitur à ſomno protinus iuxta id quod à ſan-

Chriſtus legem impleuit.

Antiquiſſimi enim quiq; me dici arbitrãtur nihil æquæ mederi lepræ, ac ſanguinem humanum.

Syluester latuit in ſpecu Soractis.

A ctis apoſtolis admonitus ſum peregi, aduocatoq; eodẽ præcipuo & magnifico patre, & illuminatore noſtro Syluestro, omnia à ſanctis apoſtolis mihi præcepta dixi uerba, percunctatiq; eum ſumus, qui iſti dij eſſent Petrus & Paulus. Ille uero ait: non eos deos uere dici, ſed apoſtolos ſaluatoris noſtri IESV Chriſti. Et rurſus interrogare cœpimus eũdem Syluestrũ, utrũ ipſorum apoſtolorũ imaginem expreſſam haberet, ut ex pictura diſceremus, hoc eſſe quod reuelatio docuerat. Tunc idem uenerabilis pater imagines eorundem apoſtolorũ per diaconem ſuũ exhiberi præcepit, quas dum aſpicerem, & eorũ quos in ſomno uiderã figuratos, in ipſis imaginibus cognouiſſem uultus, ingenti clamore corã omnibus ſatrapibus meis cõfeſſus ſum eos eſſe quos in ſomno uiderã. Ad hæc beatiſs. Syluester indixit nobis pœnitẽtiæ tempus intra palatiũ noſtrũ Lateranenſe, in uno cilicio, ut omnia quæ à nobis impie peracta, atq; iniuſte diſpoſita fuerant, uigilijs, ieiunijs, atq; lachrymis, & orationibus apud ſaluatorem noſtrũ IESVM Chriſtũ impetraremus. Deinde per manus impoſitionẽ clericorũ uſq; ad ipſum præſulẽ ueni, ibiq; abrenũci ans ſatanæ pompis, & operibus eius, uel uniuerſis idolis manufactis, credere in deũ patrem omnipotentẽ, factorem cœli ac terræ, uiſibiliũ & inuiſibilium, & in IESVM Chriſtũ filiũ eius unicũ dominũ noſtrũ, qui natus eſt de ſpiritu ſancto, & Maria uirgine, ſpontanea uoluntate corã omni populo profeſſus

B ſum. Benedictoq; fonte illic me trina merſione unda ſalutis purificauit. Leuatoq; me de uenerabili fonte, indutus ueſtibus cãdidis, ſeptiformis ſpiritus ſancti conſignationẽ adhibuit, beati chriſmatis unctione, & uexillũ ſanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicẽs: Signat te deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, in cõſignationẽ fidei. Cũctuſq; clerus reſpondit, Amẽ. Et adiecit præſul: Pax tibi. Prima itaq; die poſt perceptũ ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationẽ corporis mei à lepræ ſqualore, agnoui nõ eſſe aliũ deũ, niſi patrem, & filiũ, & ſpiritũ ſanctũ, quem beatiſſimus Syluester prædicat trinitatem in unitate, unitatẽ in trinitate. Nam oẽs dij gentiũ, quos uſq; hactenus colui, dæmonia, opera hominũ manufacta cõprobãtur. Etenim quantam poteſtatẽ idem ſaluator noſter ſuo apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſſime nobis idem uenerabilis pater edixit, dũ fidelem eum in ſua interrogatione inueniens, ait. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & dñs ſuo diſcipulo adiunxit, inquiens, & tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatum in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum in cœlis. Et dum hæc prædicante beato Syluestro agnoſcerem, ex beneficijs ipſius beati Petri integræ me ſanitati comperi redditum.

EPISTOLARVM FINIS.

SYLLABVS

RERVM MEMORABILIVM utriuſq; partis tam Clemẽtis quàm Epiſtolarum.

Aaron primus põtifex. 19. A
Abrahã aſtrologus. 14. D
Abrahã duos filios habuit. folio. 15. A
Abraham torum mundum ab interitu uindicauit. 14. D
Abraham ex ordine ſtellarũ, cõditorem earum agnouit. 14. D
Abuſus mox ex rebus optimis naſcitur. folio. 133. B
Accuſandi in integrum ſunt reſtituendi. epiſtolarum. 66. C
Achilles colitur apud Leuconeſſum pro deo. folio 159. B
Adflictiones pro remedio aliquãdo dantur hominibus. 79. A
Ad meridiẽ raræ ſunt pluuiæ. 124. C
Adulteria ſunt etiã in elemẽtis. 153. B
Adulterium proximum peccatũ eſt ab incredulitate. epiſt. 5. B
Aduẽtũ ſecũdũ, etiã Iudæi credũt. 20. D
Aegyptij genus ſuũ à Meſraim ducunt. folio 83. B
Aegyptij Oſirim colunt. 159. B
Aegyptij, quæ habebãt bona, uerterunt in impietatem. 15. A
Alcmeon principia rerum dixit contrarietates. folio 121. A
Alexander epiſcopus Ro. epiſt. 50. C
Alexander magnus apud Rhodum colitur pro deo. 159. B
Aliquid eſt in nobis quod faueat parentibus noſtris etiam ignotis. 116. D
Allegoriæ quare inuẽtæ de diis. 163. A
Allegoriæ de concubitu deorum. 161. B
Amazones ſemel in anno miſcentur uiris. folio 145. B
Amicitiã dei quando aſſequamur. 13. A
Amicorũ oĩa cõĩa. epi. 24. C. & 152. A
Amici dei quando ſimus. 96. C
Amor irrationabilis eſt, ſi eo amore facia mus, quod non decet. 105. A
Anacletus epiſcopus fuit Romæ XII. annis. epiſtolarum. 34. D
Anacleti epiſcopatus incidit in tyrannidem Domitiani. epiſt. 34. D
Anacletus epiſcopus Ro. epiſt. 35. A
Anaximãdrus principia dixit immenſitatem. folio 121. A
Ananias corruit quia mentitus erat Petro. epiſtolarum. 24. C
Ananias filius Safra. 73. B
Andreas frater Petri. 50. D
Andromeda mutatur in ſtellam. 160. C
Angeli hominibus præſunt. 33. B
Angeli hominũ defũctorũ adiuuãt. 33. B
Animus humanus eſt ut ager. epi. 19. A
Animalia quæ ſunt ab Aegyptijs ꝓ diis culta, uirtutũ erant ſymbola. 93. A
Animalia colere pro diis ſatius eſt, quàm exanimas ſtatuas. 93. A
Antherus epiſcopus Ro. epiſt. 74. C
Antiquitus habiti ſunt pro diis omnes q egregiũ aliquid præter cæteros præſtitiſſent in qualibet re. 84. D
Antonius pater Simonis magi. 31. B
Anubion. 168. C
Apes ex putrefactis carnibus bubulis. folio 124. D
Apis ab Aegyptijs pro deo cultus. 93. A
Apium ex cornu cerui naſcitur. 124. D
Apoſtoli tanꝯ legati ſunt miſſi, ut nihil proprium dicant. 40. D
Apoſtoli tanꝯ boni negociatores attulerunt ad nos uerum dei cultum. 80. C
Apoſtoli pro auditorũ ratione & capacitate, docuerunt ſingulos ut uideretur conuenire. 24. D
Apoſtatæ, epiſtolarum. 36. D
Appion. 168. C
Aqua marina quare ſalſa. 124. C
Aqua & ſpiritu omnia conſtant. 126. B
Aquæ & terre coniugium. 153. B
Aquila Pyrrhonem philoſophum ſequutus erat. 118. D
Arabes circũciſionem Iudæorum ſunt imitati. folio 133. B
Arbitrij liberi definitio. 58. C
Arbitrij libertas qualis. 57. B
Arca fabricata à Noe. 14. C
Arcus in cœlo fit ex repercuſſione ſolis. folio. 130. C
Ariſtoteles quintum elementum ponit principium rerum omnium. 121. A

Aſparagi ex cornu capræ naſcũt. 124. D
Ars magica ex imitatione rerum bonarum fit. folio 133. B
Arſaces appellant reges Perſarũ. 19. A
Aſclepiades Oncos dixit principia. 121. A
Aeſculapij ſepulchrũ Epidauri. 159. B
Aſſeclæ Simonis. 52. D
Athenien. idololatræ. ep. 60. D. & 61. A
Aueritate uinci non eſt pudendũ. 38. C

B

Bacchi diuinitas. 80. C
Balſamum in Iudæa. 1.
Baptiſmus quid profit. epiſt. 21. A
Baptiſmus ad ſalutẽ neceſſarius. 102. C
Baptiſmus fiebat in aquis perenn. 73. A
Baptiſ. in locũ ſacrificiorũ ceſſit. 17. A
Baptiſmus quorſum profit. 102. C
Baptizari uolentes quid debeant obſeruare. epiſtolarum, 12. D
Baptizati nõ mãducabãt cũ illotis. 53. A
Barnabas Clementem primũ ad fidem conuertit. 5. B
Barnabas fuit qui ut Mathias. 23. B
Barnabas Hebræus erat. 5. A
Barnabæ oratio ad P. R. 5. A
Bella ex peccatis noſtris naſcunt. 41. A
Bellorum origo. 14. D
Bellũ uerbi contra incredulos. 39. A
Bene uiuere ſequela eſt ſciẽtiæ ueritatis. folio 62. D
Beniamin filius Saba. 73. B
Bona opera ſunt tanꝯ uiaticũ ad regnũ cœlorum. 36. D
Boni & docti eligẽdi ſunt in epiſcopos. epiſtolarum. 67. A
Bonitate dei etiam indigni fruunt. 63. A
Bonum agricolam oportet quædam ſemina perdere. 55. B
Bragmanorum inſtituta. 144. D
Britanni multi unã uxorẽ habẽt. 145. B

C

Caiphas nõ uoluit aliũde afferri ꝓbationes ꝯ ex ipſa ſcriptura. 26. C
Caiphas quædã ex Euangelijs humano more interpretatus eſt. 23. B
Caiphas pontifex max. 18. D
Caiphæ doluit quod à Petro piſcatore admoneretur. 24. C
Calidi imbres peſtilentiores. 124. C
Calliſtratus principia dixit q̃litates. 121. A
Calliſto in ſydus mutatur. 160. C
Cæpæ cultæ pro diis. 93. A
Cæſarea maxima urbs Paleſtinæ. 7. A
Cæſares omnes appellãt Ro. prin. 19. A
Caſtimoniæ multæ ſunt ſpecies. 102. D
Cathedra Petri. 174. C
Cauſſa cur quædam nõ nullis facilia, nõ nullis uero difficilia uideantur. 38. C
Cereri ſunt ſemina ſacra. 160. C
Certamen oſtendit qui ſint ueri Chriſti milites. epiſt. 37. B
Cham inuentor artis magicæ. 83. B
Chaos poẽticum quale. 156. D
Charitas bonus præceptor eſt bonorum operum. epiſt. 47. B
Chriſtus omniũ hominũ princeps. 18. D
Chriſtus rex pacis. 85. A
Chri. appellabat apud Iudæos rex. 19. A
Chriſt. ꝓ diuina atq; humana natura aliter atq; aliter loquutus eſt. epi. 79. A
Chriſtus medicus eſt. 24. D
Chriſtus piſcatores maluit apoſtolos, quàm eruditos. 24. C
Chriſtus piis ab initio ſemp adfuit. 21. A
Chriſtus inter Iudæos natus quare. 23. B
Chriſtus unde dicatur. 18. D
Chriſtus in multis ociosus eſt. 136. C
Chriſma ceſſauit Chriſto adueniente. folio 20. A
Chriſma Iudæorum. 19. A
Chriſtiani uitẽt publ. iudicia. epiſt. 6. D
Chriſtus uera porta eſt ad uitam. 88. C
Chriſtianorũ pugna cõtra uitia. 141. A
Chriſtiani ultrò quædam faciunt, nõ admoniti legibus. epiſt. 22. D
Chriſtiani per omnia ſtudeant ethnicis eſſe meliores. 103. B
Chriſtianis magnũ eſt uectigal parſimonia. folio 140. C
Ciuitas ſumma pax uocatur. epiſt. 7. B
Claues regni cœlorũ penes epiſcopos. epiſtolarum 29. B
Clemens M. drachmas donat mulieri, quæ hoſpitio matrẽ ſuã excepat. 111. B
Clemẽs libros reſpõſionũ ſcripſit. 98. D
Cle. pontifex ordinat à Petro. epiſt. 4. C
Clemens in Iudæam nauigat diſcendæ ueritatis cauſſa. 7. A
Clemens primũ quæſiuit, an anima eſſet immortalis. 8. C

Clemens Matheſeos eruditus fuit. 35. B
Clemens Mattidia matre caſu agnoſcit. folio 110. D
Clemens Romæ natus. 3. A
Clemens philoſophiæ ſtuduit. 3. B
Clemens hos libros ex mandato Petri ſcripſit. 75. A
Clemẽs Nicetã & Aquilam fratres ſuos eſſe agnoſcit. 112. D
Clemens baptizatur à Petro. 104. C
Clemẽs Platonicos ſequutus erat. 118. D
Clemens Barnabæ hoſpes. 6. D
Clemens conſanguineum habuit Cæſarem. 107. A
Clementis duæ ſunt æditiones. fol. 1.
Clementis liber de uero propheta ad Iacobũ, Petro autore ſcriptus eſt. 9. A
Climacterici anni aſtrologorũ. 42.
Cloacæ cultæ pro deabus. 93. A
Cœlũ uiſibile quare factum ſit. 59. B
Cœlum ſuperius perpetuũ eſt. 52. C
Cœli & Terræ filij. 161. A
Colentes ſimulacra ipſis ſunt ſimulacris ſtupidiores. 90. D
Collatio epi ad bonũ maritũ. epi. 47. A
Cõmunis menſa Chriſtianorũ. epi. 5. D
Cõmunis Chriſtianorum mẽſa quare à Græcis ἀγάπη dicatur. epiſt. 23. A
Cõmunia quædã Chriſtianæ fidei. 32. C
Cõpendium præceptorum Petri ad diſcipulos ſuos. 72. & 73. A
Compoſita qualia. 119. A
Cõfiteri ẽ ſalubre cõſiliũ petere. ep. 7. A
Cõfirmatio unde habuerit originem in eccleſia. epiſt. 22. C
Cœnæ deorũ elegant. allegoria. 164. C
Cõiecturæ nõ habent locum in ſcripturis diuinis. 139. A
Cõſcientia delinquẽtes arguit. epi. 40. C
Cõſilium dei nemo nouit. 138. A
Cõſonantia nõ facit prophetã. 40. D
Cõſuetudo altera natura eſt. 61. A
Cõſuetudo cõſuetudine cõmutat. 29. B
Cõſuetudo in oẽm partẽ potẽs eſt. 29. A
Cõſtãtini impatoris cõfeſſio. epi. 80. D
Cõtra Geneſim argumẽta. 120. C
Cõtra Atomos Epicuri. 121. & 122. C
Cornelius centurio. 168. D
Corpus humanum quouis luto grauius eſt, folio 49. A
Corpus Chriſti oĩbus cõmune. ep. 38. D
Coruus per os concipit. 124. D
Crapulæ dæmonũ uehicula ſunt. 84. D
Creationis ſeries. 13. A
Credẽtes dæmonibus imperant. 85. B
Crepitus uentris culti pro dijs. 93. A
Cultus dei apud ueteres erat MENS PVRA. folio 79. A
Cũ iudicio credenda ſunt nonnullis myſteria diuina. 30. C
Cum excommunitatis quare Chriſtiani non loquantur. epiſt. 9. B
Cupido. 158. C
Cupiditas pniciofiſſimũ peccatũ. 39. A
Curſus ſolis. 131. A

D

DAemones oderunt homines. 35. A
Dæmones aliqua citius intelligũt q̃ hoĩes, qd̃ corpore nõ grauẽt. 82. C
Dæmones fidem exhorreſcunt. 80. D
Dæmões miniſtri ſunt ſuppliciorũ. 83. A
Dæmonibus permittitur aliqd aduerſus hoĩes, ut pij ab impijs diſcernant. 35. B
Dæmonibus quãobrẽ permiſſum ſit aliquando futura prædicere. 82. D
Dæmonibus aliquando curare morbos permittitur. 81. B
Dæmonũ aliqua dat in hoĩes ptãs. 35. A
Democ. ideas finxit prĩcipia rerũ. 121. A
Dei cultor uerus quis ſit. 97. B
Dei nomen quale. epiſt. 26. C
Dei imago quomodo uere colat. 93. B
Dei nomen quale. 92. D
Dentium uarij uſus. 126. C
De rebus diuinis humano more loqui, ſtultiſſimum eſt. 135. B
Deus per creaturas cognoſcibilis. 36. D
Deus corrigit nos, iuſtus eſt, eò quod filijs ſuis uelit conſulere. 48. C
Deus uidetur mente & ſpiritu. 60. D
Deus iuſtus eſt. 80. C
Deus p opera mũdi cognoſcit. epi. 16. D
Deus p̃ oĩbus rebus diligẽdus eſt. 68. D
Deũ iraſci quomodo intelligẽdũ. 166. D
Diabolus ſimilis eſt adultero. 139. A
Diaconi ſunt oculi epiſcoporum. epiſtolarum, folio 7. A. & 38. D
Diaconorũ officia. epiſt. 5. A
Diaconi ordinẽ diſciplinæ curant. 72. D
Dianæ ceruus ſacer eſt. 160. C

Dictamnum Creta mittit. fol. 1.
Dies mortis incertus. 165. A
Difficile eſt homini in carne poſito cognoſcere deum. 48. D
Difficilimum eſt apud promiſcuã plebẽ de ueritate dicere. 54. C
Dij ſunt aliqui dicti, q̃ dijnõ erãt. 43. A
Dij ſelecti. 164. C
Dij Gentilium. 156. D
Dilectio dei ſaluat nos. 35. A
Diluuiũ introductum fuit propter idolatriam. 83. B
Diluuium tempore Noë. 13. B
Diluuio deus eſt ultus peccatũ. 132. D
Diodorus amere dixit initiũ rerũ. 121. A
Diſcenti ordo primum quærẽdus. 62. C
Diſcentibus primo agnoſcẽda eſt ſua imperitia. 56. C
Diſciplinæ prophanæ non ſunt etiam in ſacris literis contẽnendæ. epiſt. 24. D
Diſciplinæ liberales quomodo profint uerſantibus in ſacris literis. 12. C
Diſciplina Chriſtianorum eſt orare etiã pro malefactoribus. 100. D
Diſcipuli Ioannis iniquiores erant Chriſto. 22. C
Diſcipuli Petri. 29. A
Diſcipuli Ioannis præceptorẽ ſuũ Chriſtum eſſe aſſerebant. 23. B
Diſputantes nonnunq̃ à uerbis ad uerbera prouocant. 37. B
Docere, nõ dicere eſt apoſtolorũ. 40. C
Dora oppidum. 76. C
Doſith. xxx. habuit diſcipulos. 31. B
Doſitheus moritur. 32. D
Doſitheus princeps Sadducæorũ. 21. B
Doſitheus in ordinem coactus à Simone. fol. 32. D
Duæ ſunt hominũ natiuitates. 140. D
Duo aduentus Chriſti. 20. C. & 26. D
Duo regna. 12. C. & epiſto. 14. D

E

EA non omnia exprimunt in ſacris literis quæ cõſequẽter ſe habẽt. 19. B
Ebionitarum hæreſis. epiſt. 56. C
Eccleſiæ ſtatus cõparatur nauí. epi. 7. B
Eccleſia eſt Chriſti ſponſa. epiſt. 5. B
Eleazarus diſcipulus Petri. 73. A
Elementa ſe ulciſcuntur nõnunq̃ ab impietate noſtra. 95. B
Eligere quod malis eſt in arbitrij libertate poſitum. 62. D
Eloquentia debet adiungi uerbo ueritatis. folio 128. D
Eludendi ſunt qui myſteria diuinarũ rerum ob id cognoſcere deſiderãt, ut traducant. epiſt. 17. B
Enoch translatus in paradyſum. 21. A & 79. B
Epibatæ. epiſto. 8. C
Epiſcopus ſit eruditus. epiſto. 7. B
Epiſcopus qualis ſit. epiſt. 5. A
Epiſcopus immunis ſit ab omnibus huius mundi negocijs. epiſt. 5. A
Epiſcopus omniũ curã agat. epiſt. 8. D
Epiſcopi admonendi ſunt ſi in fide errauerint. epiſt. 33. A
Epiſcopi & Apoſtoli differentia. 2.
Epiſcopi non ſint niſi in ciuitatibus maiuſculis. epiſt. 28. C
Epiſcopi diſpenſatores erant rerum cõmunium. epiſt. 68. D
Epiſc. doctrina fidei cõmiſſa eſt. 72. D
Epiſcopi qd præſtare debeãt. epiſt. 4. C
Epiſcopis tantũmodo cura eccleſiæ demandatur. epiſt. 5. A
Epicurus atomos dixit principia rerum folio 121. A
Epiſtola ad Iacobũ fratrem domini. 2
Epiſtolæ Pauli. epiſt. 42. C
Eruditores animarũ primo diſcant, deinde doceant. 62. C
Eruere oculum quid ſit in euang. 115. A
Euariſtus epiſcopus Ro. epiſt. 42. D
Euſebius translatus eſt Alexandriã. epiſtolarum 74. C
Eutychianus x. tantũ mẽſibus ſedi Romanæ præfuit. epiſt. 77. B
Eutychianus epiſcopus Ro. epiſt. eod.
Excõmunicatio. epiſt. 53. A
Exponitur illud Lucæ: Inter natos mulierum non ſurrexit. &c. 23. B

F

FAbulæ de inferis 4. C
Fama uulgi prophetiæ habet nonnunquam ſpeciem. 57. A
Fauſtinus & Fauſtinianus fratres Clementis erant. 107. B
Fauſtinianus inuenit pater Cle. 148. D
Fauſtinianus mutat in Simonẽ. 168. D

Faustinianus pater Clementis. 167.B
Faustiniano sua forma restituit. 173.A
Felix translatus Ephesum. epist. 74.D
Feminei corporis positio. 126.D
Ferociores prouinciæ indigent doctiore episcopo. epist. 27.B
Festi dies ethnicorũ quales. 79.B
Fides omnium uirtutum est fundamentum, epistolarũ 25.B
Filij Israël imbiberant mores Aegyptiorum. 15.B
Finis sæpenumero cum principio conuenit. 152.D
Flagitia Iouis. 157.B
Fornicationis multæ species. epist. 6.C
Friderici tertij confessio. epist. 80.D
Friuolũ est de rebus sacris loqui humanis coniecturis. 167.B
Fulmine icti habiti sunt diuini. 84.C
Fumus nunq̃ sine igne est. 56.C
Furtum inter Christianos appellari non decebat. 152.D

G

Galli pueros nuptũ tradebãt. 145.A
Gallinæ nonnunq̃ uento concipiunt, interdum etiam puluere. 124.D
Gamaliel quamobrem apud suos manere uoluerit, quàm aperte cũ Apostolis sentire. 25.B
Gamaliel clanculũ fauit apostolis. 25.A
Græcorum palestræ. 146.C
Gelonum mulieres agricolãtur. 145.A
Gelo. uiri ornãtur loco mulierũ. 145.A
Geneſis quid possit. 116.D
Gentes in Iudæorum locum uocatæ sunt. 17.B
Gẽtiles malorũ causas fato ascribũt. 108
Genethliacorum uanitas de aspectibus. folio 143.B
Genus humanum in duos ordines sectũ est. folio 67.B
Geometræ principia rerum definiunt fines. folio 121.A
Germania nõ habuit trapezitas. 145.B
Germani solẽt laqueo finire uitã. 146.C
Gigantes. 13.B
Gladius Euangelij qualis. 100.D
Gladius Euangelij pacis doctrinam cõtinet. 38.D
Gratia quæ nobis data est, non est negligenda. epistolarum 55.A
Gattas nonnulli pro dijs coluerũt. 93.A

H

HAmmoni aries est dicatus. 160.C
Hebræi negant esse malũ. 56.C
Hebræorũ genus ab Abrahamo. 14.D
Helizæus discipulus Petri. 73.A
Herculis sepulchrũ apud Tyrũ. 159.B
Hesiodus allegorijs conatus est scelera deorum palliare. 161.A
Hiacynthus in florẽ mutatur. 160.C
Hienæ mutãt sexum. 124.D
Hierophantæ Aegypti sacerdotes. 4.C
Hircus cultus pro deo. 93.A
Homo in statu innocentiæ superior erat omni morbo corporis. 87.A
Hominis creatio. 13.B
Hominis dispositio & formatio in utero materno. 126.C
Homicidij tria genera. epist. 31.B
Honor creatoris non debet creaturæ deferri. 91.B
Horoscopos uide. 143.B
Hortosiades urbs. 105.A
Humilitatis laus. epist. 59.A
Humilitas Christi nostra est nobilitas. epistolarum. 78.C
Hyginus episcopus. epist. 59.A

I

IAcobus episcopus Hierosol. 18.C
Iacob. claudicabat altero pede. 27.B
Iacobus de gradibus præcipitat. 27.A
Iacob genuit XII. patriarchas. 15.A
Ianua ad agnitionem dei quæ. 129.B
Ibin coluerunt nonnulli pro deo. 93.A
Idola unde primo cœpta sint coli. 83.B
Idolum quid sit. 83.A
Idola quando inceperint. 14.C
Iecur in homine. 126.D
Ieiuniũ indictũ est ante baptismũ. 114.D
Ignorantia mater omniũ malorũ. 78.D
Ignoramus quædam tutius quàm inquirimus. 127.B
Ignorantiæ & scientiæ perpetua est pugna. epist. 20.C
Ignorantia nõ excusabit nos. 92.C
Ignorãtia maior est in his q̃ apparẽt hu ius seculi prudentissimi. epist. 13.B 88.C
Ignorantia quid sit. 38.C
Ignorantia pessimus dæmon. Ignem

Ignem intra uos succẽdi quid sit. 100.C
Imago dei in oibus hominibus est. 93.B
Imago quia sumus dei. hæc nos multarũ uirtutum admoneat. epist. 40.C
Ilienses Hectorem. 159.B
Imortalitatis cupido optima comes. 3.B
In accusationibus quæ sint spectanda. epistolarum. 58.D
Inæqualitas hominum est facta ut sit occasio misericordiæ. 140.C
Incarnatio Christi. epist. 77.B
Incredulis nefas est quædam sanctiora dici. folio 49.B
Incredulitatis humanæ pœna est humana quædam pro dijs habere. 43.A
Incredulitas maximũ peccatũ est. ep. 5.B
Indi mortuos suos incendunt. 146.C
Indigestio uitanda est quæ ex somni inopia prouenit. 99.A
Infidelium in hac uita castigatio iudiciũ est futuræ pœnæ. 98.C
Iniustus esset deus si anima esset mortalis. folio 63.B
In re nihil est mali. 82.D
Insanabiles sunt qui uoluntate ægrotãt. folio 53.A
Inter Ioannem & Christũ quid interfuerit. folio 23.B
Inter Christiana præcepta & salubria philosophorum quid intersit. 166.D
Inter cõiuges quædam licet recte fiant, parũ tamen honeste in publico. 149.B
Intestina quare ĩ modũ mẽbranæ. 126.D
Inuidia quæ citra meritum cõflatur nobis cõtemnenda est. epist. 9.A
Iosephus discipulus Petri. 73.A
Ioses Barnabas dictus. epist. 68.C
Iosue Anses dictus. 16.D
Iouis sepulchrũ apud Cretenses. 159.A
Ioui capra est dicata. 160.C
Iouis adultería. 158.C
Ira non semper mala. 166.D
Irascendum peccatis. epist. 19.B
Isaac filius Abrahami ex Sara. 15.A
Iudæi de primo christi aduẽtu errãt. 20.D
Iudæorũ circũcisio die octauo. 146.D
Iudæi à Christianis in quo differũt. 18.C
Iudices frustra legibus præsunt, si nõ est arbitrium liberum. 58.C
Iudices dij dicuntur. 43.A
Iudices electi sunt post Moysen. 16.D
Iudicium dei de rebus gestis erit, nond quæstionibus. 36.D
Iuno. 157.B
Iupiter Latinis à iuuando dicitur. 162.C
Iupiter magus. 159.A
Iusta quædã emerat Nicetã & Aql. 113.B
Iustitiã dei regnũq̃ ĩquirere qd sit. 36.C

L

LAzarus discipulus Petri. 73.A
Legẽ Moysi sine magistro discere periculosum est nonnunq̃. 47.B
Lepores mutãt sexum. 124.D
Lex uiuendi post diluuium data. 79.B
Liberũ arbitriũ. 88.D. & epist. 33.B
Liberi patris sepulchrũ Thebis. 159.B
Libero uinum est sacrum. 160.C
Libri Clementis quid contineãt. 75.B
Libri Regnorũ quales sint. 26.C
Ligandi potestas quomodo data sit episcopis. epist. 5.B
Lingua pro plectro. 126.C
Logodædali. 138.D
Luna uxor Dosithei. 31.B
Luna uoluit uideri ex cœlis oriunda, & esse sapientia omnium creatrix. 33.A
Luna uxor Simonis magi, quæ per artẽ magicam effecerit. 33.A
Lunæ cursus. 131.A

M

MAgia dæmonum est illusio. 34.D
Magusæorũ innocentia. 144.D
Maiores quãdo sint nobis imitãdi. 96.D
Malũ bono semper adhæret. 133.A
Mali episcopi & principes nobis ꝓpter peccata nostra cõtingunt. epist. 48.C
Mammona quid significet. 89.B
Manichæorũ hæresis orta est sub Felice pontifice Ro. epist. 77.A
Manna quale fuerit. 16.C
Manuũ impositio q̃lis olim. epist. 70.C
Maro ordinatur in episcopum à Petro apud Tripolim. 104.D
Maro hospes Petri. 76.D
Martis sepulchrũ in Thratia. 159.B
Masculofemina. 156.D
Materia philosophorum. 120.D
Mathematicos nihil certi scire. 154.D
Mattidia mater Clementis. 107.B

Matrices ecclesiarum. epist. 68. D
Medi homines adhuc spirantes canibus obijciunt. 145. B
Medici quadam ratione dij sunt. 82. C
Mercurius uerbum est. 162. D
Mercurij sepulchrũ apud Hermopolim. folio 159. B
Mesraim qui & Zoroastres. 83. B
Mesraim filius Cham. eodẽ
Michæas discipulus Petri. 73. A
Minerua. 157. B
Mineruæ olea consecrata est. 160. C
Minerua ἀθήνη dicta. 162. C
Ministeria in ecclesia. epist. 11. & 12.
Ministris uerbi dei mentiendũ nõ est ut pereant aut saluẽtur increduli. 64. D
Miracula Petri. 52. D
Molares dentes qui. 126. C
Morbi crescũt perinde ut peccata homi num. folio. 132. C
Motus solis necessitatis est. 58. D
Motus duæ sunt species. 58. D
Moyses quædã ut Christus fecit. 22. D
Moyses dictus deus Pharaonis. 43. A
Moyses & Iacob Christi typũ tulerunt. folio 89. B
Moyses moritur in monte. 16. D
Moyses summa prudentia usus apud suos. folio 16. C
Multa apparẽt incõsona, quæ tamẽ, pfun diore ratione cõsonantia sunt. 40. D
Multis prius est uitæ finis, quàm quæstionum. 137. A
Multi philosophorũ etiã mundũ creatũ esse dixerunt. 120. D
Mundus est hominibus pro hospitio, nõ domo. 140. D
Murat æ urbes quãdo institutæ. 14. D
Musæ filiæ Mnemosynes. 159. A
Mustela per aurem generat. 124. D
Mysteria diuinarũ rerũ nõ sunt indignis committenda temere. 54. C

N

NAres in homine. 126. D
Naturam parentem rerũ esse quomodo intelligendum sit. 122. D
Naufragiũ Mattidiæ cum liberis. 109. B
Necromantia deo exosa. 4. D
Negligentia eruditionis est nouerca. epistolarum. 38. C
Negligere & odisse idem. 31. A
Nembroth in historijs Ninus appellatur. folio 84. C
Nẽbroth primus Babyloniæ rex. 14. D
Nemo uidebit faciẽ meã & uiuet, quomodo sit intelligendum. 60. D
Nemo nouit filium nisi pater, quomodo sit intelligendum. 45. A
Nemo potest duobus dominis seruire. epist. 14. D. & 15. A
Nemo urgeatur ad fidem. 151. A
Neptunus. 157. A
Ne simus ad iudicãdum præcipites. epistolarum. 48. D
Niceta & Aquila discipuli Simonis, conuersi à Zachæo.
Niceta & Aquila Simoni primo adhæserunt. 114. C
Niceta & Aquila antea Faustus & Faustinus dicti erant. 112. D
Niceta & Aqla discipuli Simonis. 30. D
Niceta & Aquila Græcis etiã literis fuerunt eruditi. 113. B
Niceta Matheseos fuit doctus. 117. B
Niceta doctissimus fuit gentilium disciplinarum. 164. C
Niceta Epicuri sectam olim amplexus fuerat. 118. D
Niceta & Aquila deserũt Simonẽ. 35. B
Nicodemus discipulus Petri. 73. A
Nihil ꝓderit nobis si dicamus alieno nos peccasse impulsu. 44. D
Nihil potens est contra prophetiam. 9. B
Nilus Aegypto est pro pluuia. 124. C
Niniue ciuitas à Nino rege. 84. C
Nocturna silentia studijs sunt apta. 30. C
Noë iustus. 79. B
Noë solus cũ familia diluuio superfuit. folio 83. B
Nõ omnes omnia esse possumus. 139. B
Non omnibus sunt committenda uerba uitæ. folio 166. C
Nõ sumus filij dei nisi & patrẽ amemus. epistolarum. 38. C
Non sufficit ad salutem scire quod deus bonus sit, nisi sciamus quod & iustus sit. folio 63. A
Nõ sunt margaritæ proijciẽdæ ante porcos. folio 30. C
Non ueni mittere pacem, sed gladium, quomodo intellẽgendum sit. 38. D
Nuptialis uestis quæ sit ĩ euãgelio. 86. C

O

OBscuramus quædã ex industria, ut difficiliora appareant. 135. B
Omnia referenda sunt ad deum. 74. C
Omne bonum à deo est. 133. A
Oĩs tumultus species uitãdæ sũt. 106. C
Omnibus rebus datũ est aliquid quo se, genusq; suum reparet. 124. D
Omnibus creaturis deus prĩcipes in suo genere statuit. 18. D
Opera tũ sunt bona, si ita gerũtur, quẽadmodum deus præcepit. 102. C
Orationum fructus. epist. 53. A. B
Orcus. 157. A
Ordo necessarius in quauis arte. 61. B
Ordine discendum est. 56. D
Ordo memoriã iuuat. 11. B
Orpheus Græcorũ antiquissimus. 161. A
Ossa in homine sunt pro colũnis. 126. C
Osyri aqua est consecrata. 160. C

P

PArmenides terrã dicit principiũ rerum. folio 121. A
Parentes ad uitam sunt ministri, non autores. epist. 20. D
Paria quædam huius mundi. 69. B
Parthi singuli multas uxores habent. folio 145. B
Passioni Christi omnia cõpassa sũt. 17. B
Patienter ferendi sunt mali. 66. D
Patientia Christianorum. 27. A
Patientia dei. 167. 5
Patriarchæ Christi typum gesserunt. epistolarum. 15. A
Patroclus, ꝓ deo habeẽ in Ponto. 159. B
Pax huic domui, salutatio fuit discipulorum domini. epist. 17. A
Pax animæ est uacare à peccatis. 41. A
Pax euangelij. 39. B
Peccata nostra uoluptati sunt dæmonibus. folio 91. B
Peccata hominum in caussa sunt, cur nõ intelligant scripturam. 11. A
Peccata nostra dæmonibus locũ faciũt. folio 134. D
Pecuniæ ecclesiæ quales sint. epi. 41. A
Pedisequi Clementis. 128. C
Penelopes telam retexere. 154. D
Peregrina suauiora sunt. 1
Persæ ignem colẽtes pro deo, hoc habẽt ex Zoroastre. 84. C
Persæ ignẽ colere à Nembrotho didicerunt. folio 14. D
Persæ matres accipiũt ĩ cõiugiũ. 144. D
Persarum populi ex filio Abrahami descendunt. 15. A
Persæ & Babylonij genus suum à Mesraim filio Cham ducunt. 83. B
Persephone filia Cereris. 157. B
Petri nomen unde. 3. A
Petri summa parsimonia. 106. D
Petrus subuersionẽ templi Hierosolymitani prædicit. 25. A
Petrus ægrotos sanat. 89. D
Petrus cũ illotis nõ sumpsit cibũ. 52. D
Petrus nullũ genus literarũ dãnat. 165. A
Petrus cõgressurus cum Simone mago, orat antea pro uictoria. 36. C
Petrus oratiõe sua multos sanabat. 60. D
Petrus summam Christianæ fidei Matthiæ exponit. 113. A
Petrus ab Antiochia transfertur Romã. epistolarum. 74. C
Petrus & Andreas orphani, à pueritia in summis laboribus adoleuerũt. 107. A
Petrus nõ uescebatur cũ gentibus. 10. C
Petrus omniũ artium peritus. 117. B
Petrus melãcholiæ obnoxius fuit. 50. C
Petrus sub Nerone passus est. epist. 3. B
Pharaones appellant Aegyp. reges. 19. A
Pharisæorum schisma. 21. B
Phidiæ opera Aradi magnifica. 108. D
Philosophorũ garrulitas. 6. D
Philosophi ridiculis quæstionibus Barnabæ sũt conati negociũ facessere. 5. B
Philosophi riserunt Barnabã, qd nihil argutiarum admisceret ueritati. eodem.
Philomela in auem. 160. C
Phinees discipulus Petri. 73. A
Phrenetici quid patiantur. 51. A
Pictorum horoscopus. 145. B
Pij cum impijs quare aliquando affligantur. folio 131. B
Piramus mutatus in fluuium. 160. C
Plato ĩ Timæo testat mũdũ creatũ. 123. A
Poëtarum figmenta anxerunt apud ueteres opinionem de dijs. 159. B
Poëtarum horoscopus. 145. B
Pœna ideo constituta est hominibus pro peccatis, quod bene agere potuerint,

& non fecerunt. 59.A
Pœnitentia præcedebat baptiſmũ. 53.A
Pontianus epiſcopus Ro.epiſt. 70.D
Porta ad uitam eſt Chriſtus. 37.A
Præcones uerbi dei ſimiles ſunt radijs ſolis. folio 117.A
Prædeſtinatio. 151.B
Presbyteri mores publicos curãt. 72.D
Presbyterorũ officiũ in eccleſia.epi.5.B
Primates ceſſerũt in locum Archiflaminum. epiſt. 28.C
Primo quærendum regnum dei. 57.A
Principes huius mundi cõparantur promontorijs. epiſt. 8.C
Principes gẽtiũ dij appellati ſunt. 43.B
Prodigia & ſigna ad quam regulam debeant exigi. 70.C
Progne mutata in auem. 160.C
Prophetiarũ autoritas ex rebus parũ uerisimibus cõprobatur.epiſt. 15.B
Prophetiæ autoritas unde comprobet. folio 20.C
Prophetiarum regula. 135.D
Propter hominẽ omnia ſũt creata. 101.B
Proportio corporis humani. 126.C
Pro quibus non iudicabimur, illa tutò ignoramus. 135.A
Prouidentia multis rebus ꝓbat. 123.B
Prouidẽtia dei ſit ut quædam mutato ordine gignantur. 124.D
Prouidentia principiũ eſt Chriſtianiſmi. folio 78.D
Prouidentia diuina ex admirabili rerum ordine cognoſcitur. 96.C
Prouidentia qualis. 120.Ci
Prudentia humana cecutit in rebus diuinis, folio 136.C
Pudicitiæ laus. 115.B
Puella ex Petri ingreſſu liberatur à dæmonio. folio 150.C
Pyriphlegeton. 141.B
Pythagoras principia rerum numeros dixit. folio 121.A

Q

QVæ propter ſe fiunt, ſunt incorruptibilia. 60.C
Quamobrẽ dæmonibus ſit uoluptas immergẽdi ſe corporib. humanis. 80.D
Quãobrẽ homicidas, adulteros, magos, ueneficos, antiqui pro dijs coluerint. folio 169.D
Quare credamus prophetis. 23.A
Quare cõſiliũ dei lateat homines. 8.C
Quare diſcreta ſint hodie iudicia uulgi & ſacerdorũ à. epiſt. 48.D
Quæſtiones inanes omittendæ. 36.D
Quæſtiones inutiles omittẽdæ ſũt. 63.A
Quæſtiões curioſæ omittẽdæ ſũt. 127.A
Quia boni male pereũt, & mali felicitate fruũtur ſpem facit alterius uitæ. 64.C
Qui ex immolatis deguſtauerit, ſpiritu immundo non caret. 52.D
Quid peccauerint Aegyptij qđ nõ crediderunt Moyſi, cum magi ſimilia prodigia facerent. 69.A
Quinq; ſenſus ſunt ſcientiæ. 46.C
Quod ex uſu uenit nõ eſt labori. 60.D
Quod fuit propriũ Hebræorũ, id eſt etiã gentibus factum commune. 77.B
Quod non ex animo fit, non eſt diuturnum. folio 151.A
Quomodo deus nõ indigeat honore, ſi ei defertur ab hominibus. 95.A

R

RAchel mater Simõis. 66.C. & 31.B
Ranæ præferendæ dijs gentilium. folio 91.A
Rationes efficiunt ut multo tenacius hæreat qđ auditoribus cõmittit. 52.D
Refert prænoſcere mores eius, cum quo uelis congredi. 30.C
Regnũ in ſe diuiſum deſolabitur. 41.A
Regnum cœlorum comparatur magnæ urbi. folio 37.A
Re ipſa nihil malum eſt. 152.D
Religio uera ſobrietate conſtat. 84.D
Res eccleſiarũ quò debeant inſumi. epiſtolarum. 68.D
Rhea. 157.A

S

SAbbatum Iudæorum. 147.A
Sacerdotes ſint cæteris doctiores. epiſtolarum. 27.A
Sacramẽtorũ diſpar adminiſtratio multorũ diſſidiorũ cauſſa eſt. epiſt. 63.B
Sacrificiorũ tempus emẽſum eſt. 24.D
Sacrificijs magis exaſperat deus, ibidem
Sacrificia qualia deus amet. 16.D
Sacrificia deus odit. epiſt. 75.A
Sadducæi qui fuerint. 21.B
Saluantur non agnoſcentes deũ, ſed uoluntatem eius facientes. 78.C
Samaritæ negabant reſurrectionẽ mortuorum. folio 21.B
Sancti homines dij aliquoties dicuntur in ſacris. 43.B
Sanguis in homine. 126.D
Sapientia carnis peſſima ſemper ſuadet. epiſtolarum. 70.C
Satis eſt nobis ſcire factũ eſſe mũdũ, quo modo fecerit nihil itereſt noſtra. 63.A
Saturnus. 157.A
Saturnus humidus putatur à Clemente cõtra opinionẽ medicorum & aſtrologorum. 154.C
Saturni manus à Ioue uinctæ q̃re. 162.C
Saturnus pro tempore accipitur. 161.B
Scarabei ex ſimo boũ naſcunt. 124.D
Scientia confertur ſoli. 143.A
Schiſmata originem habuerũt à Ioanne baptiſta. 21.B
Scorpius de ocimo naſcitur. 124.D
Scribæ Chriſtum magũ appellãt. 22.D
Scriptura diuina expoſitore idiget. 11.A
Scithotauri hoſpites imolant. 144.D
Seculares qui appellentur. epiſt. 56.D
Sedes Ro, non expetit eos qui eam amb iunt. epiſt. 4.C
Sedilia epiſcoporum quare altiora uoluerint eſſe antiqui. epiſt. 69.B
Seminatores uerbi debent peritos medicos imitari. epiſt. 4.C
Septem climata. 146.C
Septuagintaduæ ſunt nationes totius orbis. folio 43.B
Sepulchra duorum fratrum albeſcentia folio .27.B
Seres innocentes. 144.C
Seres populi quare innocentes. 132.C
Sermo ueritatis eſt animi colonus. 99.A
Serpens damnatur, quia primus nomina uerit deos. 44.C
Seruitutis autor eſt Cham. 14.C
Sextus quidam eſt in nobis ſenſus, qui uocatur præſcientiæ. 46.C
Signa quæ à deo fiunt, ad ædificationem ſemper pertinent. 70.C
Silentio pleraq; uolunt honorari potius, quàm temere dici. 11.B
Similitudo & imago diuerſa ſunt. 93.B
Simon magus magnus orator. 30.D
Simon magus in tendiculis ſyllogiſmorum enutritus. eodẽ.
Simon infirmum noſtrum deum, neque omnipotentem cauillatur certis de cauſſis. 47.A
Simõ incognita omnibus ſcire ſe ſolum profeſſus eſt. 46.C
Simon non uoluit imperitum eſſe ſuorum dictorum iudicem. 56.D
Simon ſimulat pœnitentiam. 66.C
Simõ Adamum iniuſte damnatum aſſerit. folio 47.A
Simon magus gloriæ cupidus fuit. 31.B
Simon per aërem uolauit. 66.C
Simon magus Græcarum literarum eruditus. folio 31.B
Simon magus pugnã matrem pacis appellat. 37.A
Simõ aliquãdo Chriſto crediderat. 67.A
Simon magus affirmat Chriſtum quædã inter ſe contraria dixiſſe. 40.C
Simon magus pace, quam initio diſputationis Petrus prædicabat, nihil dicebat eſſe opus inter diſputantes. 37.A
Simõ magus apud Doſitheũ locũ inter xxx. diſcipulos inuenit. 31.B
Simon magus amare cœpit Lunã. 31.B
Simõis magi miracula p magiam. 32.C
Simon magus pro deo cultus eſt. 32.D
Simoni mago ſimulacrum poſitũ. eodẽ.
Simon magus Doſitheĩ autoritati derogauit. folio eodem
Simon Lunam uxorem accepit. 33.A
Simõ deum uerũ crudelem dicit, eò qđ legem uelit impleri. 48.D
Simon magus gẽte Samaræus erat. 31.B
Simon artis ſuæ magiæ inſtrumenta in mare proijcit. 71.B
Simon eiectus eſt ex atrio. 66.D
Simon in Iudæam fugit. 169.A
Simon à ſuis omnibus deſeritur. 66.D
Simõ primam ſe uirtutem dicit. 66.C
Simõ Tripolim fugerat. 75.A
Simon lapides panes fecit. 66.D
Simõ magus ex caſtello Gethonũ. 7.A
Simon magus Petro diem certaminis indicit. 28.C
Simon reformidans Petri cõſpectam in Syriam dilabitur. 77.A
Simon magus ex uirgine ſe natũ mentitus eſt. folio 34.C
Simon puerum necatum in conclaui habebat. 32.D

Simõ magus inter multos deos unũ principem constituit deum. 42.C
Simonis magi assertiones de pluralitate deorum. 42.D
Simon eijcitur ex Antiochia. 173.A
Simõ magus usus est anima pueri incorrupti & uiolẽter necati ad magiã. 33.A
Simon animas in hunc mundũ captiuas ductas esse dicit. 48.C
Simplicia. 119.A
Simulacrorum cultus origo fuit omniũ malorum. 84.D
Simulacra non esse colenda. 81.B
Sine oleo nemo prophetabat. 19.B
Singuli dij gentilium habuerunt quiddã sibi proprie dicatum. 160.C
Singulare exẽplum pudicitiæ in matre Clementis. 109.A
Solus Christus animas hominũ illuminat. folio 8.D
Solus deus scit omnia. 156.C
Sophonias discipulus Petri. 73.A
Soter episcopus Ro. epist. 62.C
Spes futuræ uitæ si abijciatur, aperiẽt magna feneſtra oibus scelerib us. 64.D
Spicæ nardi in India multæ sunt. 1
Spiritus immundi ideo occupant corpora hominum, ut libidini suæ satisfaciant. folio 53.A
Spiritus sanctus docet scripturas. 36.D
Splen purgat sanguinis sordes. 126.D
Summa religionis in quo constet. 12.D
Summa Christianæ fidei. epist. 25.B
Susidæ mulieres. 145.A
Stantem uoluit se Simon magus appellari. folio 31.B
Stellæ quomodo indicio sint rerum futurarum. 13.B
Symbolum apostolorũ. epist. 26.C
Syri colunt Adonem. 159.B
Syrorũ dæmoni piscis & columba consecrantur. 160.C

T

Talpæ ex terra habẽt originẽ. 124.D
Temere ne iudicemus. 142.D
Tempore Tiberij Christus signa cœpit facere. 4.D
Terra humorẽ tanq; uberibus concipit. folio 125.A
Terra uuluæ habet speciem. 125.A
Tertius cõflictus Petri cũ Simone. 61.B
Thales aquã dicit principiũ rerũ. 121.A
Thomas apud Parthos euangeliũ Christi prædicabat. folio 147.A
Thysbes in fontem mutatur. 160.C
Titanes ex Cœlo sunt geniti. 157.A
Tradita à Christo clare sufficiunt ad æternam uitam. 156.C
Transformationes hominum. 160.C
Transformatio Simonis magi. 168.D
Transferri quando possint episcopi. epistolarum. 74.D
Trapezitæ in horoscopo habent Venerem cum Mercurio. 145.B
Tres Charites. 158.C
Tres fontes errorum. 147.B
Tria sunt quæ nos cogũt aduersari deo. folio 34.D
Tribus modis potest qd deus dici. 43.A
Trinitatis confirmatio. epist. 50.C
Tripolis urbs Phœnicis. 105.A

V

VEnus. 158.C
Venus Cypro sepulta. 159.B
Venter artis magister est. 139.B
Verbũ ueritatis clauis est regni cœlorũ. folio 21.B
Vere boni non essemus, si mali esse non possemus uoluntate nostra. 59.A
Veræ religionis quæ sint. 97.A
Veritas uelamine amoris dei est contecta. folio 69.B
Veritati quæ repugnãt, sũt infirma. 163.C
Veritatis assertores non semper uincũt. folio 30.D
Veritas ratione nunq; caret. 52.C
Veritas homines inter se diuidit. 41.A
Veritate nihil precio sius est. 25.B
Verus deus quis sit. 43.B
Vespæ ex putrefactis carnibus equinis nascũtur. 124.D
Veteres quare tot annis uixisse credantur. folio 79.A
Via ad uitam æternam quæ sit. 13.A
Via dei uia pacis est. 38.C
Vbi animæ exutæ corporibus sint. 21.A
Victor episcopus Ro. epist. 64.C
Viperæ ex cinere oriuntur. 124.D
Viris progatiua data est à deo. ep. 47.A 60.D
Virtus dei caret lege. 57.C
Visibile illud cœlũ in cõsummatione seculi resoluetur. Visus

Visus maxime icredulitati medet. 65.A
Vita est militia. 100.C
Vitia multa à gẽtilibus pro dijs sunt culta. folio 167.A
Vitia in naturã conferimus. 81.A
Vitia corporis aliquando sunt à parentibus hæreditaria. 141.A
Vitiorum corrigendorũ ratio. 16.C
Vitreæ columnæ erãt Aradi. 108.C
Vitulus Israelitarum in speciem Apidis effictus fuerat. 16.C
Vnaquæq; gens suum habet angelum præsidem. 43.A
Vna qualitas sine alia nequit subsistere. folio 121.B
Vnguentariorũ horoscopus. 145.B
Vnitas patris & filij & spiritussancti. epistolarum. 57.B
Voluntas dei lex est creaturarũ. 60.D
Voluntas dei lex est Christianorũ. 13.A
Votũ paupertatis unde originẽ habeat. epistolarum. 69.B
Vrbanus autor quo minus essent inter se Christianis omnia communia. epistolarum. 67.B
Vrbanus episcopus Ro. epist. 67.B
Vtilia nobis quare deus occultet. 68.C
Vulcano ignis est sacer. 160.C
Vulua in muliere. 126.D
Vxor aut liberi non facile relinquendi sunt euãgelij prætextu. 74.D
Vxor Petri unà erat in peregrinatione cum Petro. 111.B

X

XIstus episcopus Ro. epist. 56.D
XII. iudices cuiusq; puinciæ. epistolarum. 41.B
XII. Apostoli. 17.B
X.M. uno die sunt baptizata. 74.D
XII. presbyteri sũt à Petro ordinati Cæsareæ. folio 72.D
X. præcepta. 15.B
X. paria à principio mundi. 70.D

Z

ZAcharias structor. 73.B
Zachæus. 10.C
Zachæus Nicetã & Aquilã fide imbuit. folio 35.B
Zachæus discipulus Petri. 73.A
Zachæus ordinatur episcopus à Petro apud Cæsaream. 72.D
Zachæus Nicetam & Aquilam conuertit ad fidem. 114.C
Zephyrinus episcopus Ro. epist. 65.B
Zoroastres unde dictus sit. 84.C
Zoroastres à dæmone quẽ importunius appellabat, concrematus est. 83.B
Zoroastres libros de magia scriptos reliquit. eodem.

FINIS.

ERRATA QVAEDAM QVAE IMprudentibus nobis operis obrepserunt.

Fo. 49. A. legitur quia si meliorem, legendũ est quasi. Paulo post, & sui ipsius, legendum si pro &.
Fo. 55. A. legitur etiam in petrosis, legendum aut.
Fo. 83. B. quidam ex filijs, legendum cuidam.
Fo. 145. A. sed miseri, pro misceri.

BASILEAE APVD IOAN. BEBELIVM AN. XXVI. MENSE AVGVSTO.


ALMA
BE

II
1918:6319